SAN GREGORIO MAGNO

Homilías sobre los Evangelios

Homiliae in Evangelia

SABBATISMUS

San Gregorio Magno (540–604)
Homiliae in Evangelia · Homilías sobre los Evangelios

Texto latino: dominio público.
Traducción, alineación y edición © 2026 Inversiones San Juan Diego (Sabbatismus). Licencia Creative Commons Atribución-CompartirIgual 4.0 Internacional (CC BY-SA 4.0).

Edición bilingüe frente a frente: latín en las páginas pares, español en las impares.
Sabbatismus es la editorial de la fundación Inversiones San Juan Diego, San Pedro Sula, Honduras.
Compuesto en EB Garamond y Cinzel.
sabbatismus.com

ÍNDICE

[HOMILÍAS SOBRE LOS EVANGELIOS.] 7
SAN GREGORIO EL GRANDE, PONTÍFICE ROMANO, DOS LIBROS DE CUARENTA HOMILÍAS SOBRE LOS EVANGELIOS. 17
LIBRO PRIMERO. 21
HOMILÍA II. 29
HOMILÍA III. 37
LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN MATEO XII, 46-50. 37
HOMILÍA IV. 43
LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN MATEO X, 5-10. 43
HOMILÍA V. 51
LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN MATEO IV, 18-22. 51
HOMILÍA VI. 57
LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN MATEO XI, 2-10. 57
HOMILÍA VII. 65
HOMILÍA VIII. 73
HOMILÍA IX. 77
HOMILÍA X. 87
HOMILÍA XI. 97
LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN MATEO 13, 44-52. 97
HOMILÍA XII. 105
LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN MATEO 25, 1-13. 105
HOMILÍA XIII. 117
LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN LUCAS 12, 35-40. 117
HOMILÍA XIV. 123
LECTURA DEL S. EVANG. SEGÚN JUAN 10, 11-16. 123
HOMILÍA XV. 131
HOMILÍA XVI. 139
HOMILÍA XVII. 147
HOMILÍA XVIII. 169
HOMILÍA XIX. 177
LECTURA DEL EVANGELIO SEGÚN MATEO XX, 1-16. 177
HOMILÍA XX. 191
LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN LUCAS III, 1-11. 191
LIBRO SEGUNDO 211
LECTURA. DEL S. EVANG. SEGÚN MARCOS 16, 1-7. 211
HOMILÍA XXII. 219
HOMILÍA XXIII. 235
HOMILÍA XXIV. 239
HOMILÍA XXV. 249
HOMILÍA XXVI. 263
HOMILÍA XXVII. 279
LECTURA DEL S. EVANG. SEGÚN JUAN 15, 12-16. 279
HOMILÍA XXVIII. 291
LECTURA DEL S. EVANG. SEGÚN JUAN 4, 46-53. 291

HOMILÍA XXIX. 297
LECTURA DEL S. EVANG. SEGÚN MARCOS 16, 14-20. 297
HOMILÍA XXX. 311
LECTURA DEL S. EVANG. SEGÚN JUAN 14, 23-31. 311
HOMILÍA XXXI 327
HOMILÍA XXXII 337
HOMILÍA XXXIII 351
HOMILÍA XXXIV 367
HOMILÍA XXXV. 389
LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN LUCAS 21, 9-19. 389
HOMILÍA XXXVI. 403
LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN LUCAS 14, 16-24. 403
HOMILÍA XXXVII. 421
LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN LUCAS XIV, 25-33. 421
HOMILÍA XXXVIII. 437
LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN MATEO XXII, 1-13. 437
HOMILÍA XXXIX. 461
HOMILÍA XL. 477
LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN LUCAS 16, 19-31. 477

[HOMILIAE IN EVANGELIA.]

ADMONITIO IN OPUS SUBSEQUENS.

I. In subsequentes homilias longius praefari nos vetat quae ipsis praefationis vice praemittitur sancti Gregorii epistola, in qua fere quidquid ad illas scitu dignum occurrit explicatur. Illas autem homiliis in Ezechielem ea ratione subjecimus, qua, in sacrarum Scripturarum serie, libris Veteris Testamenti Evangelia et quaeque ad Novum pertinent postponuntur. Alioquin habitas illas fuisse, saltem aliquas, antequam sanctus Doctor Ezechielem prophetam populo exponere inciperet legenti primam statim constabit. Nimirum pastor optimus, ut verbo simul et exemplo iis quibus praeerat prodesset, statim ac apostolicam cathedram conscendit, nullam verbi divini praedicandi vacationem, etiamsi assiduis morbis vexaretur, innumerisque distraheretur curis, sibi indulgendam putavit.

II. Mira aviditate statim exceptas illas homilias mirabiliori modestia conquestus est humilis noster Ecclesiastes, in sua ad Secundinum epistola mox subjicienda. Certe quanto semper in pretio sint habitae, inde liquet, quod omnes, una forsitan excepta aut altera, divinis officiis, prae caeteris sanctorum Patrum homiliis, jam olim fuerint insertae. Nec immerito quidem, cum in ipsis, litterali sensu prius breviter exposito, fluat sententiarum ad mores spectantium uberrima copia, quarum sane plurimae sunt quae aureis litteris describantur dignae. Utinam vero humanis in cordibus assidua lectione ac meditatione insculpantur et incidantur! Ex his aliquas olim selegimus et observavimus in Vita sancti Doctoris Gallice scripta, lib. IV, c. ult., num. 13.

III. Neque vero solum Christianorum mores his in homiliis erudiuntur, sed etiam fidei dogmata confirmantur et contra futuros praemuniuntur haereticos. Incarnationis mysterium ab oppositis invicemque pugnantibus Nestorianorum Eutychianorumque erroribus passim defenditur, sed potissimum hom. 38, n. 3. Quidquid fere Christianis in scholis de angelis doceri solet, id ex hom. 38 eruitur, a num. 7 ad 15. De confessionis et absolutionis sacerdotalis necessitate agitur fuse hom. 26, num. 5 et 6, necnon hom. 40, num. 2, sed praesertim impium dogma Calvini Christum Dominum damnatorum poenas perpessum esse asserentis jugulatur hom. 21.

[HOMILÍAS SOBRE LOS EVANGELIOS.]

ADMONICIÓN SOBRE LA OBRA SUBSIGUIENTE.

I. En las homilías subsiguientes, la epístola de san Gregorio, que se antepone a ellas en lugar de prefacio, nos prohíbe extendernos en un prefacio, pues en ella se explica casi todo lo que ocurre digno de saberse respecto a ellas. Además, las hemos subordinado a las homilías sobre Ezequiel por la misma razón por la cual, en la serie de las sagradas Escrituras, los Evangelios y todo lo que pertenece al Nuevo Testamento se posponen a los libros del Antiguo Testamento. Por lo demás, constará inmediatamente al que lea la primera parte que aquellas fueron tenidas, al menos algunas, antes de que el santo Doctor comenzara a exponer al pueblo el profeta Ezequiel. Sin duda, el óptimo pastor, para provechar a la vez con la palabra y el ejemplo a aquellos a quienes presidía, tan pronto como ascendió a la cátedra apostólica, pensó que no debía permitirse ninguna vacación de predicar la palabra divina, aunque fuera vejado por asiduas enfermedades y distraído por innumerables preocupaciones.

II. Nuestro humilde Eclesiastés, en su epístola a Secundino que pronto se subyugará, se quejó con una más admirable modestia de que aquellas homilías fueran inmediatamente recibidas con una mira avidez. Ciertamente, de cuánto siempre han sido tenidas en aprecio, consta de aquí, que todas, exceptuada quizás una u otra, han sido ya hace tiempo insertadas en los oficios divinos, por encima de las homilías de los demás santos Padres. Y no sin mérito ciertamente, ya que en ellas, expuesto primero brevemente el sentido literal, fluye una abundantísima copia de sentencias que miran a las costumbres, de las cuales ciertamente muchísimas son dignas de ser descritas con letras de oro. ¡Ojalá verdaderamente sean esculpidas e incisas en los corazones humanos por la asidua lectura y meditación! De estas seleccionamos y observamos algunas en la Vida del santo Doctor escrita en francés, lib. IV, c. últ., num. 13.

III. Ni verdaderamente solo las costumbres de los cristianos son instruidas en estas homilías, sino que también los dogmas de la fe son confirmados y prevenidos contra los futuros herejes. El misterio de la Encarnación es defendido por todas partes contra los errores opuestos y recíprocamente combatientes de los nestorianos y eutiquianos, pero sobre todo en la hom. 38, n. 3. Casi todo lo que suele enseñarse en las escuelas cristianas sobre los ángeles, se extrae de la hom. 38, del num. 7 al 15. Se trata extensamente de la necesidad de la confesión y de la absolución sacerdotal en la hom. 26, num. 5 y 6, así como en la hom. 40, num. 2, pero especialmente es degollado el impío dogma de Calvino que afirma que Cristo el Señor padeció las penas de los condenados en la hom. 21.

Haec sunt Calvini verba, l. II Instit., c. 16, § 10, ubi probandum sibi proponit Jesum Christum in locum sceleratorum sponsorem, vadem, ideoque instar rei submissum: ut sciamus, inquit, non modo corpus Christi in pretium redemptionis fuisse traditum; sed aliud majus et excellentius pretium fuisse, quod diros in anima cruciatus damnati (horresco referens) ac perditi hominis pertulerit. Haec autem contumeliosa in Christum inferni mortisque debellatorem sententia validissime refellitur a nostro Gregorio, scilicet hom. 21, num. 7, ubi, proposito Samsonis typo, docet Dominum liberum et victorem non solum ex inferno exiisse, sed ipsa etiam inferni claustra destruxisse.

IV. Ex his et aliis longe plurimis mirum in modum Ecclesiae causa contra impugnantes heterodoxos adjuvatur. Neque omittendum illas Evangeliorum sectiones quae a Gregorio hic exponuntur, Et inter sacra missarum solemnia certis diebus jam tunc ex more legebantur, easdem esse quae fere iisdem adhuc diebus recitantur. Unde patet quam tenax sit suorum rituum Ecclesia Romana. Inde etiam astruitur antiqua processionum et stationum, publicarumque supplicationum in basilicis et coemeteriis martyrum, consuetudo. Quippe, ut observavit Joan. Diaconus, lib. II, Vitae sancti Gregorii, c. 18, et lib. IV, c. 74, in illis processionibus aut stationibus vigilantissimus pastor homilias in Evangelia aut pronuntiavit, aut pronuntiandas dictavit.

V. Porro in assignandis illis stationibus nonnihil est controversiae inter eruditos, neque mss. Codices ubique consentiunt. Codex enim Lateranensis nullibi designat basilicam sancti Joannis Baptistae quae dicitur Constantiniana, quamvis in aliis optimae notae Codicibus saepissime occurrat, maxime in Corb. Germ., Belvac.-Bigot., praesertim vero in Codice reginae Sueciae, ubi quoties in Lateranensi aut aliis legitur, basilica sancti Salvatoris, quae dicitur Constantiniana, toties recurrit nomen sancti Joannis Baptistae. Contendit quoque Joannes Fronto, in praenotatis ad kalendarium Romanum, pag. 80, nullam fuisse basilicam Constantinianam praeter Ecclesiam sancti Salvatoris; sed id minime probat vir doctissimus. Infirmum est enim quod ait Anastasium Bibliothecarium, in Vita Leonis papae, qui sedit an. 595, meminisse Ecclesiae sancti Joannis Baptistae quae ponitur juxta patriarchium Lateranense; at non appellasse Constantinianam, cum basilicam sancti Salvatoris semper Constantinianam dicat.

Estas son las palabras de Calvino, lib. II Instit., c. 16, § 10, donde se propone probar que Jesucristo fue sometido en lugar de los criminales como patrocinador, fiador y por lo tanto a semejanza de un reo: "para que sepamos", dice, "que no solo el cuerpo de Cristo fue entregado como precio de redención; sino que hubo otro precio mayor y más excelente, que fue haber sufrido los atroces tormentos en el alma de un hombre condenado (horrorizado lo refiero) y perdido". Pero esta sentencia injuriosa contra Cristo, vencedor del infierno y de la muerte, es refutada validísimamente por nuestro Gregorio, a saber, en la hom. 21, num. 7, donde, propuesto el tipo de Sansón, enseña que el Señor, libre y vencedor, no solo salió del infierno, sino que también destruyó los mismos cerrojos del infierno.

IV. Por estas y otras muchísimas cosas, la causa de la Iglesia es ayudada de modo admirable contra los heterodoxos impugnantes. Ni debe omitirse que aquellas secciones de los Evangelios que son expuestas aquí por Gregorio, "Y entre las sagradas solemnidades de las misas en ciertos días ya entonces se leían por costumbre", son las mismas que todavía hoy se recitan casi en los mismos días. De donde queda patente cuán tenaz es la Iglesia Romana de sus ritos. De ahí también se construye la antigua costumbre de las procesiones y estaciones, y de las súplicas públicas en las basílicas y cementerios de los mártires. Ciertamente, como observó Juan el Diácono, lib. II, Vida de san Gregorio, c. 18, y lib. IV, c. 74, en aquellas procesiones o estaciones el vigilantísimo pastor o pronunció las homilías sobre los Evangelios, o las dictó para ser pronunciadas.

V. Además, en la asignación de aquellas estaciones hay no poca controversia entre los eruditos, y los códices manuscritos no consienten en todas partes. Pues el Códice Lateranense en ninguna parte designa la basílica de san Juan Bautista que se llama Constantiniana, aunque en otros códices de óptima nota ocurra con muchísima frecuencia, máxime en el Corb. Germ., Belvac.-Bigot., pero especialmente en el Códice de la reina de Suecia, donde cada vez que en el Lateranense u otros se lee "basílica de san Salvador, que se llama Constantiniana", otras tantas veces recurre el nombre de san Juan Bautista. Contiende también Juan Fronto, en las prenotas al calendario Romano, pág. 80, que no hubo ninguna basílica Constantiniana fuera de la Iglesia de san Salvador; pero el varón doctísimo lo prueba mínimamente. Pues es débil lo que dice de que Anastasio el Bibliotecario, en la Vida del papa León, que se sentó el año 595, se acordó de la Iglesia de san Juan Bautista que se pone junto al patriarcado Lateranense; pero que no la llamó Constantiniana, cuando a la basílica de san Salvador siempre la llama Constantiniana.

Sed quid roboris habet illud argumentum negans contra tot Mss. clara et indubitata testimonia; nimirum Belvac., Bigot., Carnot., Gemet., Reg. Sueciae, maxime vero Corbeiensis Germ., qui aetate non est Anastasio posterior? Hoc in Codice, homilia 16, in Evangelium ductus est Jesus in desertum, legitur habita ad populum in basilica sancti Joannis quae appellatur Constantiniana. Idem praemittitur hom. 22. 25, 39.

VI. Addit Joan. Fronto basilicam sancti Joannis Baptistae fuisse monasterium. Porro in monasteriorum oratoriis olim non fieri stationes et populi confluxus. Refellitur vir eruditus ipsius Gregorii auctoritate ad septiformem litaniam seu supplicationem et processionem assignantis ecclesiam sancti Joannis Baptistae (non appellat oratorium), quo convenire, et unde procederet litania clericorum; quod testimonio quoque confirmatur Joan. Diac., l. I, capp. 41 et 42. Praeterea basilica sancti Pancratii locus stationis erat sancti Gregorii temporibus, ut ex hom. 27 ibidem habita manifestum est, atque postea stationem in ea perseverasse ex antiquis Ecclesiae monumentis constat. Ecclesia tamen sancti Pancratii quam prius obtinebant presbyteri, his expulsis propter incuriam et negligentiam, monachis cesserat jubente sanctissimo papa, ut palam fit ex epist. 18 libri alias III, nunc IV, indict. 12. Denique homilia 5 est habita in basilica sancti Andreae apostoli ejusdem natalis die nimirum in ecclesia monasterii quod Gregorius ipse condiderat. Ergo lex illa quae, monachorum quieti prospiciens, vetabat in eorum ecclesiis stationes et populi concursus fieri, multis patebat exceptionibus.

VII. In eodem calendario Rom. a Joanne Frontone edito non eaedem ubique stationes ac in Gregorianis homiliis videntur assignatae, nec mirum. Primo enim calendarium illud exaratum fuit, Joannis Frontonis judicio, saeculo tantum octavo, circiter an. 731, hoc est saeculo integro et pene dimidio post habitas a Gregorio in Evangelia homilias; unde facile potuit tanto temporis intervallo aliquid in stationibus immutari. Secundo in homiliarum collectione indicatur quo in loco habitae sint, et in calendario stationis locus; at nihil cogit dicere in loco stationis habitam semper fuisse concionem; quid enim credere vetat praemissam aliquando, maxime aestivo tempore, fuisse processioni?

VIII. Solutis omnibus quae vel ex calendario Rom. vel ex ejus Editoris observationibus opponi poterant difficultatibus, de hac novissima laudatarum homiliarum Editione nunc pauca subjungenda et attexenda.

¿Qué fuerza tiene aquel argumento que niega contra tantos manuscritos claros e indudados testimonios; a saber, Belvac., Bigot., Carnot., Gemet., Reg. de Suecia, pero máxime el Corbeiensis Germ., que en edad no es posterior a Anastasio? En este Códice, en la homilía 16, sobre el Evangelio "Jesús fue llevado al desierto", se lee que fue tenida al pueblo "en la basílica de san Juan que se llama Constantiniana". Lo mismo se antepone a las hom. 22, 25, 39.

VI. Añade Juan Fronto que la basílica de san Juan Bautista fue un monasterio. Además, que en los oratorios de los monasterios antiguamente no se hacían estaciones ni confluencias del pueblo. Es refutado el varón erudito por la autoridad del mismo Gregorio que asigna a la letanía septiforme o súplica y procesión la iglesia de san Juan Bautista (no la llama oratorio), a donde convendrían, y de donde procedería la letanía de los clérigos; lo cual también se confirma con el testimonio de Juan Diác., l. I, caps. 41 y 42. Además, la basílica de san Pancracio era lugar de estación en tiempos de san Gregorio, como es manifiesto por la hom. 27 tenida allí mismo, y después consta por los antiguos monumentos de la Iglesia que la estación perseveró en ella. Sin embargo, la iglesia de san Pancracio que antes obtenían los presbíteros, expulsados estos por incuria y negligencia, había cedido a los monjes por mandato del santísimo papa, como se hace patente por la epíst. 18 del libro antes III, ahora IV, indict. 12. Finalmente, la homilía 5 fue tenida en la basílica de san Andrés apóstol el mismo día de su natalicio, a saber, en la iglesia del monasterio que el mismo Gregorio había fundado. Por lo tanto, aquella ley que, mirando por la quietud de los monjes, prohibía que en sus iglesias se hicieran estaciones y concursos del pueblo, estaba patente a muchas excepciones.

En el mismo calendario Rom. editado por Juan Fronto no parecen asignadas en todas partes las mismas estaciones que en las homilías gregorianas, ni es de maravillar. Pues primero, aquel calendario fue redactado, a juicio de Juan Fronto, solo en el siglo octavo, alrededor del año 731, esto es, un siglo entero y casi y medio después de las homilías en los Evangelios tenidas por Gregorio; de donde fácilmente pudo en tanto intervalo de tiempo mudarse algo en las estaciones. Segundo, en la colección de homilías se indica en qué lugar fueron tenidas, y en el calendario el lugar de la estación; pero nada obliga a decir que en el lugar de la estación se haya tenido siempre el sermón; ¿pues qué prohíbe creer que haya sido a veces enviado por delante de la procesión, máxime en tiempo estival?

VIII. Solucionadas todas las dificultades que podían oponerse ya fuera por el calendario Romano o por las observaciones de su Editor, deben ahora subyugarse y atarse unas pocas cosas sobre esta novísima Edición de las alabadas homilías.

Quamvis in antiquis Mss. et veteribus Editis uno eodemque libro comprehendantur homiliae quadraginta, morem tamen gerendum duximus ipsimet Gregorio, qui in epist. ad Secundinum ait: Easdem quoque homilias, eo quo dictae sunt ordine, in duobus Codicibus ponere curavi; ut et priores viginti quae dictatae sunt, et posteriores totidem quae sub oculis dictae, in singulis essent distinctae corporibus. Porro licet earum unus idemque non sit ordo nostris in Mss. (tres enim scilicet Lateran., Corb. et Reg. Sueciae a caeteris et ab invicem discrepant), cum tamen alii omnes consentiant, iique vetustiores, eadem serie qua jam antea semper excusae sunt ipsas excudi curavimus. Breviores columnis notas subjecimus, in quibus aut variae lectiones continentur, aut restitutionum a nobis factarum, sane non paucarum nec contemnendarum, rationes afferimus, aut aliquas sancti Gregorii sententias illustramus, et si quid difficultatis occurrerit, enodamus.

IX. Ut ex locis a nobis emendatis nonnulla commemoremus, in homilia 2 quatuor sunt. Num. 1: Caecus quippe est genus humanum, pro caecum est, etc. Num. 4: sed quid ad haec, pro sed qui adhuc. Num. 5: Jesum menti figimus, pro Jesum figimus. Num. denique 7: mente salvatum, pro mente illuminatum. Homilia 3, num. 3, restituimus obtinuit, pro sustinuit, et num. 4: nos in auram maledictionis impingimus, pro nos injuriam maledictionis in auram maledictoris impingimus, quod ab Editoribus sine ulla causa fictum. Hom. 5, num. 4, nunc legitur nihil unquam appetere, nihil vel sine appetitu possidere, ubi prius legebatur nihil umquam appetere, nihil etiam cum appetitu possidere, corrupto sensu. Hom. 6, num. 2, reposuimus nec cujuslibet detractio in ira asperum faciebat, pro nec cujuslibet detractionis ira asperum faciebat. Num. 3, expressione, pro sanctitate. Ibid., pilis contextis vestitus, pro pilis contextis vestibus, quod vitiose legitur in Gussanv. Hom. 7, num. 3, non lavat, pro non sanat, et sine tempore est a Patre generatus, pro sine matre ante tempora est a Patre generatus. Num. 4, in Gussanv. legitur Israeliticum populum contradictione possidere, pro sine ulla postmodum contradictione possidere. Homil. 9, num. 3, in fine, magnam Editionis Gussanv., Vatic., aliarumque recentiorum lacunam replevimus. Recentiores autem Editiones appellamus quae a medio saeculo decimo sexto sunt adornatae. Hom. 11, num. 3, restituimus ducta, pro invicta. Nimius essem si caetera prosequerer. Unicum ergo locum ex tot a nobis sanatis addidisse sufficiet, hom. videlicet 21, ex cujus vitio error dimanare videtur contra Christi divinitatem.

Aunque en los antiguos Mss. y viejas Ediciones se comprendan cuarenta homilías en uno y el mismo libro, sin embargo hemos juzgado que debía seguirse la costumbre del mismo Gregorio, quien en la epíst. a Secundino dice: "Cuidé también de poner las mismas homilías, en el orden en que fueron dichas, en dos Códices; para que tanto las primeras veinte que fueron dictadas, como las posteriores veinte que fueron dichas ante los ojos [en persona], estuvieran distintas en cuerpos individuales". Por lo demás, aunque no sea uno y el mismo el orden de ellas en nuestros Mss. (pues tres, a saber el Lateranense, Corbeiensis y Reg. de Suecia discrepan de los demás y entre sí), como sin embargo todos los otros consienten, y aquellos los más antiguos, hemos cuidado que se impriman en la misma serie en que ya antes siempre han sido impresas. Bajo las columnas hemos puesto notas más breves, en las cuales o se contienen variantes de lectura, o traemos las razones de las restituciones hechas por nosotros, ciertamente no pocas ni despreciables, o ilustramos algunas sentencias de san Gregorio, y si ocurriera alguna dificultad, la desanudamos.

IX. Para conmemorar algunas de las cosas por nosotros enmendadas, en la homilía 2 hay cuatro. Num. 1: "El género humano es ciertamente ciego", por "es ciego", etc. Num. 4: "pero ¿qué a estas?", por "pero el que todavía". Num. 5: "fijamos a Jesús en la mente", por "fijamos a Jesús". Num. finalmente 7: "salvado en la mente", por "iluminado en la mente". En la homilía 3, num. 3, restituimos "obtuvo", por "sostuvo", y en el num. 4: "nos arrojamos al aura de la maldición", por "arrojamos la injuria de la maldición al aura del maldecidor", lo cual fue fingido por los Editores sin ninguna causa. Hom. 5, num. 4, ahora se lee "nunca apetecer nada, nada poseer incluso sin apetito", donde antes se leía "nunca apetecer nada, nada poseer incluso con apetito", con el sentido corrompido. Hom. 6, num. 2, repusimos "ni la detracción de cualquiera lo hacía áspero en la ira", por "ni la ira de la detracción de cualquiera lo hacía áspero". Num. 3, "expresión", por "santidad". Ibíd., "vestido con pelos tejidos", por "con vestidos tejidos con pelos", lo cual se lee viciosamente en Gussanv. Hom. 7, num. 3, "no lava", por "no sana", y "fue engendrado por el Padre sin tiempo", por "fue engendrado por el Padre sin madre antes de los tiempos". Num. 4, en Gussanv. se lee "poseer al pueblo israelítico por contradicción", por "poseer sin ninguna contradicción después". Homil. 9, num. 3, al final, llenamos una gran laguna de la Edición Gussanv., Vatic., y otras más recientes. Llamamos Ediciones más recientes a aquellas que fueron adornadas desde mediados del siglo dieciséis. Hom. 11, num. 3, restituimos "llevada", por "invicta". Sería demasiado si prosiguiera con las demás. Bastará por lo tanto haber añadido un único lugar de tantos sanados por nosotros, a saber en la hom. 21, de cuyo vicio parece manar un error contra la divinidad de Cristo.

Scilicet, num. 4, prius lectum in Excusis: non est hic (Christus), dicitur, per praesentiam majestatis. At ex Mss. legendum, juxta sanam Ecclesiae doctrinam: non est hic, dicitur per praesentiam carnis, qui tamen nusquam deerit per praesentiam majestatis. Hinc, ni fallor, liquet quae jam emissae sunt Editiones iterum a nobis necessario fuisse recensendas, et ex mss. Codicibus emendandas Codicum autem a nobis adhibitorum hic indicem accipe.

X. Codex pervetustus membraneus tabularii basilicae Constantinianae sancti Salvatoris, in Laterano inscriptus 1674.

Codex Corbeiensis, nunc in bibliotheca sancti Germani a Pratis asservatus, quem idcirco Corbeiensis Germanensem appellamus, notatus 166. Hunc nono saltem saeculo scriptum esse pene constat ex characterum forma. In eadem bibliotheca duos alios veteres Codices consuluimus, quos vel Sangermanenses, vel simpliciter German, sumus appellaturi. Codicem bibliothecae Regiae certis in locis tantum, non ex integro cum Editis contulimus.

Codex Ecclesiae Belvacensis nono saeculo exeunte, aut decimo incipiente videtur exaratus. In fine leguntur carmina recentiori manu descripta de Rogerio episcopo nuper defuncto, qui in fine decimi saeculi, et initio undecimi Belvacensem Ecclesiam rexit.

Codex Corbeiensis numero 163, antiquitate cum omnibus superioribus contendit.

Codex Turonensis insignis Ecclesiae sancti Martini non inferioris aetatis continet tantum viginti priores homilias.

Codex reginae Sueciae inscriptus 43.

Duo Codices monasterii sancti Petri Carnut. sexcentorum annorum.

Codex Bigotianus quingentorum annorum aetatem praefert.

Codex Gemeticensis non minoris aetatis videtur. Duo alii Codices ejusdem celebris monasterii vix trecentorum sunt annorum. Prior saepe convenit cum antiquiori, secus alter.

Codex monasterii Vallis Clarae ord. Cisterciensis.

Codex monasterii Longipontis ejusdem ordinis.

His accedant quatuor exemplaria Anglicana, quorum variantes lectiones suppeditavit Thomas Jamezius.

Adhibendum quoque putavimus subsidium veterum Editionum, Antuerpianae an. 1509, Rothomagensis apud Franciscum Regnaut (quae mendose legitur facta an. 1421), Parisiensium, annorum 1518 et 1571, aliarum denique recentiorum.

Es decir, num. 4, antes leído en las Impresas: "no está aquí (Cristo), se dice, por la presencia de la majestad". Pero por los Mss. debe leerse, según la sana doctrina de la Iglesia: "no está aquí, se dice por la presencia de la carne, quien sin embargo en ninguna parte faltará por la presencia de la majestad". De aquí, si no me engaño, consta que las Ediciones que ya han sido emitidas debían ser necesariamente revisadas de nuevo por nosotros, y enmendadas por los códices manuscritos; pero recibe aquí un índice de los Códices empleados por nosotros.

X. Códice pervetusto de pergamino del archivo de la basílica Constantiniana de san Salvador, inscrito en el Laterano 1674.

Códice Corbeiensis, ahora conservado en la biblioteca de san Germán de los Prados, al cual por eso llamamos Corbeiensis Germanensis, marcado 166. Que este fue escrito al menos en el siglo noveno consta casi por la forma de los caracteres. En la misma biblioteca consultamos otros dos viejos Códices, que vamos a llamar o Sangermanenses, o simplemente German. Cotejamos el Códice de la biblioteca Regia con las Ediciones impresas solo en ciertos lugares, no íntegramente.

El Códice de la Iglesia de Beauvais parece redactado a finales del siglo noveno o principios del décimo. Al final se leen cantos escritos por una mano más reciente sobre el obispo Rogerio, recientemente difunto, quien a finales del siglo décimo y principios del undécimo gobernó la Iglesia de Beauvais.

Códice Corbeiensis número 163, contiende en antigüedad con todos los superiores.

El Códice Turonensis de la insigne Iglesia de san Martín, de edad no inferior, contiene solo las primeras veinte homilías.

El Códice de la reina de Suecia inscrito 43.

Dos Códices del monasterio de san Pedro de Chartres, de seiscientos años.

El Códice Bigotianus prefiere una edad de quinientos años.

El Códice Gemeticensis no parece de edad inferior. Otros dos Códices del mismo célebre monasterio apenas son de trescientos años. El primero a menudo conviene con el más antiguo, al contrario el otro.

Códice del monasterio de Vauclair, del orden Cisterciense.

Códice del monasterio de Longpont, del mismo orden.

A estos se añadan cuatro ejemplares ingleses, cuyas variantes de lectura suministró Tomás James.

También hemos juzgado que debía emplearse el subsidio de las viejas Ediciones: la de Amberes del año 1509, la de Ruán en casa de Francisco Regnaut (que se lee mendosamente hecha el año 1421), las de París de los años 1518 y 1571, y finalmente otras más recientes.

XI. In calce addendum censuimus sermonem a sancto Gregorio habitum de mortalitate (sic in veteribus membranis inscribitur) postquam ad Romanam sedem fuisset electus. Jam editus fuerat inter Gregorianas epistolas, ipso in limine libri alias XI, nunc XIII, indict. 6, in Vita ejusdem sancti Doctoris, auctore Joanne. Diacono, lib. I, capp. 41 et 42, et inter Gregorii Turonici opera orationem hanc referentis lib. X Hist., c. 1. Eadem denuo recensuimus et contulimus ad duos Codices bibliothecae Bigotianae apud Rothomagum, unum quadraginta homilias in Evangelia complectentem, et alterum Vitam sancti Gregorii a Joan. Diacono conscriptam; ad unum Codicem Uticensem seu sancti Ebrulphi ejusdem Vitae; denique ad Corb. Germ. quadraginta homiliarum in Evang., ad cujus calcem rejectus est hic sermo. Exstat etiam in nonnullis Codd. mss. Registri ante omnes epistolas, scilicet in duobus Tellerianis, qui nunc sunt Bibliothecae Regiae, et in Colbertino. Utere jam labore nostro, pie lector, et gratus hac in palaestra desudantibus nobis bene precari memineris.

SANCTI GREGORII MAGNI ROMANI PONTIFICIS XL HOMILIARUM IN EVANGELIA LIBRI DUO. (C,S)

Praefatio. AD SECUNDINUM TAUROMENITANUM EPISCOPUM.

Reverentissimo et sanctissimo fratri Secundino episcopo, Gregorius servus servorum Dei.

Inter sacra missarum solemnia, ex his quae diebus certis in hac Ecclesia legi ex more solent sancti Evangelii quadraginta lectiones exposui. Et quarumdam quidem dictata expositio, assistente plebe, est per notarium recitata; quarumdam vero explanationem coram populo ipse locutus sum, atque ita ut loquebar excepta est. Sed quidam fratres, sacri verbi studio ferventes, antequam ad propositum modum ea quae dixeram subtili emendatione perducerem, transtulerunt. Quos recte ego quasi quibusdam famelicis similes dixerim, qui prius escas edere appetunt quam plenius excoquantur. Hoc vero ubi scriptum est: Ductus est Jesus in desertum a spiritu, ut tentaretur a diabolo (Matth. IV), prius quidem quasi sub quadam ambiguitate exposui, sed eamdem dubitationem postmodum certa notatione correxi. Easdem quoque homilias, eo quo dictae sunt ordine, in duobus Codicibus ponere curavi, ut et priores viginti, quae dictatae sunt, et posteriores totidem, quae sub oculis dictae, in singulis essent distinctae corporibus.

XI. Juzgamos que debía añadirse al final el sermón tenido por san Gregorio "sobre la mortalidad" (así se inscribe en los viejos pergaminos) después de haber sido elegido para la sede Romana. Ya había sido editado entre las epístolas gregorianas, en el mismo umbral del libro antes XI, ahora XIII, indict. 6, en la Vida del mismo santo Doctor, por Juan Diácono, lib. I, caps. 41 y 42, y entre las obras de Gregorio de Tours, quien refiere esta oración en el lib. X de la Historia, cap. 1. Las mismas cosas revisamos y cotejamos de nuevo con dos Códices de la biblioteca Bigotiana en Ruán, uno que comprende las cuarenta homilías en los Evangelios, y otro la Vida de san Gregorio escrita por Juan Diác.; con un Códice Uticense o de san Evroul de la misma Vida; finalmente con el Corb. Germ. de las cuarenta homilías en los Evang., al final del cual se rechaza este sermón. Existe también en algunos Códices mss. del Registro antes de todas las epístolas, a saber en los dos Tellerianos, que ahora son de la Biblioteca Regia, y en el Colbertino. Usa ya nuestro trabajo, piadoso lector, y acuérdate de rogar bien por nosotros, agradecido, mientras sudamos en esta palestra.

SAN GREGORIO EL GRANDE, PONTÍFICE ROMANO, DOS LIBROS DE CUARENTA HOMILÍAS SOBRE LOS EVANGELIOS.

Prefacio. A SECUNDINO, OBISPO DE TAORMINA.

Al reverendísimo y santísimo hermano Secundino, obispo, Gregorio, siervo de los siervos de Dios.

Entre las sagradas solemnidades de las misas, he expuesto cuarenta lecciones del santo Evangelio de entre aquellas que por costumbre suelen leerse en días ciertos en esta Iglesia. Y de algunas ciertamente la exposición dictada, asistiendo la plebe, fue recitada por un notario; pero la explicación de algunas la hablé yo mismo ante el pueblo, y fue recogida tal como la hablaba. Pero algunos hermanos, fervientes en el estudio de la palabra sagrada, las trasladaron antes de que yo condujera a la medida propuesta mediante una sutil enmienda aquellas cosas que había dicho. A los cuales rectamente yo llamaría semejantes a ciertos famélicos, que desean comer los alimentos antes de que se cocinen más plenamente. Verdaderamente esto, donde está escrito: "Jesús fue llevado al desierto por el espíritu, para ser tentado por el diablo" (Mat. IV), primero ciertamente lo expuse como bajo una cierta ambigüedad, pero después corregí esa misma duda con una anotación cierta. Cuidé también de poner las mismas homilías, en el orden en que fueron dichas, en dos Códices, para que tanto las primeras veinte, que fueron dictadas, como las posteriores veinte, que fueron dichas ante los ojos [en persona], estuvieran distintas en cuerpos individuales.

Quod vero quaedam antepositae sunt quae in Evangelio post leguntur, quaedam vero postpositae quae ante per evangelistam scriptae sunt inveniuntur, nequaquam movere tuam fraternitatem debet, quia sicut a me diversis temporibus dictae sunt, ita quoque sunt ab exceptoribus in Codicibus affixae. Tua itaque fraternitas, sacris semper lectionibus intenta, si praedictum locum Evangelii invenerit sub dubietate prolatum, vel easdem homilias repererit ita ut praedixi non esse dispositas, has inemendatas remansisse cognoscat, et juxta eas quas per praesentem portitorem mittere studui corrigat, nulleque modo illas sine emendatione remanere permittat. Editae autem in scrinio sanctae Ecclesiae nostrae retinentur, ut si qui forte a tua fraternitate longe sunt, hic inveniant, unde in his quae emendatae sunt certiores fiant.

El hecho de que algunas cosas se antepusieron que en el Evangelio se leen después, y algunas cosas se posposieron que se encuentran escritas antes por el evangelista, de ninguna manera debe mover a tu fraternidad, porque así como por mí fueron dichas en diversos tiempos, así también fueron fijadas en los Códices por los exceptores. Por lo tanto, tu fraternidad, siempre intenta en las sagradas lecturas, si encontrara el predicho lugar del Evangelio proferido bajo duda, o hallara las mismas homilías no dispuestas tal como predije, sepa que estas han permanecido sin enmendar, y corríjalas según aquellas que he cuidado de enviar por el presente portador, y de ninguna manera permita que aquellas permanezcan sin enmienda. Además, las editadas se retienen en el archivo de nuestra santa Iglesia, para que si algunos por casualidad están lejos de tu fraternidad, encuentren aquí de donde se aseguren en estas cosas que han sido enmendadas.

LIBER PRIMUS.

HOMILIA PRIMA. Habita ad populum in basilica sancti Petri apostoli, Dominica secunda Adventus Domini. LECTIO EVANGELII SEC. LUC. XXI, 25-32. In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis: Erunt signa in sole, et luna, et stellis, et in terris pressura gentium, prae confusione sonitus maris et fluctuum, arescentibus hominibus prae timore et exspectatione quae supervenient universo orbi. Nam virtutes coelorum movebuntur. Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna et majestate. His autem fieri incipientibus, respicite, et levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam, et omnes arbores, cum producunt jam ex se fructum, scitis quoniam prope est aestas. Ita et vos, cum videritis haec fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei. Amen dico vobis, quia non praeteribit generatio haec, donec omnia fiant. Coelum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt.

Dominus ac Redemptor noster, fratres charissimi, paratos nos invenire desiderans, senescentem mundum quae mala sequantur denuntiat, ut nos ab ejus amore compescat. Appropinquantem ejus terminum quantae percussiones praeveniant innotescit, ut si Deum metuere in tranquillitate non volumus, vicinum ejus judicium vel percussionibus attriti timeamus. Huic etenim lectioni sancti Evangelii, quam modo vestra fraternitas audivit, paulo superius Dominus praemisit, dicens: Exsurget gens contra gentem, et regnum adversus regnum; et erunt terraemotus magni per loca, et pestilentiae, et fames (Luc. XXI, 10). Et quibusdam interpositis, hoc quod modo audistis adjunxit: Erunt signa in sole, et luna, et stellis, et in terris pressura gentium, prae confusione sonitus maris et fluctuum. Ex quibus profecto omnibus alia jam facta cernimus, alia e proximo ventura formidamus. Nam gentem super gentem exsurgere, earumque pressuram terris insistere, plus jam in nostris temporibus cernimus quam in Codicibus legimus. Quod terrae motus urbes innumeras subruat, ex aliis mundi partibus scitis quam frequenter audivimus. Pestilentias sine cessatione patimur. Signa vero in sole, et luna, et stellis, adhuc aperte minime videmus, sed quia et haec non longe sint, ex ipsa jam aeris immutatione colligimus. Quamvis priusquam Italia gentili gladio ferienda traderetur, igneas in coelo acies vidimus, ipsum qui postea humani generis fusus est sanguinem coruscantem.

LIBRO PRIMERO.

HOMILÍA PRIMERA. Tenida ante el pueblo en la basílica de san Pedro apóstol, el segundo Domingo de Adviento del Señor. LECTURA DEL EVANGELIO SEGÚN LUC. XXI, 25-32. En aquel tiempo, dijo Jesús a sus discípulos: Habrá señales en el sol, en la luna y en las estrellas, y en la tierra angustia de las gentes, por la confusión del sonido del mar y de las olas, secándose los hombres por el temor y la expectativa de las cosas que sobrevendrán a todo el orbe. Porque las virtudes de los cielos se moverán. Y entonces verán al Hijo del hombre viniendo en las nubes con gran potestad y majestad. Cuando estas cosas comiencen a suceder, mirad y levantad vuestras cabezas, porque se acerca vuestra redención. Y les dijo una semejanza: Ved la higuera y todos los árboles, cuando ya producen de sí fruto, sabéis que el estío está cerca. Así también vosotros, cuando viereis que suceden estas cosas, sabed que está cerca el reino de Dios. En verdad os digo que no pasará esta generación hasta que todo se cumpla. El cielo y la tierra pasarán, pero mis palabras no pasarán.

Nuestro Señor y Redentor, hermanos carísimos, deseando encontrarnos preparados, denuncia los males que siguen al mundo que envejece, para apartarnos de su amor. Da a conocer cuántas percusiones preceden a su fin que se aproxima, para que, si no queremos temer a Dios en la tranquilidad, al menos temamos su juicio cercano atribulados por las percusiones. Pues a esta lectura del santo Evangelio, que vuestra fraternidad acaba de oír, poco antes el Señor antepuso, diciendo: "Se levantará nación contra nación, y reino contra reino; y habrá grandes terremotos por lugares, y pestilencias, y hambres" (Luc. XXI, 10). Y con algunas cosas interpuestas, añadió esto que acabáis de oír: "Habrá señales en el sol, en la luna y en las estrellas, y en la tierra angustia de las gentes, por la confusión del sonido del mar y de las olas". De todas las cuales cosas ciertamente ya vemos algunas hechas, y otras tememos que vendrán de cerca. Pues que una nación se levanta sobre otra nación, y su angustia apremia a las tierras, ya lo vemos en nuestros tiempos más de lo que leemos en los Códices. Que el terremoto subvierta innumerables ciudades, sabéis por otras partes del mundo cuán frecuentemente lo hemos oído. Sufrimos pestilencias sin cesar. En cambio, las señales en el sol, en la luna y en las estrellas, todavía apenas las vemos abiertamente, pero porque estas tampoco están lejos, lo deducimos ya de la misma mudanza del aire. Aunque antes de que Italia fuera entregada para ser herida por la espada gentil, vimos ejércitos de fuego en el cielo, resplandeciendo la misma sangre que después fue derramada del género humano.

Confusio autem maris et fluctuum necdum nova exorta est. Sed cum multa praenuntiata jam completa sint, dubium non est quin sequantur etiam pauca quae restant, quia sequentium rerum certitudo est praeteritarum exhibitio.

Haec nos, fratres charissimi, idcirco dicimus, ut ad cautelae studium vestrae mentes evigilent, ne securitate torpeant, ne ignorantia languescant, sed semper eas et timor sollicitet, et in bono opere sollicitudo confirmet, pensantes hoc quod Redemptoris nostri voce subjungitur: Arescentibus hominibus prae timore et exspectatione quae supervenient universo orbi. Nam virtutes coelorum movebuntur. Quid etenim Dominus virtutes coelorum nisi angelos, archangelos, thronos, dominationes, principatus et potestates appellat, quae in adventu districti judicis nostris tunc oculis visibiliter apparebunt, ut districte tunc a nobis exigant hoc, quod nos modo invisibilis conditor aequanimiter portat? Ubi et subditur: Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna et majestate. Ac si aperte diceretur: In potestate et majestate visuri sunt quem in humilitate positum audire noluerunt, ut virtutem ejus tanto tunc districtius sentiant, quanto nunc cervicem cordis ad ejus patientiam non inclinant.

Sed quia haec contra reprobos dicta sunt, mox ad electorum consolationem verba vertuntur. Nam et subditur: His autem fieri incipientibus, respicite et levate vos capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Ac si aperte Veritas electos suos admoneat, dicens: Cum plagae mundi crebrescunt, cum terror judicii virtutibus commotis ostenditur, levate capita, id est exhilarate corda, quia dum finitur mundus, cui amici non estis, prope fit redemptio quam quaesistis. In Scriptura etenim sacra saepe caput pro mente ponitur, quia sicut capite reguntur membra, ita et cogitationes mente disponuntur. Levare itaque capita est mentes nostras ad gaudia patriae coelestis erigere. Qui ergo Deum diligunt ex mundi fine gaudere atque hilarescere jubentur, quia videlicet eum quem amant mox inveniunt, dum transit is quem non amaverunt. Absit enim ut fidelis quisque qui Deum videre desiderat de mundi percussionibus lugeat, quem finiri eisdem suis percussionibus non ignorat.

Por otra parte, la confusión del mar y de las olas todavía no ha surgido como algo nuevo. Pero habiéndose cumplido ya muchas cosas prenunciadas, no hay duda de que seguirán también las pocas que restan, porque la certeza de las cosas que siguen es la exhibición de las pasadas.

Esto decimos, hermanos carísimos, para que vuestras mentes despierten al estudio de la cautela, para que no se entorpezcan por la seguridad, ni languidezcan por la ignorancia, sino que siempre las solicite el temor, y la solicitud las confirme en la buena obra, pesando esto que se añade por la voz de nuestro Redentor: "Secándose los hombres por el temor y la expectativa de las cosas que sobrevendrán a todo el orbe." Porque las virtudes de los cielos se moverán. Pues, ¿a qué llama el Señor virtudes de los cielos sino a los ángeles, arcángeles, tronos, dominaciones, principados y potestades, que en el advenimiento del juez severo aparecerán entonces visiblemente ante nuestros ojos, para exigirnos entonces severamente esto mismo que ahora el invisible creador sobrelleva con ecuanimidad? Donde también se añade: "Y entonces verán al Hijo del hombre viniendo en las nubes con gran potestad y majestad." Como si se dijera abiertamente: En potestad y majestad han de ver a aquel a quien no quisieron oír puesto en humildad, para que sientan entonces su virtud tanto más severamente cuanto ahora no inclinan la cerviz del corazón ante su paciencia.

Pero porque estas cosas fueron dichas contra los réprobos, pronto las palabras se vuelven al consuelo de los elegidos. Pues también se añade: "Cuando estas cosas comiencen a suceder, mirad y levantad vuestras cabezas, porque se acerca vuestra redención." Como si la Verdad amonestara abiertamente a sus elegidos, diciendo: Cuando las plagas del mundo crecen, cuando el terror del juicio se muestra con las virtudes conmovidas, levantad las cabezas, esto es, alegrad los corazones, porque mientras se acaba el mundo, del cual no sois amigos, se hace cercana la redención que buscasteis. Pues en la sagrada Escritura a menudo se pone la cabeza por la mente, porque así como por la cabeza se rigen los miembros, así también por la mente se disponen los pensamientos. Levantar, pues, las cabezas es erigir nuestras mentes a los gozos de la patria celestial. Los que, por tanto, aman a Dios, son mandados a gozarse y alegrarse por el fin del mundo, porque a saber, pronto encuentran a aquel a quien aman, mientras pasa aquel a quien no amaron. Pues lejos esté que cualquier fiel que desea ver a Dios se lamente por las percusiones del mundo, el cual no ignora que se acaba por esas mismas percusiones suyas.

Scriptum namque est: Quicunque voluerit amicus esse saeculi hujus, inimicus Dei constituitur (Jac. IV, 4). Qui ergo appropinquante mundi fine non gaudet, amicum se illius esse testatur, atque per hoc inimicus Dei esse convincitur. Sed absit hoc a fidelium cordibus, absit ab his qui et esse aliam vitam per fidem credunt, et eam per operationem diligunt. Ex mundi enim destructione lugere eorum est qui radices cordis in ejus amore plantaverunt, qui sequentem vitam non quaerunt, qui illam neque esse suspicantur. Nos autem qui coelestis patriae gaudia aeterna cognovimus, festinare ad ea quantocius debemus. Optandum nobis est citius pergere, atque ad illam breviore via pervenire. Quibus enim malis mundus non urgetur? Quae nos tristitia, quae adversitas non angustat? Quid est vita mortalis, nisi via? Et quale sit, fratres mei, perpendite, in labore viae lassescere, et tamen eamdem viam nolle finiri. Quod autem calcari mundus ac despici debeat, Redemptor noster provida comparatione manifestat, cum protinus adjungit: Videte ficulneam et omnes arbores, cum producunt jam ex se fructum, scitis quia prope est aestas. Ita et vos cum videritis haec fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei. Ac si aperte dicat: Quia sicut ex fructu arborum vicina aestas cognoscitur, ita ex ruina mundi prope esse agnoscitur regnum Dei. Quibus profecto verbis ostenditur quia fructus mundi ruina est. Ad hoc enim crescit, ut cadat. Ad hoc germinat, ut quaecunque germinaverit, cladibus consumat. Bene autem regnum Dei aestati comparatur, quia tunc moeroris nostri nubila transeunt, et vitae dies aeterni solis claritate fulgescunt.

Quae omnia sub magna certitudine confirmantur, cum sententia subjungitur qua dicitur: Amen dico vobis, quia non praeteribit generatio haec, donec omnia fiant. Coelum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Nihil enim in rerum corporalium natura coelo et terra durabilius, et nihil in rerum natura tam velociter quam sermo transit. Verba enim quousque imperfecta sunt, verba non sunt; cum vero perfecta fuerint, omnino jam non sunt, quia nec perfici nisi transeundo possunt. Ait ergo: Coelum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Ac si aperte dicat: Omne quod apud vos durabile est, sine immutatione durabile ad aeternitatem non est; et omne quod apud me transire cernitur, fixum et sine transitu tenetur, quia sine mutabilitate manentes sententias exprimit meus sermo qui transit.

Ecce, fratres mei, jam cernimus quod audiebamus. Novis quotidie et crebrescentibus malis mundus urgetur. Ex illa plebe innumera quanti remanseritis aspicitis; et tamen adhuc quotidie flagella urgent repentini casus opprimunt, novae nos et improvisae clades affligunt.

Pues escrito está: "Cualquiera que quisiere ser amigo de este siglo, es constituido enemigo de Dios" (Sant. IV, 4). El que, por tanto, no se goza al acercarse el fin del mundo, testifica que es amigo de él, y por esto es convencido de ser enemigo de Dios. Pero lejos esté esto de los corazones de los fieles, lejos de estos que tanto creen por la fe que hay otra vida, como la aman por la operación. Pues lamentarse por la destrucción del mundo es de aquellos que plantaron las raíces del corazón en su amor, que no buscan la vida siguiente, que ni siquiera sospechan que aquella existe. Nosotros, en cambio, que conocimos los gozos eternos de la patria celestial, debemos apresurarnos a ellos cuanto antes. Debemos desear partir más pronto, y llegar a ella por una vía más breve. Pues, ¿por qué males no es oprimido el mundo? ¿Qué tristeza, qué adversidad no nos angustia? ¿Qué es la vida mortal, sino una vía? Y considerad, hermanos míos, qué sea cansarse en el trabajo de la vía, y sin embargo no querer que esa misma vía se acabe. Pero que el mundo debe ser pisoteado y despreciado, nuestro Redentor lo manifiesta con una comparación providente, cuando añade a continuación: "Ved la higuera y todos los árboles, cuando ya producen de sí fruto, sabéis que el estío está cerca." Así también vosotros, cuando viereis que suceden estas cosas, sabed que está cerca el reino de Dios. Como si dijera abiertamente: Porque así como por el fruto de los árboles se conoce el estío cercano, así por la ruina del mundo se reconoce que está cerca el reino de Dios. Con cuyas palabras ciertamente se muestra que el fruto del mundo es la ruina. Pues para esto crece, para que caiga. Para esto germina, para que cualquier cosa que haya germinado, la consuma con desastres. Bien se compara el reino de Dios al estío, porque entonces pasan las nubes de nuestro dolor, y los días de la vida resplandecen con la claridad del sol eterno.

Todo lo cual se confirma bajo una gran certeza, cuando se añade la sentencia por la que se dice: "En verdad os digo que no pasará esta generación hasta que todo se cumpla." El cielo y la tierra pasarán, pero mis palabras no pasarán. Pues nada en la naturaleza de las cosas corporales es más duradero que el cielo y la tierra, y nada en la naturaleza de las cosas pasa tan velozmente como la palabra. Pues las palabras, mientras son imperfectas, no son palabras; mas cuando hubieran sido perfeccionadas, ya no son en absoluto, porque no pueden perfeccionarse sino pasando. Dice, pues: "El cielo y la tierra pasarán, pero mis palabras no pasarán." Como si dijera abiertamente: Todo lo que entre vosotros es duradero, no es duradero hasta la eternidad sin mudanza; y todo lo que en mí se ve pasar, se tiene fijo y sin tránsito, porque expresa sentencias que permanecen sin mutabilidad mi palabra que pasa.

He aquí, hermanos míos, ya vemos lo que oíamos. El mundo es oprimido por males nuevos y cada día más frecuentes. Cuántos de aquel pueblo innumerable habéis quedado, lo veis; y sin embargo todavía cada día las plagas apremian, los sucesos repentinos nos abruman, nuevas e imprevistas calamidades nos afligen.

Sicut enim in juventute viget corpus, forte et incolume manet pectus, torosa cervix, plena sunt bronchia; in annis autem senilibus statura curvatur, cervix exsiccata deponitur, frequentibus suspiriis pectus urgetur, virtus deficit, loquentis verba anhelitus intercidit; nam etsi languor desit, plerumque sensibus ipsa sua salus aegritudo est: ita mundus in annis prioribus velut in juventute viguit, ad propagandam humani generis prolem robustus fuit, salute corporum viridis, opulentia rerum pinguis; at nunc ipsa sua senectute deprimitur, et quasi ad vicinam mortem molestiis crescentibus urgetur. Nolite ergo, fratres mei, diligere quem videtis diu stare non posse. Praecepta apostolica in animo ponite, quibus nos admonet, dicens: Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt, quia si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo (I Joan., II, 15). Nudius tertius, fratres, agnovistis quod subito turbine annosa arbusta eruta, destructae domus, atque Ecclesiae a fundamentis eversae sunt. Quanti ad vesperum sani atque incolumes acturos se in crastinum aliquid putabant, et tamen nocte eadem repentina morte defuncti sunt, in laqueo ruinae deprehensi?

Sed considerandum nobis est, dilectissimi, quod ad haec agenda invisibilis judex venti tenuissimi spiritum movit, unius procellam nubis excitavit, et terram subruit, casura tot aedificiorum fundamenta concussit. Quid ergo judex iste facturus est, cum per semetipsum venerit, et in ultionem peccatorum ira ejus exarserit, si portari non potest cum nos per tenuissimam nubem ferit? In irae ejus praesentia quae caro subsistet, si ventum movit, et terram subruit, concitavit aera, et tot aedificia stravit? Hanc districtionem venturi judicis Paulus considerans, ait: Horrendum est incidere in manus Dei viventis (Hebr. X, 31). Hanc Psalmista exprimit, dicens: Deus manifeste veniet, Deus noster, et non silebit. Ignis in conspectu ejus ardebit, et in circuitu ejus tempestas valida (Psal. XLIX, 3). Districtionem quippe tantae justitiae tempestas ignisque comitantur, quia tempestas examinat, quos ignis exurat. Illum ergo diem, fratres charissimi, ante oculos ponite, et quidquid modo grave creditur in ejus comparatione levigatur. De illo etenim die per prophetam dicitur: Juxta est dies Domini magnus, juxta et velox nimis. Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies irae, dies illa, dies tribulationis et angustiae, dies calamitatis et miseriae, dies tenebrarum et caliginis, dies nebulae et turbinis, dies tubae et clangoris (Sophon. I, 14, seq.). De hac die Dominus iterum per prophetam dicit: Adhuc semel et ego movebo non solum terram, sed etiam coelum (Aggaei II, 22). Ecce, ut praediximus, aerem movit, et terra non subsistit; quis ergo ferat, cum coelum moverit?

Pues así como en la juventud el cuerpo tiene vigor, el pecho permanece fuerte e incólume, la cerviz musculosa, los pulmones están llenos; pero en los años seniles la estatura se encorva, la cerviz desecada se baja, el pecho es oprimido por frecuentes suspiros, la virtud falta, el aliento corta las palabras del que habla; pues aunque falte la enfermedad, la mayoría de las veces su misma salud es una enfermedad para los sentidos: así el mundo en los años anteriores floreció como en la juventud, fue robusto para propagar la prole del género humano, verde por la salud de los cuerpos, gordo por la opulencia de las cosas; mas ahora es deprimido por su misma vejez, y como hacia una muerte cercana es apremiado por las molestias crecientes. No queráis, pues, hermanos míos, amar lo que veis que no puede estar mucho tiempo en pie. Poned en el ánimo los preceptos apostólicos, con los que nos amonesta diciendo: "No queráis amar al mundo, ni las cosas que están en el mundo, porque si alguno ama al mundo, la caridad del Padre no está en él" (I Juan II, 15). Anteayer, hermanos, supisteis que por un torbellino repentino fueron arrancados viejos arbustos, destruidas casas, e iglesias demolidas desde sus cimientos. ¿Cuántos sanos e incólumes por la tarde pensaban que harían algo al día siguiente, y sin embargo esa misma noche murieron de muerte repentina, atrapados en el lazo de la ruina?

Pero debemos considerar, dilectísimos, que para hacer esto el juez invisible movió el soplo de un viento muy tenue, excitó la tempestad de una sola nube, y subvirtió la tierra, sacudió tantos cimientos de edificios que iban a caer. ¿Qué, pues, va a hacer ese juez, cuando venga por sí mismo, y su ira se encienda en venganza de los pecados, si no se le puede soportar cuando nos hiere por medio de una nube tenuísima? Ante la presencia de su ira, ¿qué carne subsistirá, si movió el viento y subvirtió la tierra, agitó el aire y derribó tantos edificios? Pablo, considerando esta severidad del juez que ha de venir, dice: "Horrendo es caer en las manos del Dios vivo" (Heb. X, 31). El Salmista expresa esto diciendo: "Dios vendrá manifiestamente, nuestro Dios, y no callará. Un fuego arderá en su presencia, y en su derredor una tempestad válida" (Sal. XLIX, 3). Pues a tan gran justicia la acompañan la tempestad y el fuego, porque la tempestad examina a quienes el fuego ha de quemar. Aquel día, pues, hermanos carísimos, ponedlo ante los ojos, y todo lo que ahora se cree grave se alivia en su comparación. Pues de aquel día se dice por el profeta: "Cerca está el gran día del Señor, cerca y veloz en demasía. Voz del día del Señor amarga, allí se atribulará el fuerte. Día de ira, aquel día, día de tribulación y de angustia, día de calamidad y de miseria, día de tinieblas y de oscuridad, día de niebla y de torbellino, día de trompeta y de clamor" (Sofon. I, 14 ss.). De este día dice de nuevo el Señor por el profeta: "Todavía una vez y yo moveré no solo la tierra, sino también el cielo" (Ageo II, 22). He aquí que, como predijimos, movió el aire, y la tierra no subsiste; ¿quién, pues, lo soportará cuando mueva el cielo?

Quid autem terrores quos cernimus, nisi sequentis irae praecones dixerimus? Unde et considerare necesse est quia ab illa tribulatione ultima tantum sunt, istae tribulationes dissimiles quantum a potentia judicis persona praeconis distat. Illum ergo diem, fratres charissimi, tota intentione cogitate, vitam corrigite, mores mutate, mala tentantia resistendo vincite, perpetrata autem fletibus punite. Adventum namque aeterni judicis tanto securiores quandoque videbitis, quanto nunc districtionem illius timendo praevenitis.

HOMILIA II.

Habita ad populum in basilica sancti Petri apostoli, Dominica in Quinquagesima. LECTIO S. EVANGELII SEC. LUC. XVIII, 31-44.

In illo tempore, assumpsit Jesus duodecim discipulos suos, et ait illis: Ecce ascendimus Jerosolymam, et consummabuntur omnia quae scripta sunt per prophetas de Filio hominis. Tradetur enim gentibus, et illudetur, et flagellabitur, et conspuetur. Et postquam flagellaverint, occident eum, et die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat autem verbum istud absconditum ab eis, et non intelligebant quae dicebantur. Factum est autem, cum appropinquaret Jericho, caecus quidam sedebat secus viam, mendicans. Et cum audiret turbam praetereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei quod Jesus Nazarenus transiret. Et exclamavit, dicens: Jesu fili David, miserere mei. Et qui praeibant increpabant eum, ut taceret. Ipse vero multo magis clamabat: Fili David, miserere mei. Stans autem Jesus jussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogavit illum, dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, ut videam. Et dixit illi Jesus: Respice, fides tua te salvum fecit. Et confestim vidit, et sequebatur illum, magnificans Deum. Et omnis plebs, ut vidit, dedit laudem Deo.

Redemptor noster praevidens ex passione sua discipulorum animos perturbandos, eis longe ante et ejusdem passionis poenam, et resurrectionis suae gloriam praedicit, ut cum eum morientem, sicut praedictum est, cernerent, etiam resurrecturum non dubitarent. Sed quia carnales adhuc discipuli nullo modo valebant capere verba mysterii, venitur ad miraculum. Ante eorum oculos caecus lumen recipit, ut qui coelestis mysterii verba non caperent, eos ad fidem coelestia facta solidarent. Sed miracula Domini et Salvatoris nostri sic accipienda sunt, fratres charissimi, ut et in veritate credantur facta, et tamen per significationem nobis aliquid innuant. Opera quippe ejus et per potentiam aliud ostendunt, et per mysterium aliud loquuntur. Ecce enim quis juxta historiam caecus iste fuerit ignoramus, sed tamen quem per mysterium significet novimus.

¿Y qué son los terrores que vemos, sino heraldos de la ira siguiente? De donde también es necesario considerar que estas tribulaciones son tan distintas de aquella tribulación última cuanto dista la persona del heraldo de la potencia del juez. Aquel día, pues, hermanos carísimos, pensadlo con toda intención, corregid la vida, mudad las costumbres, venced resistiendo los males que tientan, y castigad con llantos los perpetrados. Pues veréis el advenimiento del juez eterno tanto más seguros algún día, cuanto ahora prevenís su severidad temiendo.

HOMILÍA II.

Tenida ante el pueblo en la basílica de san Pedro apóstol, el Domingo de Quincuagésima. LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN LUC. XVIII, 31-44.

En aquel tiempo, Jesús tomó consigo a sus doce discípulos, y les dijo: He aquí subimos a Jerusalén, y se consumarán todas las cosas que fueron escritas por los profetas sobre el Hijo del hombre. Pues será entregado a las gentes, y será burlado, y azotado, y escupido. Y después de que lo hubieren azotado, lo matarán, y al tercer día resucitará. Y ellos nada de esto entendieron. Y estaba esta palabra escondida de ellos, y no entendían lo que se decía. Sucedió, pues, que cuando se acercaba a Jericó, un cierto ciego estaba sentado junto al camino, mendigando. Y como oyera a la multitud que pasaba, preguntaba qué era aquello. Y le dijeron que Jesús Nazareno pasaba. Y exclamó diciendo: "Jesús, hijo de David, ten misericordia de mí." Y los que iban delante le increpaban para que callase. Pero él mucho más clamaba: "Hijo de David, ten misericordia de mí." Y deteniéndose Jesús, mandó que lo trajeran a él. Y cuando se hubo acercado, le preguntó diciendo: "¿Qué quieres que te haga?" Y él dijo: "Señor, que vea." Y Jesús le dijo: "Mira, tu fe te ha salvado." Y al punto vio, y lo seguía, magnificando a Dios. Y todo el pueblo, como lo vio, dio alabanza a Dios.

Nuestro Redentor, previendo que por su pasión los ánimos de los discípulos se habían de perturbar, les predice mucho antes tanto la pena de la misma pasión como la gloria de su resurrección, para que cuando lo vieran morir, tal como estaba predicho, tampoco dudaran de que habría de resucitar. Pero porque los discípulos carnales todavía de ninguna manera eran capaces de captar las palabras del misterio, se llega al milagro. Ante sus ojos un ciego recibe la luz, para que a quienes no captaban las palabras del misterio celestial, los hechos celestiales los consolidaran en la fe. Pero los milagros de nuestro Señor y Salvador han de ser así recibidos, hermanos carísimos, que tanto se crean hechos en verdad, como sin embargo por significación nos insinúen algo. Pues sus obras muestran una cosa por la potencia y hablan otra por el misterio. Pues he aquí que según la historia ignoramos quién haya sido este ciego, mas sin embargo sabemos a quién significa por el misterio.

Caecus quippe est genus humanum, quod in parente primo a paradisi gaudiis expulsum, claritatem supernae lucis ignorans, damnationis suae tenebras patitur; sed tamen per Redemptoris sui praesentiam illuminatur, ut internae lucis gaudia jam per desiderium videat, atque in via vitae boni operis gressus ponat.

Notandum vero est quod cum Jesus Jericho appropinquare dicitur, caecus illuminatur. Jericho quippe luna interpretatur, luna autem in sacro eloquio pro defectu carnis ponitur, quia dum menstruis momentis decrescit, defectum nostrae mortalitatis designat. Dum igitur conditor noster appropinquat Jericho, caecus ad lumen redit, quia dum divinitas defectum nostrae carnis suscepit, humanum genus lumen, quod amiserat, recepit. Unde enim Deus humana patitur, inde homo ad divina sublevatur. Qui videlicet caecus recte et juxta viam sedere et mendicans esse describitur; ipsa enim Veritas dicit: Ego sum via (Joan. XIV, 6). Qui ergo aeternae lucis claritatem nescit, caecus est; sed si jam in Redemptorem credit, juxta viam sedet; si autem jam credit, sed ut aeternam lucem recipiat rogare dissimulat, atque a precibus cessat, caecus quidem juxta viam sedet, sed minime mendicat. Si vero et crediderit, et caecitatem cordis sui cognoverit, et ut lumen veritatis recipiat postulat, juxta viam caecus sedet, et mendicat. Quisquis ergo caecitatis suae tenebras agnoscit, quisquis hoc, quod sibi deest, lumen aeternitatis intelligit, clamet medullis cordis, clamet et vocibus mentis, dicens: Jesu fili David, miserere mei. Sed quid clamante caeco subjungitur audiamus: Et qui praeibant, increpabant eum, ut taceret.

Quid autem designant isti qui Jesum venientem praecedunt, nisi desideriorum carnalium turbas, tumultusque vitiorum, qui, priusquam Jesus ad cor nostrum veniat, tentationibus suis cogitationem nostram dissipant, et voces cordis in oratione perturbant? Saepe namque dum converti ad Dominum post perpetrata vitia volumus, dum contra haec eadem exorare vitia quae perpetravimus conamur, occurrunt cordi phantasmata peccatorum quae fecimus, mentis nostrae aciem reverberant, confundunt animum, et vocem nostrae deprecationis premunt. Qui praeibant ergo increpabant eum, ut taceret, quia, priusquam Jesus ad cor veniat, mala quae fecimus, cogitationi nostrae suis imaginibus illisa, in ipsa nos nostra oratione conturbant.

Pues el ciego es el género humano, que en su primer padre, expulsado de los gozos del paraíso, ignorando la claridad de la luz superna, padece las tinieblas de su condenación; pero sin embargo es iluminado por la presencia de su Redentor, para que ya vea los gozos de la luz interna por el deseo, y ponga sus pasos en el camino de la vida de la buena obra.

Se debe notar, por cierto, que cuando se dice que Jesús se acerca a Jericó, el ciego es iluminado. Pues Jericó se interpreta como luna, y la luna en el sagrado elocuio se pone por el defecto de la carne, porque mientras en los momentos mensuales decrece, designa el defecto de nuestra mortalidad. Por tanto, mientras nuestro creador se acerca a Jericó, el ciego vuelve a la luz, porque mientras la divinidad asumió el defecto de nuestra carne, el género humano recibió la luz que había perdido. Pues de donde Dios padece cosas humanas, de allí el hombre es elevado a cosas divinas. El cual ciego rectamente es descrito tanto sentado junto al camino como mendigando; pues la misma Verdad dice: "Yo soy el camino" (Juan XIV, 6). El que, por tanto, no conoce la claridad de la luz eterna, es ciego; mas si ya cree en el Redentor, se sienta junto al camino; mas si ya cree, pero disimula rogar para recibir la luz eterna, y cesa de las oraciones, se sienta ciertamente ciego junto al camino, pero de ninguna manera mendiga. Mas si tanto creyera, como conociera las tinieblas de su corazón, y pidiera que reciba la luz de la verdad, el ciego se sienta junto al camino y mendiga. Cualquiera pues que reconozca las tinieblas de su ceguera, cualquiera que entienda esta luz de la eternidad que le falta, clame con las médulas del corazón, clame con las voces de la mente diciendo: "Jesús, hijo de David, ten misericordia de mí". Pero oigamos lo que se añade al clamar el ciego: "Y los que iban delante le increpaban para que callase".

¿Qué designan, pues, estos que preceden a Jesús que viene, sino las turbas de los deseos carnales y los tumultos de los vicios, que, antes de que Jesús venga a nuestro corazón, disipan con sus tentaciones nuestro pensamiento, y perturban las voces del corazón en la oración? Pues a menudo, mientras queremos convertirnos al Señor después de los vicios perpetrados, mientras intentamos orar contra estos mismos vicios que perpetramos, ocurren al corazón los fantasmas de los pecados que hicimos, reverberan el filo de nuestra mente, confunden el ánimo y oprimen la voz de nuestra deprecación. Los que iban delante, pues, le increpaban para que callase, porque, antes de que Jesús venga al corazón, los males que hicimos, chocando contra nuestro pensamiento con sus imágenes, nos conturban en nuestra misma oración.

Sed quid ad haec illuminandus iste caecus fecit audiamus. Sequitur: Ipse vero multo magis clamabat: Fili David, miserere mei. Ecce quem turba increpat ut taceat magis ac magis clamat, quia quanto graviori tumultu cogitationum carnalium premimur, tanto orationi insistere ardentius debemus. Contradicit turba, ne clamemus, quia peccatorum nostrorum phantasmata plerumque et in oratione patimur. Sed nimirum necesse est ut vox cordis nostri quo durius repellitur, eo valentius insistat, quatenus cogitationis illicitae tumultum superet, atque ad pias aures Domini nimietate suae importunitatis erumpat. In se, ut suspicior, recognoscit unusquisque quod dicimus, quia dum ab hoc mundo animum ad Deum mutamus, dum ad orationis opus convertimur, ipsa quae prius delectabiliter gessimus importuna postea atque gravia in oratione nostra toleramus. Vix eorum cogitatio manu sancti desiderii ab oculis cordis abigitur, vix eorum phantasmata per poenitentiae lamenta superantur.

Sed cum in oratione nostra vehementer insistimus, transeuntem Jesum menti figimus. Unde illic subditur: Stans autem Jesus, jussit illum adduci ad se. Ecce stat qui ante transibat, quia dum adhuc turbas phantasmatum in oratione patimur, Jesum aliquatenus transeuntem sentimus. Cum vero orationi vehementer insistimus, stat Jesus ut lucem restituat, quia Deus in corde figitur, et lux amissa reparatur.

Qua tamen in re aliud aliquid nobis Dominus innuit, quod intelligi de humanitate ac divinitate illius utiliter possit. Clamantem etenim caecum Jesus transiens audivit, sed stans miraculum illuminationis exhibuit. Transire namque humanitatis est, stare divinitatis. Per humanitatem quippe habuit nasci, crescere, mori, resurgere, de loco ad locum venire. Quia ergo in divinitate mutabilitas non est, atque hoc ipsum mutari transire est, profecto ille transitus ex carne est, non ex divinitate. Per divinitatem vero ei semper stare est, quia ubique praesens, nec per motum venit, nec per motum recedit. Caecum igitur clamantem Dominus transiens audit, stans illuminat, quia per humanitatem suam vocibus nostrae caecitatis compatiendo misertus est, sed lumen nobis gratiae per divinitatis potentiam infudit.

Pero oigamos qué hizo este ciego que había de ser iluminado ante estas cosas. Sigue: "Pero él mucho más clamaba: Hijo de David, ten misericordia de mí". He aquí que aquel a quien la turba increpa para que calle, clama más y más, porque cuanto con más grave tumulto de pensamientos carnales somos oprimidos, tanto más ardientemente debemos insistir en la oración. Contradice la turba para que no clamemos, porque la mayoría de las veces padecemos los fantasmas de nuestros pecados incluso en la oración. Pero ciertamente es necesario que la voz de nuestro corazón, cuanto más duramente es repelida, tanto más valientemente insista, hasta que supere el tumulto del pensamiento ilícito, y rompa hacia las piadosas oídos del Señor por la demasía de su importunidad. Cada uno, sospecho, reconoce en sí mismo lo que decimos, porque mientras mudamos el ánimo de este mundo a Dios, mientras nos convertimos a la obra de la oración, aquellas mismas cosas que antes hicimos deleitablemente, después las toleramos importunas y graves en nuestra oración. Apenas su pensamiento es ahuyentado de los ojos del corazón por la mano del santo deseo, apenas sus fantasmas son superados por los lamentos de la penitencia.

Pero cuando insistimos vehementemente en nuestra oración, fijamos en la mente a Jesús que pasa. Por lo cual allí se añade: "Y deteniéndose Jesús, mandó que lo trajeran a él." He aquí que se detiene el que antes pasaba, porque mientras todavía padecemos las turbas de fantasmas en la oración, sentimos a Jesús de algún modo pasando. Pero cuando insistimos vehementemente en la oración, se detiene Jesús para restituir la luz, porque Dios se fija en el corazón, y la luz perdida es reparada.

En cuya cosa, sin embargo, el Señor nos insinúa algo más, que puede entenderse útilmente sobre su humanidad y divinidad. Pues Jesús pasando oyó al ciego que clamaba, pero deteniéndose exhibió el milagro de la iluminación. Pues pasar es propio de la humanidad, detenerse es propio de la divinidad. Pues por la humanidad tuvo el nacer, crecer, morir, resucitar, venir de lugar en lugar. Porque, por tanto, en la divinidad no hay mutabilidad, y esto mismo de mudarse es pasar, por cierto aquel tránsito es de la carne, no de la divinidad. Por la divinidad, en cambio, le es propio estar siempre detenido, porque presente en todas partes, ni viene por movimiento, ni se retira por movimiento. Al ciego, pues, que clama el Señor pasando lo oye, deteniéndose lo ilumina, porque por su humanidad se compadeció teniendo misericordia de las voces de nuestra ceguera, pero nos infundió la luz de la gracia por la potencia de la divinidad.

7. Et notandum quid caeco venienti dicat: Quid tibi vis faciam? Nunquid qui lumen reddere poterat quid vellet caecus ignorabat? Sed peti vult id quod et nos petere et se concedere praenoscit. Importune namque ad orationem nos admonet, et tamen dicit: Scit namque Pater vester coelestis, quid opus sit vobis, antequam petatis eum (Matth. VI, 8). Ad hoc ergo requirit ut petatur: ad hoc requirit, ut cor ad orationem excitet. Unde et caecus protinus adjunxit: Domine, ut videam. Ecce caecus a Domino non aurum, sed lucem quaerit. Parvipendit extra lucem aliquid quaerere, quia etsi habere caecus quodlibet potest, sine luce videre non potest quod habet. Imitemur ergo, fratres charissimi, eum quem et corpore audivimus et mente salvatum. Non falsas divitias, non terrena dona, non fugitivos honores a Domino, sed lucem quaeramus; nec lucem quae loco clauditur, quae tempore finitur, quae noctium interruptione variatur, quae a nobis communiter cum pecoribus cernitur, sed lucem quaeramus quam videre cum solis angelis possimus, quam nec initium inchoat, nec finis angustat. Ad quam profecto lucem via fides est. Unde recte et illuminando caeco protinus respondetur: Respice, fides tua te salvum fecit. Sed ad haec cogitatio carnalis dicit: Quomodo possum lucem spiritalem quaerere, quam videre non possum? Unde mihi certum est si sit, quae corporeis oculis non infulget? Cui scilicet cogitationi est quod breviter quisque respondeat, quia et haec ipsa quae sentit, non per corpus, sed per animam cogitat. Et nemo suam animam videt, nec tamen dubitat se animam habere, quam non videt. Ex invisibili namque anima visibile regitur corpus. Si autem auferatur quod est invisibile, protinus corruit hoc quod visibile stare videbatur. Ex invisibili ergo substantia in hac vita visibili vivitur, et esse vita invisibilis dubitatur?

8. Sed jam petenti caeco quid factum est, vel quid ipse fecerit, audiamus. Sequitur: Confestim vidit, et sequebatur illum. Videt et sequitur, qui bonum quod intelligit operatur. Videt autem, sed non sequitur, qui bonum quidem intelligit, sed bona operari contemnit. Si ergo, fratres charissimi, caecitatem jam nostrae peregrinationis agnoscimus, si credendo in Redemptoris nostri mysterium, juxta viam sedemus, si exorando quotidie ab auctore nostro lucem petimus, si eamdem lucem jam per intellectum videndo illuminati post caecitatem sumus, Jesum quem mente cernimus opere sequamur. Aspiciamus qua graditur, et ejus vestigia imitando teneamus. Jesum etenim sequitur qui imitatur. Hinc namque dicit: Sequere me, et dimitte mortuos sepelire mortuos suos (Matth. VIII, 22). Sequere enim dicitur imitare. Hinc rursus admonet, dicens: Si quis mihi ministrat, me sequatur (Joan. XII, 26). Consideremus ergo qua graditur, ut sequi mereamur. Ecce, cum sit dominus et creator angelorum, suscepturus naturam nostram quam condidit, in uterum Virginis venit. Nasci tamen in hoc mundo per divites noluit, parentes pauperes elegit.

7. Y ha de notarse qué dice al ciego que viene: ¿Qué quieres que te haga? ¿Acaso ignoraba el que podía devolver la luz qué quería el ciego? Pero quiere que se le pida aquello mismo que preconoce que nosotros hemos de pedir y él ha de conceder. Pues nos amonesta importunamente a la oración, y sin embargo dice: Vuestro Padre celestial sabe qué os es necesario antes de que se lo pidáis (Mat. 6, 8). Para esto, pues, requiere que se le pida: para esto requiere que excite el corazón a la oración. Por lo cual también el ciego añadió al punto: Señor, que vea. He aquí que el ciego no busca del Señor oro, sino luz. Estima en poco buscar algo fuera de la luz, porque aunque el ciego pueda tener cualquier cosa, sin la luz no puede ver lo que tiene. Imitemos, pues, hermanos carísimos, a aquel que hemos oído salvado tanto en el cuerpo como en la mente. No busquemos del Señor falsas riquezas, ni dones terrenos, ni honores fugitivos, sino la luz; y no la luz que se encierra en un lugar, que se termina con el tiempo, que se varía por la interrupción de las noches, que es vista por nosotros en común con las bestias, sino busquemos la luz que podamos ver con los solos ángeles, la cual ni principio la inicia, ni fin la estrecha. Hacia la cual luz, por cierto, la vía es la fe. Por lo cual rectamente se responde al punto al ciego que es iluminado: Mira, tu fe te ha salvado. Pero a estas cosas el pensamiento carnal dice: ¿Cómo puedo buscar la luz espiritual, que no puedo ver? ¿De dónde me es cierto si existe, la que no brilla a los ojos corporales? A cuyo pensamiento hay ciertamente lo que cada uno responda brevemente, porque aun estas mismas cosas que siente, no las piensa por el cuerpo, sino por el alma. Y nadie ve su propia alma, y sin embargo no duda que tiene alma, a la cual no ve. Pues por el alma invisible se rige el cuerpo visible. Pero si se quita lo que es invisible, al punto se desploma esto que parecía estar visible. ¿De una sustancia invisible, por tanto, se vive en esta vida visible, y se duda que existe la vida invisible?

8. Pero ya oigamos qué se hizo por el ciego que pedía, o qué hizo él mismo. Sigue: Al punto vio, y lo seguía. Ve y sigue el que obra el bien que entiende. Pero ve, y no sigue, el que ciertamente entiende el bien, pero desprecia obrar cosas buenas. Si, pues, hermanos carísimos, reconocemos ya la ceguera de nuestra peregrinación, si creyendo en el misterio de nuestro Redentor, nos sentamos junto al camino, si suplicando diariamente pedimos la luz de nuestro autor, si somos ya iluminados después de la ceguera viendo esa misma luz por el entendimiento, sigamos con la obra a Jesús a quien discernimos con la mente. Miremos por donde camina, y mantengamos sus huellas imitándolas. Pues sigue a Jesús el que lo imita. Pues de aquí dice: Sígueme, y deja a los muertos sepultar a sus muertos (Mat. 8, 22). Pues se dice "sigue" por "imita." De aquí de nuevo amonesta, diciendo: Si alguno me sirve, sígame (Juan 12, 26). Consideremos, pues, por donde camina, para que merezcamos seguirlo. He aquí que, siendo el señor y creador de los ángeles, habiendo de asumir nuestra naturaleza que él fundó, vino al seno de la Virgen. Sin embargo, no quiso nacer en este mundo por medio de ricos, eligió padres pobres.

Unde et agnus qui pro illo offerretur defuit, columbarum pullos et par turturum ad sacrificium mater invenit (Luc. II, 24.) Prosperari in mundo noluit; opprobria irrisionesque toleravit; sputa, flagella, alapas, spineam coronam, crucemque sustinuit; et quia rerum corporalium delectatione a gaudio interno cecidimus, cum qua amaritudine illuc redeatur ostendit. Quid itaque homo pro se pati debet, si tanta Deus pro hominibus pertulit? Qui ergo in Christum jam credidit, sed adhuc avaritiae lucra sectatur, in superbia honoris extollitur, invidiae facibus inardescit, libidinis se immunditia polluit, prospera quae in mundo sunt concupiscit, Jesum in quem credidit sequi contemnit. Diverso quippe itinere ambulat, si gaudia delectationesque appetit, cui dux suus viam amaritudinis ostendit. Revocemus ergo ante oculos peccata quae fecimus; consideremus quam terribilis judex haec puniturus adveniat; mentem formemus ad lamenta; vita nostra ad tempus amarescat in poenitentia, ne aeternam amaritudinem sentiat in vindicta. Per fletus quippe ad aeterna gaudia ducimur, Veritate pollicente, quae ait: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur (Matth. V, 5). Ad fletum vero per gaudia pervenitur, hac eadem Veritate attestante, quae ait: Vae vobis qui nunc ridetis, quia lugebitis et flebitis (Luc. VI, 25). Si ergo retributionis gaudium in perventione quaerimus, poenitentiae amaritudinem in via teneamus. Sicque fit ut non solum vita nostra in Deum proficiat, sed haec ipsa nostra conversatio ad laudem Dei et alios accendat. Unde illic subditur: Et omnis plebs, ut vidit, dedit laudem Deo.

HOMILIA III.

Habita ad populum in basilica sanctae Felicitatis martyris, in die natalis ejus.

LECTIO S. EVANGELII SEC. MATTH. XII, 46-50.

In illo tempore, loquente Jesu ad turbas, ecce mater ejus et fratres stabant foris, quaerentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua et fratres tui foris stant, quaerentes te. At ille respondens dicenti sibi ait: Quae est mater mea, et qui sunt fratres mei? Et extendens manus in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea et fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei qui in coelis est, ipse meus frater, et soror, et mater est.

Por lo cual también faltó el cordero que se ofrecería por él, la madre encontró polluelos de palomas y un par de tórtolas para el sacrificio (Luc. 2, 24). No quiso prosperar en el mundo; toleró oprobios e irrisiones; sostuvo salivazos, azotes, bofetadas, la corona de espinas y la cruz; y porque caímos del gozo interno por la delectación de las cosas corporales, mostró con qué amargura se vuelve allá. ¿Qué debe, por tanto, sufrir el hombre por sí mismo, si tantas cosas padeció Dios por los hombres? Aquel, pues, que ya ha creído en Cristo, pero todavía busca los lucros de la avaricia, se ensalza en la soberbia del honor, se enciende con las teas de la envidia, se mancilla con la inmundicia de la liviandad, codicia las cosas prósperas que hay en el mundo, desprecia seguir a Jesús en quien ha creído. Pues camina por un itinerario diverso, si apetece gozos y deleites, aquel a quien su guía mostró la vía de la amargura. Evoquemos, pues, ante los ojos los pecados que cometimos; consideremos cuán terrible vendrá el juez que ha de castigar estas cosas; formemos la mente para los lamentos; amargue nuestra vida por un tiempo en la penitencia, para que no sienta la amargura eterna en la venganza. Pues por el llanto somos conducidos a los goces eternos, prometiéndolo la Verdad, que dice: Bienaventurados los que lloran, porque ellos serán consolados (Mat. 5, 5). Pero hacia el llanto se llega por los goces, atestiguándolo esta misma Verdad, que dice: Ay de vosotros los que ahora reís, porque lloraréis y plañiréis (Luc. 6, 25). Si, pues, buscamos el gozo de la retribución al llegar, mantengamos la amargura de la penitencia en el camino. Y así se hace que no solo nuestra vida aproveche en Dios, sino que esta misma conversación nuestra encienda a otros para la alabanza de Dios. Por lo cual allí se añade: Y toda la plebe, cuando lo vio, dio alabanza a Dios.

HOMILÍA III.

Tenida al pueblo en la basílica de santa Felicidad mártir, en el día de su natalicio.

LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN MATEO XII, 46-50.

En aquel tiempo, hablando Jesús a las turbas, he aquí que su madre y sus hermanos estaban fuera, buscando hablar con él. Y le dijo uno: He aquí que tu madre y tus hermanos están fuera, buscándote. Pero él respondiendo al que se lo decía dijo: ¿Quién es mi madre, y quiénes son mis hermanos? Y extendiendo las manos hacia sus discípulos, dijo: He aquí mi madre y mis hermanos. Pues cualquiera que hiciere la voluntad de mi Padre que está en los cielos, ese es mi hermano, y hermana, y madre.

1. Sancti Evangelii, fratres charissimi, brevis est lectio recitata, sed magnis mysteriorum ponderibus gravida. Jesus etenim conditor et redemptor noster matrem se nosse dissimulat, et quae ei mater sit, et qui propinqui, non per cognationem carnis, sed per conjunctionem spiritus designat, dicens: Quae est mater mea, et qui sunt fratres mei? Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei qui in coelis est, ipse meus frater, et soror, et mater est. Quibus nobis verbis quid aliud innuit, nisi quod obsequentes jussionibus suis multos ex gentilitate colligit, et Judaeam, ex cujus carne est genitus, non agnoscit? Unde et mater ejus cum quasi non agnoscitur, foris stare perhibetur, quia videlicet Synagoga idcirco ab auctore suo non recognoscitur, quia, legis observationem tenens, spiritalem intellectum perdidit, et sese ad custodiam litterae foris fixit.

2. Sed cum is qui voluntatem Patris fecerit soror et frater Domini dicitur, propter utrumque sexum qui ad fidem colligitur mirum non est; mirandum vero valde est quomodo etiam mater dicatur. Fideles enim discipulos fratres vocare dignatus est, dicens: Ite, nuntiate fratribus meis (Matth. XXVIII, 10). Qui ergo frater Domini fieri ad fidem veniendo potuerit, quaerendum est quomodo etiam et mater esse possit? Sed sciendum nobis est quia qui Christi frater et soror est credendo, mater efficitur praedicando. Quasi enim parit Dominum, quem cordi audientis infuderit. Et mater ejus efficitur, si per ejus vocem amor Domini in proximi mente generatur.

3. Ad quam rem nobis idonee confirmandam adest beata Felicitas, cujus hodie natalitia celebramus, quae credendo exstitit ancilla Christi, et praedicando facta est mater Christi. Septem quippe filios, sicut in gestis ejus emendatioribus legitur, sic post se timuit vivos in carne relinquere, sicut carnales parentes solent metuere ne mortuos praemittant. In persecutionis enim labore deprehensa, filiorum corda in amore supernae patriae praedicando roboravit, et parturivit spiritu quos carne pepererat, ut praedicatione pareret Deo quos carne pepererat mundo. Considerate, fratres charissimi, in femineo corpore virile pectus. Ad mortem stetit imperterrita. Amittere se in filiis lumen veritatis timuit, si non fuisset orbata. Nunquid ergo hanc feminam martyrem dixerim? sed plus quam martyrem. Certe Dominus, cum de Joanne loqueretur, dixit: Quid existis in desertum videre? Prophetam? utique dico vobis, et plus quam prophetam (Matth. XI, 7). Et Joannes ipse requisitus respondit, dicens: Non sum propheta (Joan. I, 21). Qui enim se plus quam prophetam noverat, esse prophetam negabat.

1. De la lectura del santo Evangelio, hermanos carísimos, es breve la lección recitada, pero grávida de grandes pesos de misterios. Pues Jesús, nuestro fundador y redentor, disimula conocer a su madre, y designa quién sea su madre y quiénes sus parientes, no por el parentesco de la carne, sino por la conjunción del espíritu, diciendo: ¿Quién es mi madre, y quiénes son mis hermanos? Pues cualquiera que hiciere la voluntad de mi Padre que está en los cielos, ese es mi hermano, y hermana, y madre. Con cuyas palabras ¿qué otra cosa nos insinúa, sino que obedeciendo a sus mandatos recoge a muchos de la gentilidad, y no reconoce a Judea, de cuya carne fue engendrado? Por lo cual también su madre, cuando como si no fuera reconocida, se dice que está fuera, porque a saber la Sinagoga por eso no es reconocida por su autor, porque, manteniendo la observancia de la ley, perdió el entendimiento espiritual, y se fijó fuera para la custodia de la letra.

2. Pero cuando aquel que hiciere la voluntad del Padre es llamado hermana y hermano del Señor, por razón de uno y otro sexo que es recogido para la fe, no es maravilla; pero es muy de maravillar cómo también es llamado madre. Pues se dignó llamar hermanos a los fieles discípulos, diciendo: Id, anunciad a mis hermanos (Mat. 28, 10). Aquel, pues, que pudo hacerse hermano del Señor viniendo a la fe, ha de preguntarse ¿cómo también puede ser madre? Pero debemos saber que el que es hermano y hermana de Cristo por el creer, se hace madre por el predicar. Pues como si pariera al Señor, a quien hubiere infundido en el corazón del que oye. Y se hace su madre, si por su voz el amor del Señor se genera en la mente del prójimo.

3. Para confirmarnos idóneamente esta cosa, asiste la bienaventurada Felicidad, cuyo natalicio celebramos hoy, la cual por el creer existió como esclava de Cristo, y por el predicar fue hecha madre de Cristo. Pues a siete hijos, como se lee en sus gestas más corregidas, así temió dejarlos vivos en la carne tras sí, como suelen temer los padres carnales que no se les adelanten muertos. Pues aprehendida en el trabajo de la persecución, robusteció los corazones de los hijos en el amor de la patria suprema predicando, y parió en el espíritu a los que había engendrado en la carne, para que por la predicación pariera para Dios a los que por la carne había engendrado para el mundo. Considerad, hermanos carísimos, en un cuerpo femenino un pecho varonil. Estuvo ante la muerte impávida. Temió perder en los hijos la luz de la verdad, si no hubiera sido privada de ellos. ¿Acaso, pues, diría que esta mujer es mártir? sino más que mártir. Ciertamente el Señor, cuando hablaba de Juan, dijo: ¿Qué salisteis a ver al desierto? ¿A un profeta? en verdad os digo, y más que a un profeta (Mat. 11, 7). And Juan mismo preguntado respondió, diciendo: No soy profeta (Juan 1, 21). Pues el que se conocía más que profeta, negaba ser profeta.

Qui idcirco plus quam propheta dicitur, quia prophetae officium est ventura praenuntiare, non etiam ostendere. Joannes vero plus quam propheta est, quia quem verbo dixit digito ostendit. Non ergo hanc feminam martyrem, sed plus quam martyrem dixerim, quae, septem pignoribus ad regnum praemissis, toties ante se mortua, ad poenas prima venit, sed pervenit octava. Aspexit mater et cruciata et imperterrita filiorum mortem, spei gaudium adhibuit dolori naturae. Timuit viventibus, gavisa est morientibus. Optavit nullum post se relinquere, ne si quem haberet superstitem, non posset habere consortem. Nemo ergo ex vobis, fratres charissimi, existimet quod ejus cor, morientibus filiis, etiam carnalis affectus minime pulsarit. Neque enim filios quos carnem suam esse noverat sine dolore poterat morientes videre, sed erat vis amoris interior quae dolorem vinceret carnis. Unde et passuro Petro dicitur: Cum senueris, extendes manus tuas, et alius te cinget, et ducet quo tu non vis (Joan. XXI, 18). Neque enim si plenissime Petrus nollet pro Christo pati potuisset, sed martyrium, quod per infirmitatem carnis noluit, per virtutem spiritus amavit. Qui dum per carnem ad poenas trepidat, per spiritum ad gloriam exsultat; actumque est ut cruciatum martyrii nolendo voluisset. Sic nos quoque cum gaudium quaerimus salutis, amarum poculum sumimus purgationis. Amaritudo quidem in poculo displicet, sed restituenda per amaritudinem salus placet. Amavit ergo juxta carnem Felicitas filios suos, sed pro amore coelestis patriae mori etiam coram se voluit quos amavit. Ipsa eorum vulnera accepit, sed ipsa in eisdem ad regnum praevenientibus excrevit. Recte ergo hanc feminam ultra martyrem dixerim, quae toties in filiis desiderabiliter exstincta, dum multiplex martyrium obtinuit, ipsam quoque martyrii palmam vicit. Fertur apud veteres mos fuisse ut quisquis consul existeret juxta ordinem temporum honoris sui locum teneret; at si quis posterius ad consulatum veniens consul non semel, sed bis fortasse aut tertio fieret, etiam illos laude et honore transcenderet qui non plus quam semel consules exstitissent. Vicit ergo beata Felicitas martyres, quae, tot ante se morientibus filiis, pro Christo frequenter occubuit, quia et amori illius sola sua mors minime suffecit.

Aquel que por eso es llamado más que profeta, porque el oficio del profeta es prenunciar lo venidero, no también mostrarlo. Juan, en cambio, es más que profeta, porque a quien dijo de palabra lo mostró con el dedo. No diría, pues, que esta mujer es mártir, sino más que mártir, la cual, enviadas siete prendas al reino, muerta tantas veces antes de sí misma, vino la primera a las penas, pero llegó la octava. Miró la madre atormentada e impávida la muerte de los hijos, añadió el gozo de la esperanza al dolor de la naturaleza. Temió por los que vivían, se gozó por los que morían. Optó no dejar a ninguno tras sí, para que si tuviera algún supérstite, no pudiera tener un consorte. Nadie, pues, de vosotros, hermanos carísimos, estime que su corazón, al morir los hijos, ni siquiera el afecto carnal lo pulsara lo más mínimo. Pues no podía ver morir sin dolor a los hijos que conocía que eran su propia carne, pero era la fuerza del amor interior la que vencía el dolor de la carne. Por lo cual también se dice a Pedro que ha de padecer: Cuando seas viejo, extenderás tus manos, y otro te ceñirá, y te llevará a donde tú no quieres (Juan 21, 18). Pues ni aunque Pedro plenamente no quisiera padecer por Cristo habría podido, sino el martirio, que por la flaqueza de la carne no quiso, por la virtud del espíritu lo amó. El cual mientras por la carne trepida ante las penas, por el espíritu exulta hacia la gloria; y se hizo que no queriendo hubiera querido el tormento del martirio. Así nosotros también cuando buscamos el gozo de la salud, tomamos la amarga copa de la purgación. La amargura ciertamente en la copa disgusta, pero la salud que ha de ser restituida por la amargura place. Amó, pues, según la carne Felicidad a sus hijos, pero por el amor de la patria celestial quiso que murieran incluso ante ella los que amó. Ella misma recibió las heridas de ellos, pero ella misma en los mismos que se adelantaban al reino creció. Rectamente, pues, diría que esta mujer está más allá del mártir, la cual extinguida deseablemente tantas veces en los hijos, mientras obtuvo un martirio múltiple, venció también la misma palma del martirio. Se cuenta entre los antiguos que fue costumbre que cualquiera que existiera cónsul tuviera el lugar de su honor según el orden de los tiempos; pero si alguno llegando después al consulado se hacía cónsul no una vez, sino dos tal vez o tres, trascendería también en alabanza y honor a aquellos que no hubieran existido cónsules más que una vez. Venció, pues, la bienaventurada Felicidad a los mártires, la cual, muriendo tantos hijos ante ella, frecuentemente sucumbió por Cristo, porque también para el amor de aquel sola su muerte fue mínimamente suficiente.

4. Consideremus, fratres, hanc feminam, consideremus nos, qui membris corporis viri sumus, in ejus comparatione quid existimabimur. Saepe namque agenda aliqua bona proponimus, sed si unus contra nos vel levissimus sermo ab ore irridentis eruperit, ab intentione actionis nostrae fracti protinus et confusi resilimus. Ecce nos plerumque a bono opere verba revocant. Felicitatem vero a sancta intentione frangere nec tormenta potuerunt. Nos in auram maledictionis impingimus; haec ad regnum etiam per ferrum exiit, nihilque esse quod obsistebat aestimavit. Nos ad praecepta dominica largiri nostra saltem superflua nolumus; haec non solum Deo suam substantiam contulit, sed pro illo etiam propriam carnem dedit. Nos cum ex divina jussione filios amittimus, sine consolatione lugemus; haec eos velut mortuos plangeret, si non obtulisset. Cum ergo ad illud terribile examen districtus judex venerit, quid nos viri dicemus, cum hujus feminae gloriam viderimus? De debilitate mentis suae quae tunc erit viris excusatio, quando haec ostendetur, quae cum saeculo et sexum vicit? Sequamur ergo, fratres charissimi, districtam et asperam Redemptoris viam; usu quippe virtutum ita jam plana facta est, ut per eam feminis libeat ambulare. Despiciamus cuncta praesentia, nulla sunt etenim quae transire possunt. Turpe sit diligere quod constat citius perire. Non nos terrenarum rerum amor superet, non superbia inflet, non ira dilaniet, non luxuria polluat, non invidia consumat. Amore nostri, fratres charissimi, Redemptor noster occubuit, et nos amore ejus discamus vincere nosmetipsos. Quod si perfecte agimus, non solum imminentes poenas evademus, sed una cum martyribus gloria remunerabimur. Nam quamvis occasio persecutionis desit, habet tamen et pax nostra martyrium suum, quia etsi carnis colla ferro non subdimus, spiritali tamen gladio carnalia desideria in mente trucidamus, ipso adjuvante, etc.

HOMILIA IV.

Habita ad populum in basilica sancti Stephani martyris, de apostolis.

LECTIO S. EVANGELII SEC. MATTH. X, 5-10.

4. Consideremos, hermanos, a esta mujer, considerémonos a nosotros, que somos miembros del cuerpo de un hombre, en comparación con ella qué seremos estimados. Pues a menudo nos proponemos hacer algunas cosas buenas, pero si una sola palabra, aunque sea la más ligera, brota de la boca de un burlador contra nosotros, rotos y confundidos retrocedemos al punto de la intención de nuestra acción. He aquí que las palabras a menudo nos apartan de una buena obra. En cambio, a Felicidad ni los tormentos pudieron quebrantarla de su santa intención. Nosotros tropezamos ante el soplo de una maldición; ella salió hacia el reino incluso a través del hierro, y estimó que nada era lo que se oponía. Nosotros no queremos dar al menos nuestras cosas superfluas según los preceptos dominicales; ella no solo entregó a Dios su sustancia, sino que por él dio incluso su propia carne. Nosotros, cuando perdemos a los hijos por disposición divina, lloramos sin consuelo; ella los habría llorado como muertos si no los hubiera ofrecido. Por tanto, cuando venga el juez severo a aquel terrible examen, ¿qué diremos nosotros los hombres, cuando veamos la gloria de esta mujer? ¿Qué excusa habrá entonces para los hombres por la debilidad de su mente, cuando sea mostrada esta que con el mundo venció también su sexo? Sigamos, pues, hermanos carísimos, la senda estrecha y áspera del Redentor; pues por el uso de las virtudes ya se ha hecho tan llana, que place a las mujeres caminar por ella. Despreciemos todas las cosas presentes, pues no son nada las que pueden pasar. Sea torpe amar lo que consta que perece más pronto. No nos venza el amor de las cosas terrenas, no nos infle la soberbia, no nos desgarre la ira, no nos contamine la lujuria, no nos consuma la envidia. Por amor a nosotros, hermanos carísimos, nuestro Redentor murió, y aprendamos nosotros por amor a él a vencernos a nosotros mismos. Que si esto hacemos perfectamente, no solo escaparemos de las penas inminentes, sino que seremos remunerados con la gloria junto con los mártires. Pues aunque falte la ocasión de la persecución, tiene sin embargo también nuestra paz su propio martirio, porque aunque no sometamos los cuellos de la carne al hierro, degollamos sin embargo con la espada espiritual los deseos carnales en la mente, con su propia ayuda, etc.

HOMILÍA IV.

Tenida ante el pueblo en la basílica de san Esteban mártir, sobre los apóstoles.

LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN MATEO X, 5-10.

In illo tempore, misit Jesus duodecim discipulos suos, praecipiens eis dicens: In viam gentium ne abieritis, et in civitates Samaritanorum ne intraveritis, sed potius ite ad oves quae perierunt domus Israel. Euntes autem praedicate, dicentes quia appropinquavit regnum coelorum. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, daemones ejicite. Gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris; non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam. Dignus est enim operarius cibo suo.

1. Cum constet omnibus, fratres charissimi, quia Redemptor noster in mundum pro redemptione gentium venit, cum Samaritanos quotidie ad fidem vocari conspicimus, quid est quod in praedicationem discipulos mittens, dicit: In viam gentium ne abieritis, et in civitates Samaritanorum ne intraveritis, sed potius ite ad oves quae perierunt domus Israel? Nisi hoc quod ex facti fine colligimus, quia prius soli Judaeae voluit, et postmodum cunctis gentibus praedicari, ut dum illa converti vocata renueret, praedicatores sancti ad vocationem gentium per ordinem venirent, quatenus Redemptoris nostri praedicatio a propriis repulsa, gentiles populos quasi extraneos quaereret; et quod Judaeis fiebat in testimonium, hoc gentibus gratiae esset incrementum. Erant enim tunc qui de Judaea vocandi essent, et de gentibus vocandi non essent. Nam et in apostolorum Actibus, praedicante Petro, legimus et prius Hebraeorum tria millia, et postea quinque millia credidisse (Act. II, 41; IV, 4). Et cum praedicare apostoli gentibus in Asia voluissent, per Spiritum prohibiti esse memorantur (Act. XVI, 6); et tamen ipse Spiritus qui prius praedicationem prohibuit, hanc Asianorum cordibus postmodum infudit. Nam diu est quod Asia cuncta jam credidit. Idcirco ergo prius prohibuit quod postmodum fecit, quia tunc in illa erant qui salvandi non erant. Tunc in illa erant qui necdum ad vitam reparari merentur, nec tamen gravius de contempta praedicatione judicari. Subtili ergo occultoque judicio a quorumdam auribus praedicatio sancta subtrahitur, quia suscitari per gratiam non merentur. Unde necesse est, fratres charissimi, ut 1448 in omne quod agimus omnipotentis Dei super nos consilia occulta timeamus, ne dum mens nostra, exterius fusa, a sua se voluptate non revocat, intus contra eam judex terribiliter adversa disponat. Quod bene Psalmista intuens, ait: Venite et videte opera Domini, quam terribilis in consiliis super filios hominum (Psal. XLV, 9; Psal. LXV, 5). Vidit namque quod alius misericorditer vocatur, alius justitia exigente repellitur. Et quia alia parcendo Dominus, alia irascendo disponit, expavit quod penetrare non potuit. Et quem non solum investigabilem, sed etiam in quibusdam suis sententiis inflexibilem vidit, terribilem in consiliis esse memoravit.

En aquel tiempo, envió Jesús a sus doce discípulos, dándoles preceptos y diciendo: No vayáis por el camino de los gentiles, y no entréis en las ciudades de los samaritanos, sino id más bien a las ovejas que perecieron de la casa de Israel. Y yendo predicad, diciendo que se ha acercado el reino de los cielos. Curad a los enfermos, resucitad a los muertos, limpiad a los leprosos, echad a los demonios. Gratis lo recibisteis, gratis dadlo. No poseáis oro, ni plata, ni dinero en vuestras fajas; ni alforja para el camino, ni dos túnicas, ni calzado, ni báculo. Porque digno es el obrero de su alimento.

1. Constando a todos, hermanos carísimos, que nuestro Redentor vino al mundo para la redención de las gentes, y viendo que los samaritanos son llamados cada día a la fe, ¿qué es lo que dice al enviar a los discípulos a la predicación: No vayáis por el camino de los gentiles, y no entréis en las ciudades de los samaritanos, sino id más bien a las ovejas que perecieron de la casa de Israel? Sino esto que colegimos por el fin del hecho, que primero quiso que se predicara solo a Judea, y después a todas las gentes, para que, mientras aquella nación llamada rehusara convertirse, los santos predicadores vinieran por orden a la vocación de las gentes, a fin de que la predicación de nuestro Redentor, rechazada por los suyos, buscara a los pueblos gentiles como extraños; y lo que a los judíos se les hacía para testimonio, esto fuera para las gentes incremento de la gracia. Pues había entonces quienes debían ser llamados de Judea, y quienes de las gentes no debían ser llamados. Pues también en los Hechos de los Apóstoles, predicando Pedro, leemos que primero creyeron tres mil hebreos, y después cinco mil (Hech. 2, 41; 4, 4). Y cuando los apóstoles quisieron predicar a las gentes en Asia, se menciona que fueron prohibidos por el Espíritu (Hech. 16, 6); y sin embargo el mismo Espíritu que primero prohibió la predicación, después la infundió en los corazones de los asiáticos. Pues hace mucho que toda el Asia ya creyó. Por eso, pues, prohibió primero lo que después hizo, porque entonces había en ella quienes no debían ser salvados. Entonces había en ella quienes aún no merecían ser reparados para la vida, ni tampoco ser juzgados más gravemente por la predicación despreciada. Por un sutil y oculto juicio, pues, se sustrae la santa predicación de los oídos de algunos, porque no merecen ser resucitados por la gracia. Por lo cual es necesario, hermanos carísimos, que en todo lo que hacemos temamos los consejos ocultos de Dios omnipotente sobre nosotros, no sea que mientras nuestra mente, derramada exteriormente, no se retira de su placer, el juez disponga interiormente contra ella cosas adversas de manera terrible. Lo cual mirando bien el Salmista, dice: Venid y ved las obras del Señor, cuán terrible es en los consejos sobre los hijos de los hombres (Sal. 45, 9; Sal. 65, 5). Vio, en efecto, que uno es llamado misericordiosamente, otro es rechazado por exigencia de la justicia. Y porque el Señor dispone unas cosas perdonando, otras airándose, se espantó de lo que no pudo penetrar. Y a quien vio no solo inescrutable, sino también inflexible en algunas de sus sentencias, mencionó que es terrible en los consejos.

2. Missis autem praedicatoribus, quid praecipiatur audiamus. Euntes praedicate, dicentes, quia appropinquavit regnum coelorum. Hoc jam, fratres charissimi, etiam si Evangelium taceat, mundus clamat. Ruinae namque illius voces ejus sunt. Qui enim tot attritus percussionibus a gloria sua cecidit, quasi jam nobis e proximo regnum aliud quod sequitur ostendit. Ipsis jam et a quibus amatur amarus est. Ipsae ejus ruinae praedicant quod amandus non est. Si enim ruinam sui domus quassata minaretur, quisquis in illa habitaret fugeret; et qui stantem dilexerat, recedere quantocius a cadente festinaret. Si igitur mundus cadit, et nos cum amando amplectimur, opprimi volumus potius quam habitare, quia nulla nos ratio a ruina illius separat, quos ejus passionibus amor ligat. Facile est ergo nunc jam cum destructa omnia cernimus animum nostrum ab ejus dilectione disjungere. Sed hoc illo in tempore difficillimum fuit, quo tunc praedicare coelorum regnum invisibile mittebantur, cum longe lateque omnia cernerent florere regna terrarum.

3. Unde et adjuncta sunt praedicatoribus sanctis miracula, ut fidem verbis daret virtus ostensa, et nova facerent qui nova praedicarent, sicut in hac eadem lectione subjungitur: Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, daemones ejicite. Florente mundo, crescente humano genere, diu in hac vita subsistente carne, exuberante rerum opulentia, quis cum audiret vitam esse aliam crederet? Quis invisibilia visibilibus praeferret? Sed ad salutem redeuntibus infirmis, ad vitam resurgentibus mortuis, carnis munditiam recipientibus leprosis, ereptis a jure immundorum spirituum daemoniacis, tot visibilibus miraculis exactis, quis non crederet quod de invisibilibus audiret? Ad hoc quippe visibilia miracula coruscant, ut corda videntium ad fidem invisibilium pertrahant, ut per hoc quod mirum foris agitur hoc quod intus est longe mirabilius esse sentiatur. Unde nunc quoque cum fidelium numerositas excrevit, intra sanctam Ecclesiam multi sunt qui vitam virtutum tenent, sed signa virtutum non habent, quia frustra miraculum foris ostenditur, si deest quod intus operetur. Nam juxta Magistri gentium vocem: Linguae in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus (I Cor. XIV, 22). Unde et idem praedicator egregius inter praedicationis verba dormientem, cadentemque de fenestra Eutychum, atque a vita funditus exstinctum, coram cunctis infidelibus orando suscitavit (Act. XX, 9, seq.).

2. Enviados, pues, los predicadores, oigamos qué se les prescribe. Yendo predicad, diciendo que se ha acercado el reino de los cielos. Esto ya, hermanos carísimos, aunque el Evangelio calle, el mundo lo clama. Pues sus ruinas son sus voces. Pues el que, desgastado por tantos golpes, cayó de su gloria, casi ya nos muestra desde la proximidad el otro reino que sigue. Ya es amargo incluso para aquellos por quienes es amado. Sus mismas ruinas predican que no debe ser amado. Pues si una casa sacudida amenazara su propia ruina, cualquiera que habitara en ella huiría; y el que la había amado estando en pie, se apresuraría a retirarse cuanto antes de ella al caer. Si, por tanto, el mundo cae, y nosotros al amarlo lo abrazamos, queremos más bien ser oprimidos que habitar, porque ninguna razón nos separa de su ruina a quienes el amor liga a sus pasiones. Es fácil, pues, ahora que vemos todas las cosas destruidas, disociar nuestro ánimo de su amor. Pero esto en aquel tiempo fue dificilísimo, en el cual eran enviados a predicar el reino invisible de los cielos, cuando veían florecer por todas partes los reinos de las tierras.

3. Por lo cual también fueron añadidos milagros a los santos predicadores, para que la virtud mostrada diera fe a las palabras, e hicieran cosas nuevas quienes predicaban cosas nuevas, como se añade en esta misma lectura: Curad a los enfermos, resucitad a los muertos, limpiad a los leprosos, echad a los demonios. Floreciendo el mundo, creciendo el género humano, subsistiendo la carne por mucho tiempo en esta vida, exuberando la opulencia de las cosas, ¿quién al oír que había otra vida lo creería? ¿Quién preferiría las cosas invisibles a las visibles? Pero volviendo a la salud los enfermos, resurgiendo a la vida los muertos, recibiendo la limpieza de la carne los leprosos, arrebatados del derecho de los espíritus inmundos los endemoniados, realizados tantos milagros visibles, ¿quién no creería lo que oía sobre las cosas invisibles? Pues para esto brillan los milagros visibles, para que atraigan los corazones de los que ven a la fe de las cosas invisibles, para que por esto que se hace admirablemente fuera se sienta que esto que está dentro es mucho más admirable. Por lo cual ahora también, cuando ha crecido la multitud de los fieles, dentro de la santa Iglesia hay muchos que mantienen la vida de las virtudes, pero no tienen los signos de las virtudes, porque en vano se muestra el milagro fuera si falta lo que ha de obrar dentro. Pues según la voz del Maestro de las gentes: Las lenguas son por señal no a los fieles, sino a los infieles (I Cor. 14, 22). Por lo cual también el mismo predicador insigne, entre las palabras de la predicación, resucitó orando ante todos los infieles a Eutico, que dormía y caía de la ventana, y estaba totalmente extinguido de la vida (Hech. 20, 9 y ss.).

Meliten veniens, et 1449 plenam infidelibus insulam sciens, patrem Publii dysenteria febribusque vexatum, orando sanavit (Act. XXVIII, 8). Peregrinationis vero suae comitem, et sanctae praedicationis adjutorem Timotheum, ex infirmitate stomachi lassescentem, non verbo curat, sed medicinali arte reparat, dicens: Modico vino utere, propter stomachum et frequentes tuas infirmitates (I Tim. V, 23). Qui ergo infirmum infidelem una prece salvat, cur et aegrotum socium prece non roborat? Quia nimirum ille foris per miraculum sanandus erat, qui interius vivus non erat, ut per hoc quod exterior potestas ostenderet, hunc ad vitam interior virtus animaret. Aegrotanti autem fideli socio exhibenda foris signa non fuerant, qui salubriter intus vivebat.

4. Sed concessa potestate praedicationis, concessis virtutum miraculis, quid Redemptor noster subjungat audiamus: Gratis accepistis, gratis date. Praesciebat namque nonnullos hoc ipsum donum accepti Spiritus in usum negotiationis inflectere, et miraculorum signa ad avaritiae obsequium declinare. Hinc est enim quod Simon Magus, per impositionem manus edita miracula conspiciens, percipere donum Spiritus sancti pecunia voluit (Act. VIII, 18, seq.), scilicet ut deterius venderet quod male comparasset. Hinc de templo redemptor noster flagello de resticulis facto turbas ejecit, cathedras vendentium columbas evertit (Joan. II, 15). Columbas quippe vendere est impositionem manus qua Spiritus sanctus accipitur, non ad vitae meritum, sed ad praemium dare. Sed sunt nonnulli qui quidem nummorum praemia ex ordinatione non accipiunt (1, q. 1, c. Nonnulli), et tamen sacros ordines pro humana gratia largiuntur, atque de largitate eadem laudis solummodo retributionem quaerunt. Hi nimirum quod gratis acceptum est gratis non tribuunt, quia de impenso officio sanctitatis nummum expetunt favoris. Unde bene cum justum virum describeret propheta, ait: Qui excutit manus suas ab omni munere (Isai. XXXIII, 15). Neque enim dicit: Qui excutit manus suas a munere, sed adjunxit ab omni, quia aliud est munus ab obsequio, aliud munus a manu, aliud munus a lingua. Munus quippe ab obsequio est subjectio indebite impensa, munus a manu pecunia est, munus a lingua favor. Qui ergo sacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in divinis rebus non solum nullam pecuniam, sed etiam humanam gratiam non requirit.

Viniendo a Malta, y sabiendo que la isla estaba llena de infieles, sanó orando al padre de Publio, vejado por la disentería y las fiebres (Hech. 28, 8). En cambio, a Timoteo, compañero de su peregrinación y ayudante de la santa predicación, que desfallecía por una enfermedad del estómago, no lo cura con la palabra, sino que lo repara con el arte medicinal, diciendo: Usa un poco de vino, por tu estómago y tus frecuentes enfermedades (I Tim. 5, 23). Aquel que, pues, salva a un infiel enfermo con una sola oración, ¿por qué no robustece también con la oración al socio enfermo? Porque sin duda aquel debía ser sanado fuera por un milagro, quien no estaba vivo por dentro, para que por esto que la potestad exterior mostraba, la virtud interior lo animara a la vida. En cambio, no debían ser exhibidos signos fuera al socio fiel enfermo, quien vivía saludablemente por dentro.

4. Pero concedida la potestad de la predicación, concedidos los milagros de las virtudes, oigamos qué añade nuestro Redentor: Gratis lo recibisteis, gratis dadlo. Pues preveía que algunos inclinarían este mismo don del Espíritu recibido al uso del negocio, y declinarían los signos de los milagros al servicio de la avaricia. De aquí es, en efecto, que Simón Mago, viendo los milagros realizados por la imposición de las manos, quiso recibir el don del Espíritu Santo por dinero (Hech. 8, 18 y ss.), a saber, para vender peor lo que mal había comprado. De aquí que nuestro Redentor, con un azote hecho de cordeles, expulsó a las turbas del templo, y volcó las cátedras de los que vendían palomas (Juan 2, 15). Pues vender palomas es dar la imposición de las manos por la que se recibe el Espíritu Santo, no por el mérito de la vida, sino por un premio. Pero hay algunos que ciertamente no reciben premios de monedas por la ordenación, y sin embargo otorgan los sagrados órdenes por el favor humano, y buscan de esa misma largueza solamente la retribución de la alabanza. Estos sin duda no dan gratis lo que gratis ha sido recibido, porque esperan del oficio de santidad otorgado la moneda del favor. Por lo cual bien dijo el profeta al describir al varón justo: El que sacude sus manos de todo presente (Isa. 33, 15). Pues no dice: El que sacude sus manos de un presente, sino que añadió de todo, porque uno es el presente por el servicio, otro el presente por la mano, otro el presente por la lengua. El presente por el servicio es, en efecto, la sujeción indebidamente prestada; el presente por la mano es el dinero; el presente por la lengua es el favor. Aquel que, pues, otorga los sagrados órdenes, entonces sacude sus manos de todo presente cuando en las cosas divinas no solo no requiere dinero alguno, sino tampoco el favor humano.

5. Sed vos, fratres charissimi, quos saecularis habitus tenet, cum quae sint nostra cognoscitis, mentis oculos ad vestra revocate. Cuncta erga vos vicissim gratis agite. Nolite operis vestri in hoc mundo retributionem quaerere, quem cum tanta jam cernitis velocitate defecisse. Sicut male acta abscondi vultis ne alii videant, ita bona ne ad humanam laudem appareant cavete. Neque mala quoque modo, nec bona pro temporali retributione faciatis. Ipsum vestri operis testem quaerite quem judicem sustinctis. Occulta nunc bona vestra esse videat, ut ea retributionis suae tempore in publico ostendat. Sicut carni vestrae, ne deficiat, cibos quotidie praebetis, sic mentis vestrae quotidiana alimenta bona sint opera. Cibo corpus pascitur, pio opere 1450 spiritus nutriatur. Quod moriturae carni tribuitis, victurae in perpetuum animae non negetis. Si quando enim repentinus ignis habitaculum absumit, quisquis ejus possessor exstiterit, rapit quod valuerit, et fugit, lucrum deputat si quid secum ex ignibus tollat. Ecce tribulationum flamma mundum concremat, et cuncta quae in eo speciosa videbantur finis jam proximus velut ignis devastat. Lucrum ergo, fratres charissimi, maximum credite 1451 si vobiscum aliquid de illo rapiatis, si quid fugientes tollitis, si hoc quod perire manendo poterat ad retributionem vobis perpetuam largiendo servatis. Terrena quippe omnia servando amittimus, sed bene largiendo servamus. Cum velocitate tempora fugiunt. Ad videndum ergo citius judicem nostrum quia cum magna importunitate impellimur, ei bonis actibus cum festinatione praeparemur, donante Domino nostro, etc.

HOMILIA V.

Habita ad populum in basilica beati Andreae apostoli, in die natalis ejus.

LECTIO S. EVANG. SEC. MATTH. IV, 18-22.

In illo tempore, ambulans Jesus juxta mare Galilaeae, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, et Andream fratrem ejus, mittentes rete in mare (erant enim piscatores), et ait illis: Venite post me, et faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo, relictis retibus, secuti sunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedaei, et Joannem fratrem ejus in navi, cum Zebedaeo patre eorum, reficientes retia sua, et vocavit eos. Illi autem statim, relictis retibus et patre, secuti sunt eum.

5. Pero vosotros, hermanos carísimos, a quienes retiene el hábito secular, cuando conocéis cuáles son nuestras cosas, devolved los ojos de la mente a las vuestras. Haced todas las cosas entre vosotros gratuitamente a vuestra vez. No queráis buscar la retribución de vuestra obra en este mundo, el cual ya veis que ha desfallecido con tanta celeridad. Así como queréis que los hechos malos se escondan para que otros no los vean, así guardaos de que los buenos aparezcan para la alabanza humana. Ni hagáis el mal de ningún modo, ni el bien por la retribución temporal. Buscad como testigo de vuestra obra a aquel a quien sostenéis como juez. Vea él que vuestros bienes son ahora ocultos, para que los muestre en público en el tiempo de su retribución. Así como proporcionáis diariamente alimentos a vuestra carne para que no desfallezca, así las buenas obras sean los alimentos cotidianos de vuestra mente. Con el alimento se alimenta el cuerpo, con la obra piadosa se nutra el espíritu. Lo que otorgáis a la carne que ha de morir, no lo neguéis al alma que ha de vivir para siempre. Pues si alguna vez un fuego repentino consume la habitación, cualquiera que sea su poseedor, arrebata lo que puede y huye, y reputa como lucro si se lleva algo consigo de entre los fuegos. He aquí que la llama de las tribulaciones calcina el mundo, y el fin ya próximo devasta como un fuego todas las cosas que en él parecían hermosas. Lucro máximo, pues, hermanos carísimos, creed que es si arrebatáis con vosotros algo de él, si lleváis algo al huir, si conserváis para vuestra retribución perpetua esto que permaneciendo podía perecer, otorgándolo. Pues todas las cosas terrenas las perdemos al conservarlas, pero las conservamos al otorgarlas bien. Los tiempos huyen con celeridad. Por tanto, porque somos impulsados con gran importunidad a ver más pronto a nuestro juez, preparémonos para él con presteza mediante buenos actos, concediéndolo nuestro Señor, etc.

HOMILÍA V.

Tenida ante el pueblo en la basílica del bienaventurado Andrés apóstol, en el día de su natalicio.

LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN MATEO IV, 18-22.

En aquel tiempo, caminando Jesús junto al mar de Galilea, vio a dos hermanos, Simón, que es llamado Pedro, y Andrés su hermano, echando la red al mar (pues eran pescadores), y les dice: Venid en pos de mí, y os haré ser hechos pescadores de hombres. Y ellos al punto, dejadas las redes, lo siguieron. Y pasando de allí, vio a otros dos hermanos, Santiago de Zebedeo, y Juan su hermano en la nave, con Zebedeo su padre, reparando sus redes, y los llamó. Ellos, pues, al instante, dejadas las redes y al padre, lo siguieron.

1. Audistis, fratres charissimi, quia ad unius jussionis vocem Petrus et Andreas, relictis retibus, secuti sunt Redemptorem. Nulla vero hunc facere adhuc miracula viderant, nihil ab eo de praemio aeternae retributionis audierant; et tamen ad unum Domini praeceptum hoc quod possidere videbantur obliti sunt. Quanta nos ejus miracula videmus, quot flagellis affligimur, quantis minarum asperitatibus deterremur, et tamen vocantem sequi contemnimus? In coelo jam sedet, qui de conversione nos admonet; jam jugo fidei colla gentium subdidit, jam mundi gloriam stravit, jam, ruinis ejus crebrescentibus, districti sui judicii diem propinquantem denuntiat; et tamen superba mens nostra non vult hoc sponte deserere quod quotidie perdit invita. Quid ergo, charissimi, quid in ejus judicio dicturi sumus, qui ab amore praesentis saeculi nec praeceptis flectimur, nec verberibus emendamur?

2. Sed fortasse aliquis tacitis sibi cogitationibus dicat: Ad vocem dominicam uterque iste piscator quid aut quantum dimisit, qui pene nihil habuit? Sed hac in re, fratres charissimi, affectum debemus potius pensare quam censum. Multum reliquit qui sibi nihil retinuit, multum reliquit qui, quantumlibet parum, totum deseruit. Certe nos et habita cum amore possidemus, et ea quae minime habemus ex desiderio quaerimus. Multum ergo Petrus et Andreas dimisit, quando uterque etiam desideria habendi derelinquit. Multum dimisit, qui cum re possessa etiam concupiscentiis renuntiavit. A sequentibus ergo tanta dimissa sunt, quanta a non sequentibus concupisci potuerunt. Nemo igitur, etiam cum quosdam conspicit multa reliquisse, apud semetipsum dicat: Imitari mundi hujus contemptores volo, sed quod relinquam non habeo. Multa, fratres, relinquitis, si desideriis terrenis renuntiatis. 1451 Exteriora etenim nostra Domino quamlibet parva sufficiunt. Cor namque, et non substantiam pensat; nec perpendit quantum in ejus sacrificio, sed ex quanto proferatur. Nam si exteriorem substantia perpendamus, ecce sancti negotiatores nostri perpetuam angelorum vitam datis retibus et navi mercati sunt. Aestimationem quippe pretii non habet, sed tamen regnum Dei tantum valet quantum habes. Valuit namque Zacchaeo dimidium substantiae, quia dimidium aliud ad hoc quod injuste abstulit restituendum in quadruplum reservavit (Luc. XIX, 8). Valuit Petro et Andreae dimissis retibus et navi (Matth. IV, 20), valuit viduae duobus minutis (Luc. XXI, 2), valuit alteri calice aquae frigidae (Matth. X, 42). Regnum itaque Dei, ut diximus, tantum valet quantum habes.

1. Habéis oído, hermanos carísimos, que a la voz de un solo mandato Pedro y Andrés, dejadas las redes, siguieron al Redentor. Ciertamente no le habían visto hacer todavía ningún milagro, nada habían oído de él sobre el premio de la retribución eterna; y sin embargo, ante un solo precepto del Señor, olvidaron esto que parecían poseer. ¿Cuántos milagros suyos vemos nosotros, por cuántos azotes somos afligidos, por cuántas asperezas de amenazas somos disuadidos, y sin embargo despreciamos seguir al que nos llama? Ya se sienta en el cielo quien nos amonesta sobre la conversión; ya sometió los cuellos de las gentes al yugo de la fe, ya abatió la gloria del mundo, ya, arreciando sus ruinas, denuncia que se aproxima el día de su juicio severo; y sin embargo nuestra mente soberbia no quiere abandonar espontáneamente esto que cada día pierde a su pesar. ¿Qué, pues, carísimos, qué diremos en su juicio nosotros, que ni por los preceptos somos doblegados ni por los azotes somos corregidos del amor del presente siglo?

2. Pero tal vez alguien diga para sí en sus tácitos pensamientos: ¿Qué o cuánto dejó cada uno de estos pescadores ante la voz dominical, si casi nada tuvieron? Pero en este asunto, hermanos carísimos, debemos ponderar el afecto más que el censo. Mucho dejó quien nada se reservó para sí, mucho dejó quien, por poco que fuera, lo abandonó todo. Ciertamente nosotros poseemos con amor lo que tenemos, y buscamos por deseo lo que mínimamente tenemos. Mucho dejaron, pues, Pedro y Andrés, cuando cada uno renunció incluso a los deseos de tener. Mucho dejó quien con la cosa poseída renunció también a las concupiscencias. Por tanto, tanto dejaron los que le siguieron, cuanto pudieron desear los que no le siguieron. Nadie, pues, incluso cuando ve que algunos han dejado muchas cosas, diga para sus adentros: Quiero imitar a los despreciadores de este mundo, pero no tengo qué dejar. Muchas cosas dejáis, hermanos, si renunciáis a los deseos terrenos. Pues nuestras cosas exteriores, por pequeñas que sean, bastan al Señor. Pues él pondera el corazón, y no la sustancia; ni considera cuánto hay en su sacrificio, sino de cuánto se ofrece. Pues si ponderamos la sustancia exterior, he aquí que nuestros santos negociantes compraron la vida perpetua de los ángeles entregadas las redes y la nave. Ciertamente no tiene estimación de precio, pero sin embargo el reino de Dios vale tanto cuanto tienes. Pues valió para Zaqueo la mitad de su sustancia, porque reservó la otra mitad para restituir el cuádruplo por esto que injustamente había quitado (Luc. 19, 8). Valió para Pedro y Andrés dejadas las redes y la nave (Mat. 4, 20), valió para la viuda dos blancas (Luc. 21, 2), valió para otro un cáliz de agua fría (Mat. 10, 42). El reino de Dios, por tanto, como dijimos, vale tanto cuanto tienes.

3. Pensate igitur, fratres, quid vilius cum emitur, quid charius cum possidetur. Sed fortasse nec calix aquae frigidae suppetit qui indigenti praebeatur, etiam tunc securitatem nobis promittit sermo divinus. Redemptore etenim nato, coeli cives ostensi sunt, qui clamarent: Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis (Luc. II, 14). Ante Dei namque oculos nunquam est vacua manus a munere, si fuerit arca cordis repleta bona voluntate. Hinc etenim Psalmista dicit: In me sunt, Deus, vota tua quae reddam, laudationes tibi (Psal. LV, 12). Ac si aperte dicat: Etsi exterius munera offerenda non habeo, intra memetipsum tamen invenio quod in ara tuae laudis impono, quia qui nostra datione non pasceris, oblatione cordis melius placaris. Nihil quippe offertur Deo ditius voluntate bona. Voluntas autem bona est sic adversa alterius sicut nostra pertimescere, sic de prosperitate proximi sicut de nostro profectu gratulari, aliena damna nostra credere, aliena lucra nostra deputare, amicum non propter mundum, sed propter Deum diligere, inimicum etiam amando tolerare, nulli quod pati non vis 1452 facere, nulli quod tibi juste impendi desideras denegare, necessitati proximi non solum juxta vires concurrere, sed prodesse etiam ultra vires velle. Quid ergo isto holocausto locupletius, quando per hoc quod Deo immolat in ara cordis anima semetipsam mactat?

4. Sed hoc bonae voluntatis sacrificium nunquam plene persolvitur, nisi mundi hujus cupiditas perfecte deseratur. Nam quidquid in eo concupiscimus, hoc procul dubio proximis invidemus. Videtur etenim quia nobis desit quod alter assequitur. Et quia semper invidia a bona voluntate discordat, mox ut haec mentem ceperit, illa discedit. Unde praedicatores sancti ut possent proximos perfecte diligere studuerunt in hoc saeculo nihil amare, nihil unquam appetere, nihil vel sine appetitu possidere. Quos bene Isaias intuens, ait: Qui sunt isti, qui ut nubes volant, et quasi columbae ad fenestras suas (Isai. LX, 8)? Vidit quippe terrena eos despicere, mente coelestibus propinquare, verbis pluere, miraculis coruscare. Et quos a terrenis contagiis sancta praedicatio et sublimis vita suspenderat, hos volantes 1453 pariter et nubes appellat. Fenestrae autem nostri sunt oculi, quia per ipsos anima respicit quod exterius concupiscit. Columba vero simplex est animal, atque a malitia fellis alienum.

3. Ponderad, pues, hermanos, qué cosa es más vil cuando se compra, qué cosa más cara cuando se posee. Pero tal vez ni siquiera se dispone de un cáliz de agua fría para dar al indigente; incluso entonces nos promete seguridad la palabra divina. Pues al nacer el Redentor, se mostraron ciudadanos del cielo que clamaban: Gloria a Dios en las alturas, y en la tierra paz a los hombres de buena voluntad (Luc. 2, 14). Pues ante los ojos de Dios nunca está vacía la mano de un presente, si el arca del corazón estuviere llena de buena voluntad. De aquí, en efecto, dice el Salmista: En mí están, Dios, tus votos que te pagaré, las alabanzas (Sal. 55, 12). Como si dijera abiertamente: Aunque exteriormente no tenga presentes que ofrecer, dentro de mí mismo encuentro, sin embargo, lo que impongo en el ara de tu alabanza, porque tú, que no te alimentas de nuestra dación, te aplacas mejor con la oblación del corazón. Pues nada se ofrece a Dios más rico que la buena voluntad. La buena voluntad es, en cambio, temer las adversidades del otro como las nuestras, alegrarse de la prosperidad del prójimo como de nuestro propio provecho, creer las pérdidas ajenas como nuestras, considerar los lucros ajenos como nuestros, amar al amigo no por el mundo, sino por Dios, tolerar al enemigo incluso amándolo, no hacer a nadie lo que no quieres padecer, no denegar a nadie lo que deseas que se te otorgue justamente, no solo concurrir a la necesidad del prójimo según las fuerzas, sino querer ser útil incluso más allá de las fuerzas. ¿Qué hay, pues, más rico que este holocausto, cuando por esto que inmola a Dios en el ara del corazón el alma se sacrifica a sí misma?

4. Pero este sacrificio de la buena voluntad nunca se paga plenamente si no se abandona perfectamente la codicia de este mundo. Pues cualquier cosa que en él deseamos, esto sin duda se lo envidiamos a los prójimos. Parece, en efecto, que nos falta a nosotros lo que el otro alcanza. Y porque siempre la envidia discorda de la buena voluntad, tan pronto como aquella toma la mente, esta se retira. Por lo cual los santos predicadores, para poder amar perfectamente a los prójimos, se esforzaron por no amar nada en este siglo, por no apetecer nada nunca, por no poseer nada ni siquiera sin apetito. A los cuales mirando bien Isaías, dice: ¿Quiénes son estos, que vuelan como nubes, y como palomas a sus ventanas? (Isa. 60, 8). Vio, en efecto, que ellos despreciaban las cosas terrenas, se aproximaban con la mente a las celestiales, llovían con las palabras, brillaban con los milagros. And a los que la santa predicación y la vida sublime habían suspendido de los contagios terrenos, a estos los llama igualmente voladores y nubes. Nuestras ventanas son, en cambio, los ojos, porque a través de ellos el alma mira lo que desea exteriormente. La paloma es un animal sencillo, y ajeno a la malicia de la hiel.

Quasi columbae ergo ad fenestras suas sunt, qui nihil in hoc mundo concupiscunt, qui omnia simpliciter aspiciunt, et in his quae vident rapacitatis studio non trahuntur. At contra milvus et non columba ad fenestras suas est, qui ad ea quae oculis considerat rapinae desiderio anhelat. Quia ergo, fratres charissimi, beati Andreae apostoli natalitia celebramus, debemus imitari quod colimus. Ostendat nostrae obsequium devotionis immutatae solemnitas mentis; despiciamus quae terrena sunt, relictis temporalibus, mercemur aeterna. Si autem necdum possumus relinquere propria, saltem non concupiscamus aliena. Si necdum mens nostra accenditur igne charitatis, in ambitione sua habeat frenum timoris, ut profectus sui passibus vegetata, dum ab alienorum appetitu compescitur, quandoque ad propria contemnenda perducatur, adjuvante Domino nostro Jesu Christo, etc.

HOMILIA VI.

Habita ad populum in basilica sanctorum Marcellini et Petri, Dominica tertia Adventus Domini.

LECTIO S. EVANG. SEC. MATTH. XI, 2-10.

In illo tempore, cum audisset Joannes in vinculis opera Christi, mittens duos ex discipulis suis, ait illi: Tu es qui venturus es, an alium exspectamus? Et respondens Jesus, ait illis: Euntes renuntiate Joanni quae audistis et vidistis. Caeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur, et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, coepit Jesus dicere ad turbas de Joanne: Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, et plus quam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te.

1452 1. Quaerendum nobis est, fratres charissimi, Joannes propheta, et plus quam propheta, qui venientem ad Jordanis baptisma Dominum ostendit dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi (Joan. I, 29, 36); qui et humilitatem suam, et divinitatis ejus potentiam considerans, dicit: Qui de terra est de terra loquitur, qui autem de coelo venit super omnes est (Joan. III, 31); cur in carcere positus, mittens discipulos suos, requirit: Tu es qui venturus es, an alium exspectamus?

Como palomas a sus ventanas son, por tanto, los que nada desean en este mundo, los que miran todas las cosas con sencillez, y no son arrastrados por el afán de rapacidad en estas cosas que ven. Por el contrario, un milano y no una paloma está en sus ventanas cuando anhela con deseo de rapiña hacia aquello que considera con los ojos. Porque, pues, hermanos carísimos, celebramos el natalicio del bienaventurado Andrés apóstol, debemos imitar lo que veneramos. Muestre la obediencia de nuestra devoción la solemnidad de una mente mudada; despreciemos lo que es terreno y, dejadas las cosas temporales, compremos las eternas. Si aún no podemos dejar las cosas propias, al menos no deseemos las ajenas. Si aún nuestra mente no se enciende con el fuego de la caridad, tenga en su ambición el freno del temor, para que, animada por los pasos de su progreso, mientras es refrenada del apetito de lo ajeno, sea conducida alguna vez a despreciar lo propio, con la ayuda de nuestro Señor Jesucristo, etc.

HOMILÍA VI.

Tenida ante el pueblo en la basílica de los santos Marcelino y Pedro, el tercer domingo del Adviento del Señor.

LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN MATEO XI, 2-10.

En aquel tiempo, habiendo oído Juan en la cárcel las obras de Cristo, enviando a dos de sus discípulos, le dijo: ¿Eres tú el que ha de venir, o esperamos a otro? Y respondiendo Jesús, les dijo: Id y anunciad a Juan lo que habéis oído y visto. Los ciegos ven, los cojos andan, los leprosos son limpiados, los sordos oyen, los muertos resucitan, a los pobres se les anuncia el evangelio, y bienaventurado es el que no se escandalizare en mí. Al irse ellos, comenzó Jesús a decir a las turbas sobre Juan: ¿Qué salisteis a ver al desierto? ¿Una caña sacudida por el viento? Pero, ¿qué salisteis a ver? ¿A un hombre vestido con ropas muelles? He aquí que los que se visten con ropas muelles en las casas de los reyes están. Pero, ¿qué salisteis a ver? ¿A un profeta? También os digo, y más que a un profeta. Este es, en efecto, de quien está escrito: He aquí que yo envío a mi ángel ante tu faz, el cual preparará tu camino ante ti.

1. Debemos preguntarnos, hermanos carísimos, por qué Juan profeta, y más que profeta, que mostró al Señor viniendo al bautismo del Jordán diciendo: He aquí el Cordero de Dios, he aquí el que quita el pecado del mundo (Juan 1, 29, 36); quien considerando también su propia humildad y la potestad de su divinidad, dice: El que es de la tierra, de la tierra habla, pero el que viene del cielo está sobre todos (Juan 3, 31); por qué puesto en la cárcel, enviando a sus discípulos, pregunta: ¿Eres tú el que ha de venir, o esperamos a otro?

tanquam si ignoret quem ostenderat, et an ipse sit nesciat, quem ipsum esse prophetando, baptizando, et ostendendo clamaverat. Sed haec citius quaestio solvitur si gestae rei tempus et ordo pensetur. Ad Jordanis enim fluenta positus, quia ipse Redemptor mundi esset asseruit; missus vero in carcerem, an ipse veniat requirit, non quia ipsum esse mundi Redemptorem dubitet, 1453 sed quaerit, ut sciat si is qui per se in mundum venerat per se etiam ad inferni claustra descendat. Quem enim praecurrens mundo nuntiaverat, hunc moriendo et ad inferos praecurrebat. Ait ergo: Tu es qui venturus es, an alium exspectamus? Ac si aperte dicat: Sicut pro hominibus nasci dignatus es, an etiam pro hominibus mori digneris insinua, ut qui nativitatis tuae praecursor exstiti, mortis etiam praecursor fiam, et venturum inferno te nuntiem, quem jam venisse mundo nuntiavi. Unde et inquisitus Dominus enumeratis potentiae suae miraculis, de mortis suae protinus humilitate respondit, dicens: Caeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur, et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Visis tot signis, tantisque virtutibus, non scandalizari quisquam potuit, 1454 sed admirari. Sed infidelium mens grave in illo scandalum pertulit, cum eum et post tot miracula morientem vidit. Unde et Paulus dicit: Nos autem praedicamus Christum crucifixum, Judaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam (I Cor. I, 23). Stultum quippe hominibus visum est ut pro hominibus auctor vitae moreretur; et inde contra eum homo scandalum sumpsit, unde etiam plus debitor fieri debuit. Nam tanto Deus ab hominibus dignius honorandus est, quanto pro hominibus et indigna suscepit. Quid est ergo dicere: Beatus qui non fuerit scandalizatus in me, nisi aperta voce abjectionem mortis suae humilitatemque signare? Ac si patenter dicat: Mira quidem facio, sed abjecta perpeti non dedignor. Quia ergo moriendo te subsequor, cavendum valde est hominibus, ne in me mortem despiciant, qui signa venerantur.

Sed dimissis Joannis discipulis, quid de eodem Joanne turbis dicat audiamus: Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Quod videlicet non asserendo, sed negando intulit. Arundinem quippe mox ut aura contigerit, in partem alteram flectit. Et quid per arundinem nisi carnalis animus designatur? Qui mox ut favore vel detractione tangitur, statim in partem quamlibet inclinatur. Si enim ab humano ore aura favoris flaverit, hilarescit, extollitur, totumque se quasi ad gratiam inflectit.

como si ignorara a quien había mostrado, y no supiera si es él mismo a quien había clamado que era él mismo profetizando, bautizando y mostrándolo. Pero esta cuestión se resuelve más pronto si se pondera el tiempo y el orden del hecho realizado. Pues puesto ante las corrientes del Jordán, aseveró que él era el Redentor del mundo; pero enviado a la cárcel, pregunta si él viene, no porque dude de que él sea el Redentor del mundo, sino que pregunta para saber si aquel que por sí mismo había venido al mundo, por sí mismo también descendería a los claustros del infierno. Pues a quien precediendo había anunciado al mundo, a este también muriendo precedía ante los de abajo. Dice, pues: ¿Eres tú el que ha de venir, o esperamos a otro? Como si dijera abiertamente: Así como te dignaste nacer por los hombres, insinúa si también te dignas morir por los hombres, para que yo, que existí como precursor de tu nacimiento, me haga también precursor de tu muerte, y te anuncie como venidero al infierno a ti, a quien ya anuncié como venido al mundo. Por lo cual también el Señor, preguntado, enumerados los milagros de su potestad, respondió al punto sobre la humildad de su muerte, diciendo: Los ciegos ven, los cojos andan, los leprosos son limpiados, los sordos oyen, los muertos resucitan, a los pobres se les anuncia el evangelio, y bienaventurado es el que no se escandalizare en mí. Vistos tantos signos y tantas virtudes, nadie pudo escandalizarse, sino admirarse. Pero la mente de los infieles sufrió en él un grave escándalo cuando lo vio morir incluso después de tantos milagros. Por lo cual también dice Pablo: Nosotros, en cambio, predicamos a Cristo crucificado, escándalo para los judíos, y necedad para las gentes (I Cor. 1, 23). Pareció, en efecto, necio a los hombres que el autor de la vida muriera por los hombres; y de ahí tomó el hombre escándalo contra él, de donde también debió hacerse más deudor. Pues tanto más dignamente debe ser honrado Dios por los hombres, cuanto por los hombres también asumió cosas indignas. ¿Qué es, pues, decir: Bienaventurado el que no se escandalizare en mí, sino significar con voz abierta la abyección de su muerte y su humildad? Como si dijera patentemente: Hago ciertamente cosas admirables, pero no me digno padecer cosas abyectas. Porque, pues, muriendo te sigo, debe ser muy guardado por los hombres que no desprecien en mí la muerte quienes veneran los signos.

Pero despedidos los discípulos de Juan, oigamos qué dice a las turbas sobre el mismo Juan: ¿Qué salisteis a ver al desierto? ¿Una caña sacudida por el viento? Lo cual introdujo, evidentemente, no aseverando, sino negando. Pues una caña, tan pronto como la toca la brisa, se dobla hacia la otra parte. ¿Y qué se designa por la caña sino el ánimo carnal? El cual, tan pronto como es tocado por el favor o la detracción, al punto se inclina hacia cualquier parte. Pues si de la boca humana soplare la brisa del favor, se alegra, se enaltece y se inclina todo él casi hacia la gracia.

Sed si inde ventus detractionis eruperit, unde laudis aura veniebat, mox eum quasi in partem alteram ad vim furoris inclinat. Sed arundo vento agitata Joannes non erat, quia hunc nec blandum gratia, nec cujus libet detractio ira asperum faciebat. Nec prospera hunc erigere, nec adversa noverant inclinare. Arundo ergo vento agitata Joannes non erat, quem a status sui rectitudine nulla rerum varietas inflectebat. Discamus ergo, fratres charissimi, arundinem vento agitatam non esse; solidemus animum inter auras linguarum positum, stet inflexibilis status mentis. Nulla nos detractio ad iram provocet, atque ad remissionem inutilis gratiae nullus favor inclinet. Non nos prospera elevent, non adversa perturbent, ut qui in soliditate fidei figimur, nequaquam rerum transeuntium mutabilitate moveamur.

3. Adhuc autem de ejus expressione subjungitur: Sed quid existis in desertum videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Camelorum etenim pilis contextis vestitus Joannes fuisse describitur. Et quid est dicere: Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt, nisi aperta sententia demonstrare quia non coelesti, sed terreno regi militant hi qui pro Deo perpeti aspera fugiunt, sed, solis exterioribus dediti, praesentis vitae mollitiem et delectationem quaerunt? Nemo ergo existimet in fluxu atque studio vestium peccatum deesse, quia si hoc culpa non esset, nullo modo Joannem Dominus de vestimenti sui asperitate laudasset. Si hoc culpa non esset, nequaquam Petrus apostolus per epistolam feminas a pretiosarum vestium appetitu compesceret, dicens: Non in veste pretiosa (I Pet. III, 3; I Tim. II, 9). Pensate ergo quae culpa sit hoc etiam viros appetere, a quo curavit pastor Ecclesiae et feminas prohibere.

4. Quamvis hoc quod Joannes non esse vestitus mollibus dicitur, per significationem intelligi et aliter potest. Mollibus enim vestitus non fuit, quia vitam peccantium non blandimentis fovit, sed vigore asperae invectionis increpavit, dicens: Genimina viperarum, quis vobis demonstravit fugere a ventura ira? (Matth. III, 7; Luc. III, 7.) Unde et per Salomonem dicitur: Verba sapientium quasi stimuli, et sicut clavi in altum defixi (Eccle. XII, 11). Clavis quippe atque stimulis sapientum verba comparantur, quia culpas delinquentium nesciunt palpare, sed pungere.

Pero si de allí brotare el viento de la detracción, de donde venía la brisa de la alabanza, al punto lo inclina casi hacia la otra parte a la fuerza del furor. Pero Juan no era una caña sacudida por el viento, porque ni el favor lo hacía blando por la gracia, ni la detracción de cualquiera lo hacía áspero por la ira. Ni las cosas prósperas supieron elevarlo, ni las adversas inclinarlo. Juan no era, pues, una caña sacudida por el viento, a quien ninguna variedad de las cosas doblaba de la rectitud de su estado. Aprendamos, pues, hermanos carísimos, a no ser una caña sacudida por el viento; solidifiquemos el ánimo puesto entre las brisas de las lenguas, permanezca inflexible el estado de la mente. Ninguna detracción nos provoque a la ira, y ningún favor nos incline a la remisión de la gracia inútil. No nos eleven las cosas prósperas, no nos perturben las adversas, para que quienes nos fijamos en la solidez de la fe, de ningún modo seamos movidos por la mutabilidad de las cosas transitorias.

3. Además, sobre su descripción se añade: ¿Pero qué salisteis a ver al desierto? ¿Un hombre vestido con ropas muelles? He aquí que los que visten con ropas muelles están en las casas de los reyes. Pues se describe que Juan estuvo vestido con pelos de camello entretejidos. ¿Y qué es decir: He aquí que los que visten con ropas muelles están en las casas de los reyes, sino demostrar con sentencia abierta que no militan para el Rey celestial, sino para el terrenal, aquellos que huyen de padecer asperezas por Dios, sino que, entregados solo a las cosas exteriores, buscan la molicie y el deleite de la vida presente? Nadie, pues, piense que falta el pecado en el flujo y el afán de los vestidos, porque si esto no fuera culpa, de ningún modo el Señor habría alabado a Juan por la aspereza de su vestimenta. Si esto no fuera culpa, de ninguna manera el apóstol Pedro reprimiría a las mujeres del apetito de vestidos preciosos por medio de su epístola, diciendo: No con vestido precioso (I Ped. 3, 3; I Tim. 2, 9). Ponderad, pues, qué culpa sea que incluso los varones apetezcan esto, de lo cual el pastor de la Iglesia cuidó de prohibir incluso a las mujeres.

4. Aunque esto mismo de que se dice que Juan no está vestido con ropas muelles puede entenderse por significación también de otra manera. Pues no estuvo vestido con cosas muelles porque no fomentó la vida de los pecadores con blanduras, sino que la increpó con el vigor de una áspera invectiva, diciendo: Generaciones de víboras, ¿quién os mostró huir de la ira venidera? (Mat. 3, 7; Luc. 3, 7). Por lo cual también se dice por medio de Salomón: Las palabras de los sabios son como aguijones, y como clavos fijados en lo profundo (Ecl. 12, 11). Pues las palabras de los sabios se comparan con clavos y aguijones porque no saben palpar las culpas de los delincuentes, sino punzarlas.

5. Sed quid existis videre in desertum? Prophetam? Etiam dico vobis, et plus quam prophetam. Prophetae quippe ministerium est, ventura praedicere, non etiam demonstrare. Joannes ergo plus quam propheta est, quia eum quem praecurrendo prophetaverat etiam ostendendo monstrabat. Sed quia arundo vento agitata esse denegatur, quia non esse vestitus mollibus dicitur, quia prophetae nomen huic impar esse perhibetur, jam quid digne dici possit audiamus. Sequitur: Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te (Malach. III, 1). Quod enim Graece angelus, hoc Latine nuntius dicitur. Recte ergo qui nuntiare supernum judicem mittitur angelus vocatur, ut dignitatem servet in nomine, quam explet in operatione. Altum quidem nomen est, sed vita nomine inferior non est.

6. Utinam, fratres charissimi, non ad judicium nostrum dicamus, quia omnes qui sacerdotii nomine censentur angeli vocantur, propheta attestante, qui ait: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirunt ex ore ejus, quia angelus Domini exercituum est (Malac. II, 7). Sed hujus altitudinem nominis, etiam vos, si vultis, potestis mereri. Nam unusquisque vestrum in quantum sufficit, in quantum gratiam supernae aspirationis accepit, si a pravitate proximum revocat, si exhortari ad bene operandum curat, si aeternum regnum vel supplicium erranti denuntiat, cum sanctae annuntiationis verba impendit, profecto angelus existit. Et nemo dicat: Admonere non sufficio, exhortari idoneus non sum. Quantum potes exhibe, ne male servatum quod acceperas in tormentis exigaris. Neque enim plus quam unum talentum acceperat qui hoc abscondere magis studuit quam erogare. Et scimus quod in Dei tabernaculo non solum phialae, sed, praecipiente Domino, etiam cyathi facti sunt (Exod. XXXVII). Per phialas quippe doctrina exuberans, per cyathos vero parva atque angusta designatur scientia. Alius, doctrina veritatis plenus, audientium mentes inebriat. Per hoc ergo quod dicit profecto phialam porrigit. Alius explere quod sentit non valet, sed quia hoc utcunque denuntiat, profecto per cyathum gustum praebet. In Dei ergo tabernaculo, id est in sancta Ecclesia, positi, si per doctrinae sapientiam ministrare phialas minime potestis, in quantum pro divina largitate sufficitis proximis vestris boni verbi cyathos date. In quantum vos profecisse pensatis, etiam vobiscum alios trahite, in via Dei socios habere desiderate. Si quis vestrum, fratres, ad forum aut fortasse ad balneum pergit, quem otiosum esse considerat ut secum veniat invitat. Ipsa ergo terrena actio vestra vos conveniat, et si ad Deum tenditis, curate ne ad eum soli veniatis.

5. ¿Pero qué salisteis a ver al desierto? ¿A un profeta? Sí, os digo, y más que un profeta. Pues el ministerio del profeta es anunciar las cosas venideras, no también demostrarlas. Juan, por tanto, es más que profeta, porque a aquel a quien precediendo había profetizado, también mostrándolo lo señalaba. Pero porque se niega que sea una caña sacudida por el viento, porque se dice que no está vestido con ropas muelles, porque se afirma que el nombre de profeta es desigual para él, oigamos ya qué puede decirse dignamente. Sigue: Este es de quien está escrito: He aquí que yo envío a mi ángel ante tu faz, el cual preparará tu camino ante ti (Mal. 3, 1). Pues lo que en griego se dice ángel, en latín se dice mensajero (nuntius). Rectamente, pues, se llama ángel al que es enviado a anunciar al juez supremo, para que conserve en el nombre la dignidad que cumple en la operación. Alto nombre es, por cierto, pero la vida no es inferior al nombre.

6. ¡Ojalá, hermanos carísimos, no lo dijéramos para nuestro juicio!, pues todos los que son censados con el nombre del sacerdocio son llamados ángeles, como atestigua el profeta, que dice: Los labios del sacerdote custodian la ciencia, y de su boca requieren la ley, porque es el ángel del Señor de los ejércitos (Mal. 2, 7). Pero la altura de este nombre también vosotros, si queréis, podéis merecerla. Pues cada uno de vosotros, en cuanto le sea suficiente, en cuanto haya recibido la gracia de la aspiración suprema, si aparta al prójimo de la depravación, si cuida de exhortarlo a obrar el bien, si anuncia el reino eterno o el suplicio al que yerra, cuando prodiga palabras de santa anunciación, ciertamente existe como ángel. Y nadie diga: No soy suficiente para amonestar, no soy idóneo para exhortar. Exhibid cuanto podáis, no sea que se os exija con tormentos lo que habíais recibido por haberlo guardado mal. Pues no había recibido más que un talento aquel que puso más empeño en esconderlo que en distribuirlo. Y sabemos que en el tabernáculo de Dios no solo se hicieron tazones (phialae), sino también, por mandato del Señor, copas (cyathi) (Éx. 37). Pues por los tazones se designa la doctrina exuberante, pero por las copas la ciencia pequeña y estrecha. Uno, lleno de la doctrina de la verdad, embriaga las mentes de los oyentes. Por esto, pues, que dice, ciertamente ofrece un tazón. Otro no es capaz de explicar todo lo que siente, pero porque lo anuncia de algún modo, ciertamente ofrece un gusto por medio de la copa. Puestos, pues, en el tabernáculo de Dios, esto es, en la santa Iglesia, si de ningún modo podéis ministrar tazones por medio de la sabiduría de la doctrina, dad a vuestros prójimos copas de buena palabra en cuanto seáis suficientes según la largueza divina. En cuanto penséis que habéis progresado, arrastrad también a otros con vosotros, desead tener compañeros en el camino de Dios. Si alguno de vosotros, hermanos, se dirige al foro o quizá al baño, invita a venir consigo a aquel que ve que está ocioso. Esa misma acción terrenal vuestra os convenga, y si tendéis hacia Dios, cuidad de no venir a él solos.

Hinc etenim scriptum est: Qui audit, dicat: Veni (Apoc. XXII, 17); ut qui jam in corde vocem superni amoris acceperit, foras etiam proximis vocem exhortationis reddat. Et fortasse panem, ut indigenti eleemosynam porrigat, non habet; sed majus est quod tribuere valeat, qui linguam habet. Plus enim est verbi pabulo victuram in perpetuum mentem reficere, quam ventrem morituræ carnis terreno pane satiare. Nolite ergo, fratres, proximis vestris eleemosynam verbi subtrahere. Mecum vos admoneo, ut ab otioso sermone parcamus, inutiliter loqui declinemus. Inquantum reniti linguæ præevalemus, in ventum verba non defluant, cum judex dicat: Omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die judicii (Matth. XII, 36). Otiosum quippe verbum est, quod aut utilitate rectitudinis, aut ratione justæ necessitatis caret. Otiosa ergo colloquia ad ædificationis studium vertite: quam celerrime hujus vitæ tempora fugiant, considerate: quam districtus veniat judex attendite. Hunc ante oculos vestri cordis ponite: hunc proximorum vestrorum mentibus intimate; ut inquantum vires suppetunt, si annuntiare eum non negligitis, vocari ab eo Angeli cum Joanne valeatis; quod ipse præstare dignetur qui vivit et regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA VII.

Habita ad populum in basilica sancti Petri apostoli, Dominica quarta in Adventu Domini. LECTIO S. EVANG. SEC. JOAN. I, 19-28.

In illo tempore, miserunt Judæi a Jerosolymis sacerdotes et levitas ad Joannem, ut interrogarent eum: Tu quis es? Et confessus est, et non negavit. Et confessus est: Quia non sum ego Christus. Et interrogaverunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non. Dixerunt ergo ei: Quis es, ut responsum demus his, qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait: Ego vox clamantis in deserto: Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias propheta. Et qui missi fuerant erant ex Pharisæis. Et interrogaverunt eum, et dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque propheta? Respondit eis Joannes, dicens: Ego baptizo in aqua; medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est, cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamenti. Hæc in Bethania facta sunt trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans.

Pues de aquí está escrito: El que oye, diga: Ven (Apoc. 22, 17); para que el que ya recibió en su corazón la voz del amor supremo, devuelva también hacia fuera a sus prójimos la voz de la exhortación. Y quizá no tenga pan para ofrecer como limosna al indigente; pero es mayor lo que puede atribuir quien tiene lengua. Pues más es alimentar con el pasto de la palabra la mente que ha de vivir perpetuamente, que saciar el vientre de la carne mortal con pan terrenal. No queráis, pues, hermanos, sustraer a vuestros prójimos la limosna de la palabra. Me amonesto con vosotros para que nos abstengamos del sermón ocioso, declinemos hablar inútilmente. En cuanto prevalezcamos en resistir a la lengua, no fluyan las palabras al viento, pues dice el juez: De toda palabra ociosa que hablaren los hombres, darán cuenta de ella en el día del juicio (Mat. 12, 36). Pues palabra ociosa es la que carece o de la utilidad de la rectitud, o de la razón de justa necesidad. Convertid, pues, los coloquios ociosos al estudio de la edificación: considerad cuán velozmente huyen los tiempos de esta vida: atended cuán severo viene el juez. Poned a este ante los ojos de vuestro corazón: insinuadlo a las mentes de vuestros prójimos; para que, en cuanto las fuerzas lo permitan, si no os descuidáis de anunciarlo, podáis ser llamados ángeles junto con Juan; lo cual se digne otorgar él mismo, que vive y reina Dios por los siglos de los siglos. Amén.

HOMILÍA VII.

Pronunciada ante el pueblo en la basílica de san Pedro apóstol, el domingo cuarto de Adviento del Señor. LECTURA DEL S. EVANG. SEGÚN JUAN 1, 19-28.

En aquel tiempo, enviaron los judíos desde Jerusalén sacerdotes y levitas a Juan, para que le preguntaran: ¿Tú quién eres? Y confesó, y no negó. Y confesó: Yo no soy el Cristo. Y le preguntaron: ¿Qué, pues? ¿Eres tú Elías? Y dijo: No lo soy. ¿Eres tú el profeta? Y respondió: No. Le dijeron, pues: ¿Quién eres, para que demos respuesta a los que nos enviaron? ¿Qué dices de ti mismo? Dijo: Yo soy la voz del que clama en el desierto: Enderezad el camino del Señor, como dijo el profeta Isaías. Y los que habían sido enviados eran de los fariseos. Y le preguntaron, y le dijeron: ¿Por qué, pues, bautizas, si tú no eres el Cristo, ni Elías, ni el profeta? Les respondió Juan, diciendo: Yo bautizo en agua; pero en medio de vosotros ha estado uno a quien vosotros no conocéis. Él es el que ha de venir después de mí, que ha sido puesto antes de mí, a quien yo no soy digno de desatar la correa del calzado. Estas cosas se hicieron en Betania, al otro lado del Jordán, donde estaba Juan bautizando.

1. Ex hujus nobis lectionis verbis, fratres charissimi, Joannis humilitas commendatur, qui cum tantae virtutis esset ut Christus credi potuisset, elegit solide subsistere in se, ne humana opinione raperetur inaniter super se. Nam confessus est, et non negavit, et confessus est: Quia non sum ego Christus. Sed quia dixit Non sum, negavit plane quod non erat, sed non negavit quod erat, ut veritatem loquens, ejus membrum fieret cujus sibi nomen fallaciter non usurparet. Cum ergo non vult appetere nomen Christi, factus est membrum Christi, quia dum infirmitatem suam studuit humiliter agnoscere, illius celsitudinem meruit veraciter obtinere. Sed cum ex lectione alia Redemptoris nostri sententia ad mentem reducitur, ex hujus lectionis verbis nobis quaestio valde implexa generatur. Alio quippe in loco inquisitus a discipulis Dominus de Eliae adventu, respondit: Elias jam venit, et non cognoverunt eum, sed fecerunt in eum quaecunque voluerunt. Et si vultis scire, Joannes ipse est Elias (Matth. XVII, 12). Requisitus autem Joannes, dicit: Non sum Elias. Quid est hoc, fratres charissimi, quia quod Veritas affirmat, hoc propheta Veritatis negat? Valde namque inter se diversa sunt Ipse est et Non sum. Quomodo ergo propheta Veritatis est, si ejusdem Veritatis sermonibus concors non est? Sed si subtiliter veritas ipsa requiratur, hoc quod inter se contrarium sonuit, quomodo contrarium non sit invenitur. Ad Zachariam namque de Joanne angelus dicit: Ipse praecedet ante illum in spiritu et virtute Eliae (Luc. I, 17). Qui idcirco venturus in spiritu et virtute Eliae dicitur, quia sicut Elias secundum Domini adventum praeveniet, ita Joannes praevenit primum. Sicut ille praecursor venturus est judicis, ita iste praecursor est factus Redemptoris. Joannes igitur in spiritu Elias erat, in persona Elias non erat. Quod ergo Dominus fatetur de spiritu, hoc Joannes denegat de persona, quia et justum sic erat, ut et discipulis Dominus spiritalem de Joanne sententiam diceret, et Joannes idem turbis carnalibus non de suo spiritu, sed de corpore responderet. Contrarium ergo veritati videtur esse quod Joannes sonuit, sed tamen a veritatis tramite non recessit.

2. Qui cum se etiam prophetam negat, quia videlicet non solum poterat Redemptorem praedicare, sed etiam demonstrare, quisnam sit continuo exprimit, dum subjungit: Ego vox clamantis in deserto. Scitis, fratres charissimi, quia unigenitus Filius Verbum Patris vocatur, Joanne attestante, qui ait: In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum (Joan. I, 1). Et ex ipsa vestra locutione cognoscitis quia prius vox sonat, ut verbum postmodum possit audiri. Joannes ergo vocem se esse asserit, quia Verbum praecedi.

1. Por las palabras de esta lectura, hermanos carísimos, se nos recomienda la humildad de Juan, quien, siendo de tanta virtud que pudo haber sido creído el Cristo, eligió subsistir sólidamente en sí mismo, para no ser arrebatado vanamente sobre sí por la opinión humana. Pues confesó, y no negó, y confesó: Yo no soy el Cristo. Pero porque dijo No lo soy, negó llanamente lo que no era, pero no negó lo que era, para que, hablando la verdad, se hiciera miembro de aquel cuyo nombre no usurpara para sí falazmente. Al no querer, pues, apetecer el nombre de Cristo, se hizo miembro de Cristo, porque mientras se esmeró en reconocer humildemente su propia flaqueza, mereció obtener verazmente la alteza de aquel. Pero cuando se trae a la mente otra sentencia de nuestro Redentor tomada de otra lectura, se nos genera una cuestión muy intrincada por las palabras de esta lectura. Pues en otro lugar el Señor, preguntado por los discípulos sobre la venida de Elías, respondió: Elías ya vino, y no lo conocieron, sino que hicieron en él cuanto quisieron. Y si queréis saberlo, Juan mismo es Elías (Mat. 17, 12). Pero Juan, preguntado, dice: No soy Elías. ¿Qué es esto, hermanos carísimos, que lo que la Verdad afirma, el profeta de la Verdad lo niega? Pues muy diversas son entre sí Él es y No soy. ¿Cómo, pues, es profeta de la Verdad si no concuerda con las palabras de la misma Verdad? Pero si se busca sutilmente la verdad misma, se halla que esto que sonó contrario entre sí, no es contrario. Pues sobre Juan dice el ángel a Zacarías: Él precederá ante él en el espíritu y la virtud de Elías (Luc. 1, 17). Quien por esto se dice que ha de venir en el espíritu y la virtud de Elías, porque así como Elías precederá la segunda venida del Señor, así Juan precedió la primera. Así como aquel es el precursor venidero del Juez, así este fue hecho precursor del Redentor. Juan, por tanto, era Elías en el espíritu, no era Elías en la persona. Lo que, pues, el Señor confiesa sobre el espíritu, esto Juan lo niega sobre la persona, porque también era justo así, que el Señor dijera a los discípulos una sentencia espiritual sobre Juan, y el mismo Juan respondiera a las turbas carnales no sobre su espíritu, sino sobre su cuerpo. Parece, pues, ser contrario a la verdad lo que Juan profirió, pero sin embargo no se apartó de la senda de la verdad.

2. Al negar también que es profeta, porque evidentemente no solo podía predicar al Redentor, sino también mostrarlo, expresa de continuo quién es, al añadir: Yo soy la voz del que clama en el desierto. Sabéis, hermanos carísimos, que el Hijo unigénito es llamado Verbo del Padre, como atestigua Juan, que dice: En el principio era el Verbo, y el Verbo estaba con Dios, y el Verbo era Dios (Juan 1, 1). Y por vuestra propia locución conocéis que primero suena la voz, para que el verbo pueda ser oído después. Juan, pues, afirma que él es la voz, porque precede al Verbo.

Adventum itaque Dominicum praecurrens, vox dicitur, quia per ejus ministerium Patris Verbum ab hominibus auditur. Qui etiam in deserto clamat, quia derelictae destitutaeque Judaeae solatium Redemptoris annuntiat. Quid autem clamet insinuat cum subjungit: Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias propheta (Isai. XL, 3). Via Domini ad cor dirigitur cum veritatis sermo humiliter auditur. Via Domini ad cor dirigitur cum ad praeceptum vita praeparatur. Unde scriptum est: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus (Joan. XIV, 23). Quisquis ergo in superbiam mentem elevat, quisquis avaritiae aestibus anhelat, quisquis se luxuriae inquinationibus polluit, cordis ostium contra veritatem claudit; et ne ad se Dominus veniat, claustra animi seris vitiorum damnat.

3. Sed adhuc qui missi sunt percontantur: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque propheta? Quod quia non studio cognoscendae veritatis, sed malitia exercendae aemulationis dicitur, Evangelista tacite innotuit cum subjungit, dicens: Et qui missi fuerant erant ex Pharisaeis. Ac si aperte dicat: Illi Joannem de suis actibus requirunt, qui doctrinam nesciunt quaerere, sed invidere. Sed sanctus quisque etiam cum perversa mente requiritur, a bonitatis suae studio non mutatur. Unde Joannes quoque ad verba invidiae praedicamenta respondit vitae. Nam protinus adjungit: Ego baptizo in aqua; medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Joannes non spiritu, sed aqua baptizat, quia, peccata solvere non valens, baptizatorum corpora per aquam lavat, sed tamen mentem per veniam non lavat. Cur ergo baptizat qui peccata per baptisma non relaxat, nisi ut, praecursionis suae ordinem servans, qui nasciturum nascendo praevenerat, baptizaturum quoque Dominum baptizando praeveniret; et qui praedicando factus est praecursor Christi, baptizando etiam praecursor ejus fieret imitatione sacramenti? Qui inter haec mysterium annuntians, hunc in medio hominum et stetisse asserit, et nesciri, quia per carnem Dominus apparens, et visibilis exstitit corpore et invisibilis majestate. De quo etiam subdit: Qui post me venit, ante me factus est. Sic namque dicitur: Ante me factus, ac si dicatur, Ante me positus. Post me ergo venit, quia postmodum natus; ante me autem factus est, quia mihi praelatus. Sed haec paulo superius dicens, etiam praelationis ejus causas aperuit cum subjunxit quia prior me erat.

Precediendo, así pues, el advenimiento dominical, es llamado voz, porque por su ministerio el Verbo del Padre es oído por los hombres. El cual también clama en el desierto, porque anuncia el consuelo del Redentor a la Judea abandonada y desvalida. Qué es lo que clama lo insinúa al añadir: Enderezad el camino del Señor, como dijo el profeta Isaías (Is. 40, 3). El camino del Señor se endereza hacia el corazón cuando la palabra de la verdad se oye humildemente. El camino del Señor se endereza hacia el corazón cuando la vida se prepara para el precepto. Por lo cual está escrito: Si alguno me ama, guardará mi palabra, y mi Padre lo amará, y vendremos a él, y haremos morada en él (Juan 14, 23). Quienquiera, pues, que eleva su mente a la soberbia, quienquiera que jadea con los ardores de la avaricia, quienquiera que se contamina con las inmundicias de la lujuria, cierra la puerta del corazón contra la verdad; y para que el Señor no venga a él, condena los claustros del alma con los cerrojos de los vicios.

3. Pero todavía los que fueron enviados preguntan: ¿Por qué, pues, bautizas, si tú no eres el Cristo, ni Elías, ni el profeta? Lo cual, porque no se dice por el afán de conocer la verdad, sino por la malicia de ejercitar la emulación, el Evangelista lo dio a conocer tácitamente al añadir, diciendo: Y los que habían sido enviados eran de los fariseos. Como si dijera abiertamente: Aquellos requieren a Juan sobre sus actos, que no saben buscar la doctrina, sino envidiarla. Pero todo santo, incluso cuando es requerido con mente perversa, no cambia el estudio de su bondad. Por lo cual Juan respondió también a las palabras de envidia con predicaciones de vida. Pues de continuo añade: Yo bautizo en agua; pero en medio de vosotros ha estado uno a quien vosotros no conocéis. Juan no bautiza en espíritu, sino en agua, porque, no valiendo para perdonar los pecados, lava los cuerpos de los bautizados por el agua, pero sin embargo no lava la mente por el perdón. ¿Por qué, pues, bautiza quien no relaja los pecados por el bautismo, sino para que, guardando el orden de su precedencia, el que precediendo había anticipado al que había de nacer, también bautizando anticipara al Señor que había de bautizar; y el que por la predicación fue hecho precursor de Cristo, también por el bautismo se hiciera precursor suyo por imitación del sacramento? El cual, anunciando entre estas cosas el misterio, afirma que este ha estado en medio de los hombres y que no es conocido, porque el Señor, apareciendo por la carne, existió tanto visible por el cuerpo como invisible por la majestad. De quien también añade: El que viene después de mí, ha sido puesto antes de mí. Pues así se dice: Puesto antes de mí, como si se dijera: Antepuesto a mí. Viene, pues, después de mí, porque nació después; pero fue puesto antes de mí, porque me ha sido antepuesto. Pero diciendo esto un poco antes, también abrió las causas de su anteposición al añadir porque era antes que yo.

Ac si aperte dicat: Inde me etiam post natus superat, quo eum nativitatis suae tempora non angustant. Nam qui per matrem in tempore nascitur, sine tempore est a Patre generatus. Cui quantae reverentiae humilitatem debeat subdendo manifestat: Cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamenti (Marc. I, 7). Mos apud veteres fuit ut si quis eam quae sibi competeret accipere uxorem nollet, ille ei calceamentum solveret qui ad hanc sponsus jure propinquitatis veniret. Quid igitur inter homines Christus, nisi sanctae Ecclesiae sponsus apparuit? De quo et idem Joannes dicit: Qui habet sponsam, sponsus est (Joan. III, 29). Sed quia Joannem homines Christum esse putaverunt, quod idem Joannes negat, recte se indignum esse ad solvendam corrigiam ejus calceamenti denuntiat. Ac si aperte dicat: Ego Redemptoris nostri vestigia denudare non valeo, quia sponsi nomen mihi immerito non usurpo. Quod tamen intelligi et aliter potest. Quis enim nesciat quod calceamenta ex mortuis animalibus fiunt? Incarnatus vero Dominus veniens quasi calceatus apparuit, quia in divinitate sua morticina nostrae corruptionis assumpsit. Unde etiam per Prophetam dicit: In Idumaeam extendam calceamentum meum (Psal. LIX, 10). Per Idumaeam quippe gentilitas, per calceamentum vero assumpta mortalitas designatur. In Idumaeam ergo Dominus calceamentum suum se extendere asserit, quia dum per carnem gentibus innotuit, quasi calceata ad nos divinitas venit. Sed hujus incarnationis mysterium humanus oculus penetrare non sufficit. Investigari etenim nullatenus potest quomodo corporatur Verbum, quomodo summus et vivificator spiritus intra uterum matris animatur, quomodo is qui initium non habet, et existit, et concipitur. Corrigia ergo calceamenti est ligatura mysterii. Joannes itaque solvere corrigiam calceamenti ejus non valet, quia incarnationis ejus mysterium nec ipse investigare sufficit, qui hanc per prophetiae spiritum agnovit. Quid est ergo dicere: Non sum dignus solvere corrigiam calceamenti ejus, nisi aperte et humiliter suam ignorantiam profiteri? Ac si patenter dicat: Quid mirum si ille mihi praelatus est, quem post me quidem natum considero, sed nativitatis ejus mysterium non apprehendo? Ecce Joannes, prophetiae spiritu impletus, mira scientia emicat et tamen illud de se insinuat quod ignorat.

4. Qua in re pensandum nobis est, fratres charissimi, et tota intentione cogitandum quomodo sancti viri, ut humilitatis in se virtutem custodiant, cum quaedam mirabiliter sciunt, illud ante mentis oculos student revocare quod nesciunt, ut dum ex parte alia infirmitatem suam considerant, ex ea parte qua perfectus est eorum se animus non extollat. Scientia etenim virtus est, humilitas etiam custos virtutis. Restat ergo ut in omne quod scit sese mens deprimat ne quod virtus scientiae congregat ventus elationis tollat.

Como si dijera abiertamente: De ahí me supera incluso nacido después, en que los tiempos de su nacimiento no lo estrechan. Pues el que por la madre nace en el tiempo, sin tiempo fue engendrado por el Padre. A quien cuánta humildad de reverencia deba, lo manifiesta añadiendo: A quien yo no soy digno de desatar la correa del calzado (Mar. 1, 7). Era costumbre entre los antiguos que, si alguno no quería tomar a aquella que le competía recibir por esposa, le desataba el calzado aquel que llegaba a esta como esposo por derecho de parentesco. ¿Qué apareció, pues, Cristo entre los hombres, sino esposo de la santa Iglesia? De quien también dice el mismo Juan: El que tiene a la esposa, es el esposo (Juan 3, 29). Pero porque los hombres pensaron que Juan era el Cristo, lo cual el mismo Juan niega, rectamente denuncia que él es indigno de desatar la correa de su calzado. Como si dijera abiertamente: Yo no valgo para desnudar las huellas de nuestro Redentor, porque no usurpo para mí inmerecidamente el nombre de esposo. Lo cual, sin embargo, puede entenderse también de otra manera. Pues ¿quién no sabe que los calzados se hacen de animales muertos? El Señor encarnado, viniendo, apareció como calzado, porque en su divinidad asumió la mortandad de nuestra corrupción. Por lo cual también dice por el Profeta: En Idumea extenderé mi calzado (Sal. 59, 10). Pues por Idumea se designa la gentilidad, por el calzado la mortalidad asumida. En Idumea, pues, afirma el Señor que extiende su calzado, porque mientras se dio a conocer a las gentes por la carne, la divinidad vino a nosotros como calzada. Pero el ojo humano no basta para penetrar el misterio de esta encarnación. Pues de ningún modo puede investigarse cómo se corporiza el Verbo, cómo el espíritu sumo y vivificante se anima dentro del útero de la madre, cómo aquel que no tiene principio, existe y es concebido. La correa del calzado es, pues, la ligadura del misterio. Juan, por tanto, no vale para desatar la correa de su calzado, porque él mismo no basta para investigar el misterio de su encarnación, él que la reconoció por el espíritu de profecía. ¿Qué es, pues, decir: No soy digno de desatar la correa de su calzado, sino profesar abierta y humildemente su ignorancia? Como si dijera llanamente: ¿Qué maravilla si aquel me ha sido antepuesto, a quien considero nacido ciertamente después de mí, pero el misterio de cuyo nacimiento no alcanzo? He aquí Juan, lleno del espíritu de profecía, brilla con ciencia admirable y, sin embargo, insinúa sobre sí mismo aquello que ignora.

4. En lo cual debemos ponderar, hermanos carísimos, y pensar con toda intención cómo los varones santos, para custodiar en sí la virtud de la humildad, cuando conocen algunas cosas maravillosamente, procuran recordar ante los ojos de la mente aquello que ignoran, para que, mientras por una parte consideran su propia flaqueza, por aquella parte en que su ánimo es perfecto no se enaltezcan. Pues la ciencia es una virtud, y la humildad es también custodia de la virtud. Resta, pues, que en todo lo que conoce, la mente se deprima a sí misma, no sea que lo que la virtud de la ciencia congrega, el viento de la elación lo arrebate.

Cum bona, fratres, agitis, semper ad memoriam male acta revocate, ut dum caute culpa conspicitur nunquam de bono opere incaute animus laetetur. Superiores invicem, eos maxime qui vobis commissi non sunt, proximos vestros attendite, quia et quos agere aliqua prava conspicitis, quia in eis lateant bona nescitis. Magnus ergo unusquisque esse studeat, sed tamen aliquo modo esse se nesciat, ne dum sibi magnitudinem arroganter tribuit, amittat. Hinc etenim per prophetam dicitur: Vae qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobismetipsis prudentes (Isai. V, 21). Hinc Paulus ait: Nolite prudentes esse apud vosmetipsos (Rom. XII, 16). Hinc contra superbientem Saul dicitur: Cum esses parvulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es (I Reg. XV, 17). Ac si aperte diceretur: Cum tu te parvulum conspiceres, ego te prae caeteris magnum feci. Quia vero tu te magnum conspicis, a me parvus aestimaris. Quo contra cum David regni sui potentiam coram arca foederis Domini saltando despiceret, dixit: Ludam et vilior fiam plus quam factus sum, et ero humilis in oculis meis (II Reg. VI, 22). Quem enim non extolleret ora leonum frangere, ursorum brachia dissipare, despectis prioribus fratribus eligi, reprobato rege ad regni gubernacula ungi, timendum cunctis uno lapide Goliam sternere, a rege proposita exstinctis allophylis numerosa praeputia reportare, regnum ex promissione percipere, cunctumque Israeliticum populum sine ulla postmodum contradictione possidere? Et tamen in cunctis se despicit, qui in suis oculis se esse humilem confitetur. Si ergo sancti viri etiam cum agunt fortia, de semetipsis vilia sentiunt, quid in sua excusatione dicturi sunt qui sine opere virtutis intumescunt? Sed etsi quaelibet bona adsint opera, nulla sunt, nisi ex humilitate condiantur. Miranda quippe actio cum elatione non elevat, sed gravat. Qui enim sine humilitate virtutes congregat, in ventum pulverem portat; et unde aliquid ferre cernitur, inde deterius caecatur. In cunctis ergo quae agitis, fratres mei, radicem boni operis humilitatem tenete; nec quibus jam superiores, sed quibus adhuc inferiores estis, aspicite, ut dum meliorum vobis exempla proponitis, ad majora semper ascendere ex humilitate valeatis.

HOMILIA VIII.

Habita ad populum in basilica beatae Mariae Virginis, in die Natalis Domini. LECTIO S. EVANG. SEC. LUC. II, 1-14.

Cuando obréis cosas buenas, hermanos, recordad siempre lo mal obrado, para que, mientras se observa cautamente la culpa, nunca el ánimo se alegre incautamente por la buena obra. Considerad a vuestros prójimos como superiores entre sí, especialmente a aquellos que no os han sido encomendados, porque incluso a los que veis obrar algunas cosas perversas, no sabéis si en ellos se esconden bienes. Procure, pues, cada uno ser grande, pero sin embargo no sepa de algún modo que lo es, no sea que, al atribuirse arrogantemente la grandeza, la pierda. Pues de aquí se dice por el profeta: ¡Ay de los que sois sabios a vuestros propios ojos, y prudentes ante vosotros mismos! (Is. 5, 21). De aquí dice Pablo: No queráis ser prudentes ante vosotros mismos (Rom. 12, 16). De aquí se dice contra el soberbio Saúl: Cuando eras pequeño a tus propios ojos, ¿no fuiste hecho cabeza en las tribus de Israel? (I Rey. 15, 17). Como si se dijera abiertamente: Cuando tú te veías pequeño, yo te hice grande ante los demás. Pero porque tú te ves grande, eres estimado pequeño por mí. Por el contrario, cuando David despreciaba la potestad de su reino saltando ante el arca de la alianza del Señor, dijo: Jugaré y me haré más vil de lo que he sido hecho, y seré humilde a mis propios ojos (II Rey. 6, 22). Pues ¿a quién no enaltecería romper las bocas de los leones, disipar los brazos de los osos, ser elegido despreciados los hermanos mayores, ser ungido para el gobierno del reino reprobado el rey, abatir con una sola piedra a Goliat temido por todos, traer numerosos prepucios de los alófilos extintos propuestos por el rey, percibir el reino por promesa y poseer a todo el pueblo israelítico sin ninguna contradicción posterior? Y, sin embargo, en todo se desprecia a sí mismo quien confiesa ser humilde a sus propios ojos. Si, pues, los varones santos, incluso cuando obran cosas fuertes, sienten cosas viles sobre sí mismos, ¿qué dirán en su excusa los que se hinchan sin obra de virtud? Pero aunque asistan cualesquiera obras buenas, no son nada si no se sazonan con la humildad. Pues una acción admirable con elación no eleva, sino que grava. Pues quien congrega virtudes sin humildad, lleva polvo al viento; y de donde se ve que lleva algo, de allí queda más gravemente cegado. En todo lo que hagáis, pues, hermanos míos, tened la humildad como raíz de la buena obra; y no miréis a quienes ya sois superiores, sino a quienes todavía sois inferiores, para que, mientras os proponéis ejemplos de hombres mejores, podáis ascender siempre a cosas mayores desde la humildad.

HOMILÍA VIII.

Pronunciada ante el pueblo en la basílica de la Bienaventurada Virgen María, en el día de Navidad del Señor. LECTURA DEL S. EVANG. SEGÚN LUC. 2, 1-14.

In illo tempore, exiit edictum a Caesare Augusto, ut describeretur universus orbis. Haec descriptio prima facta est a praeside Syriae Cyrino. Et ibant omnes ut profiterentur, singuli in suam civitatem. Ascendit autem et Joseph a Galilaea de civitate Nazareth, in Judaeam in civitatem David, quae vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo et familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore praegnante. Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum; et pannis eum involvit, et reclinavit eum in praesepio, quia non erat ei locus in diversorio. Et pastores erant in regione eadem, vigilantes et custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus Domini stetit juxta illos, et claritas Dei circumfulsit illos, et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere. Ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David. Et hoc vobis signum: Invenietis infantem pannis involutum, et positum in praesepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militiae coelestis exercitus, laudantium Deum, et dicentium: Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis.

Quia, largiente Domino, missarum solemnia ter hodie celebraturi sumus, loqui diu de Evangelica lectione non possumus. Sed nos aliquid vel breviter dicere Redemptoris nostri nativitas ipsa compellit. Quid est quod nascituro Domino mundus describitur, nisi noc quod aperte monstratur, quia ille veniebat in carne, qui electos suos ascriberet in aeternitate? Quo contra de reprobis per Prophetam dicitur: Deleantur de libro viventium, et cum justis non scribantur (Psal. LXVIII, 29). Qui bene etiam in Bethlehem nascitur: Bethlehem quippe domus panis interpretatur. Ipse namque est qui ait: Ego sum panis vivus, qui de coelo descendi (Joan. VI, 41, 52). Locus ergo in quo Dominus nascitur, domus panis antea vocatus est, quia futurum profecto erat ut ille ibi per materia carnis appareret, qui electorum mentes interna satietate reficeret. Qui non in parentum domo, sed in via nascitur, ut profecto ostenderet, quia per humanitatem suam quam assumpserat quasi in alieno nascebatur. Alienum videlicet non secundum potestatem dico, sed secundum naturam. Nam de potestate ejus scriptum est: In propria venit (Joan. I, 11). In natura etenim sua ante tempora natus est, in nostra venit ex tempore. Qui ergo aeternus permanens temporalis apparuit, alienum est ubi descendit. Et quia per prophetam dicitur: Omnis caro fenum (Isai. XL, 6), factus homo, fenum nostrum vertit in frumentum, qui de semetipso ait: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet (Joan. XII, 24). Unde et natus in praesepio reclinatur, ut fideles omnes videlicet sancta animalia, carnis suae frumento reficeret, ne ab aeternae intelligentiae pabulo jejuna remanerent.

En aquel tiempo, salió un edicto de César Augusto, para que se empadronara todo el orbe. Esta primera descripción fue hecha por el gobernador de Siria, Cirino. E iban todos a profesar, cada uno a su ciudad. Subió también José desde Galilea, de la ciudad de Nazaret, a Judea, a la ciudad de David, que se llama Belén, por ser de la casa y familia de David, para profesar con María su esposa desposada, que estaba encinta. Sucedió, pues, que estando ellos allí, se cumplieron los días para que diera a luz. Y dio a luz a su hijo primogénito; y lo envolvió en pañales, y lo reclinó en un pesebre, porque no había para ellos lugar en el mesón. Y había pastores en la misma región, que velaban y guardaban las vigilias de la noche sobre su rebaño. Y he aquí que un ángel del Señor se presentó junto a ellos, y la claridad de Dios los rodeó de luz, y temieron con gran temor. Y les dijo el ángel: No temáis. Pues he aquí que os evangelizo un gran gozo, que será para todo el pueblo, porque os ha nacido hoy el Salvador, que es Cristo el Señor, en la ciudad de David. Y esto os servirá de señal: Hallaréis a un niño envuelto en pañales y puesto en un pesebre. Y de repente se hizo con el ángel una multitud de la milicia del ejército celestial, alabando a Dios y diciendo: Gloria a Dios en las alturas, y en la tierra paz a los hombres de buena voluntad.

Puesto que, por largueza del Señor, hoy vamos a celebrar tres veces las solemnidades de las misas, no podemos hablar largo tiempo sobre la lectura evangélica. Pero el mismo nacimiento de nuestro Redentor nos compela a decir algo, aunque sea brevemente. ¿Qué es que se empadrona el mundo cuando el Señor va a nacer, sino lo que abiertamente se muestra, a saber, que venía en la carne aquel que inscribiría a sus elegidos en la eternidad? Por el contrario, de los réprobos se dice por el Profeta: Sean borrados del libro de los vivientes, y con los justos no sean escritos (Sal. 68, 29). El cual también nace bien en Belén; pues Belén se interpreta como casa del pan. Pues él es quien dice: Yo soy el pan vivo, que bajé del cielo (Juan 6, 41, 52). El lugar, pues, en el que el Señor nace fue llamado antes casa del pan, porque ciertamente había de ser que allí apareciera por la materia de la carne aquel que refrescara las mentes de los elegidos con saciedad interna. El cual nace no en casa de los padres, sino en el camino, para mostrar ciertamente que por su humanidad que había asumido nacía como en tierra ajena. Ajena, evidentemente, digo no según la potestad, sino según la naturaleza. Pues de su potestad está escrito: A lo suyo vino (Juan 1, 11). Pues en su naturaleza nació antes de los tiempos, a la nuestra vino en el tiempo. El que, pues, permaneciendo eterno apareció temporal, es ajeno el lugar donde descendió. Y porque se dice por el profeta: Toda carne es heno (Is. 40, 6), hecho hombre, convirtió nuestro heno en trigo, él que dice de sí mismo: Si el grano de trigo cayendo en la tierra no muere, él solo queda (Juan 12, 24). Por lo cual también nacido es reclinado en un pesebre, para refrescar a todos los fieles, a saber, los santos animales, con el trigo de su carne, no sea que permanecieran ayunos del pasto de la inteligencia eterna.

Quid autem est quod vigilantibus pastoribus angelus apparet, eosque Dei claritas circumfulget, nisi quod illi prae caeteris videre sublimia merentur, qui fidelibus gregibus praeesse sollicite sciunt? Dumque ipsi pie super gregem vigilant, divina super eos gratia largius coruscat.

2. Regem vero natum angelus nuntiat, ejusque voci angelorum chori concinunt, et congaudentes clamant: Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Prius quippe quam Redemptor noster nasceretur per carnem, discordiam cum angelis habuimus, a quorum claritate atque munditia per primae culpae meritum, per quotidiana delicta longe distabamus. Quia enim peccando extranei eramus a Deo, extraneos nos a suo consortio deputabant angeli cives Dei. Sed quia nos cognovimus Regem nostrum, recognoverunt nos angeli cives suos. Quia enim coeli Rex terram nostrae carnis assumpsit, infirmitatem nostram illa jam angelica celsitudo non despicit. Ad pacem nostram angeli redeunt, intentionem prioris discordiae postponunt; et quos prius infirmos abjectosque despexerant, jam socios venerantur. Hinc est enim quod Loth (Genes. XIX, 1) et Josue (Josue V, 15) angelos adorant, nec tamen adorare prohibentur; Joannes vero in Apocalypsi sua adorare angelum voluit, sed tamen idem hunc angelus ne se debeat adorare compescuit, dicens: Vide ne feceris, conservus enim tuus sum et fratrum tuorum (Apoc. XXII, 9). Quid est quod ante Redemptoris adventum angeli ab hominibus adorantur, et tacent, postmodum vero adorari refugiunt, nisi quod naturam nostram, quam prius despexerant, postquam hanc super se assumptam conspiciunt, substratam sibi videre pertimescunt? Nec jam sub se velut infirmam contemnere ausi sunt, quam super se videlicet in coeli Rege venerantur. Nec habere dedignantur hominem socium, qui super se adorant hominem Deum. Curemus ergo, fratres charissimi, ne qua nos immunditia polluat, qui in aeterna praescientia et Dei cives, et angelis ejus aequales sumus. Vindicemus moribus dignitatem nostram, nulla nos luxuria inquinet, nulla nos turpis cogitatio accuset, non malitia mentem mordeat, non invidiae rubigo consumat, non elatio inflet, non ambitio per terrena oblectamenta dilaniet, non ira inflammet. Dii etenim vocati sunt homines. Defende ergo tibi, o homo, contra vitia honorem Dei, quia propter te factus est Deus homo, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA IX.

Habita ad populum in basilica sancti Silvestri, in die natalis ejus. LECTIO S. EVANG. SEC. MATTH. XXV, 14-30.

Pero qué es que a los pastores que velan se les aparece un ángel y la claridad de Dios los rodea de luz, sino que aquellos merecen ver cosas sublimes antes que los demás, que saben presidir solícitamente sobre las greyas fieles? Y mientras ellos mismos velan piadosamente sobre el rebaño, la gracia divina brilla más largamente sobre ellos.

2. Un ángel anuncia al Rey nacido, y coros de ángeles cantan a su voz, y congozosos claman: Gloria a Dios en las alturas, y en la tierra paz a los hombres de buena voluntad. Pues antes de que nuestro Redentor naciera por la carne, teníamos discordia con los ángeles, de cuya claridad y pureza estábamos muy distantes por el mérito de la primera culpa, por los delitos cotidianos. Porque pecando éramos extraños a Dios, los ángeles ciudadanos de Dios nos reputaban extraños a su consorcio. Pero porque nosotros conocimos a nuestro Rey, los ángeles nos reconocieron como sus ciudadanos. Pues porque el Rey del cielo asumió la tierra de nuestra carne, aquella alteza angélica ya no desprecia nuestra flaqueza. Los ángeles vuelven a nuestra paz, posponen la intención de la discordia anterior; y a los que antes habían despreciado como enfermos y abyectos, ya los veneran como compañeros. Pues de aquí es que Lot (Gén. 19, 1) y Josué (Josué 5, 15) adoran a los ángeles, y sin embargo no se les prohíbe adorarlos; pero Juan en su Apocalipsis quiso adorar a un ángel, pero sin embargo el mismo ángel le impidió que debiera adorarlo, diciendo: Mira, no lo hagas, pues conservo tuyo soy y de tus hermanos (Apoc. 22, 9). ¿Qué es que antes del advenimiento del Redentor los ángeles son adorados por los hombres, y callan, pero después rehúyen ser adorados, sino que nuestra naturaleza, a la que antes habían despreciado, después de que la ven asumida sobre sí mismos, temen verla postrada bajo sí? Y ya no se atrevieron a despreciar como enferma bajo sí a la que veneran sobre sí, a saber, en el Rey del cielo. Ni se dignan tener al hombre como compañero, quienes adoran al Hombre-Dios sobre sí mismos. Cuidemos, pues, hermanos carísimos, que ninguna inmundicia nos manche a quienes en la presciencia eterna somos ciudadanos de Dios e iguales a sus ángeles. Reivindiquemos nuestra dignidad con nuestras costumbres, ninguna lujuria nos contamine, ningún torpe pensamiento nos acuse, no muerda la malicia la mente, no la consuma el herrumbre de la envidia, no la infle la elación, no la desgarre la ambición por deleites terrenales, no la inflame la ira. Pues dioses han sido llamados los hombres. Defiende para ti, oh hombre, contra los vicios el honor de Dios, porque por ti Dios se hizo hombre, el cual vive y reina por los siglos de los siglos. Amén.

HOMILÍA IX.

Pronunciada ante el pueblo en la basílica de san Silvestre, en el día de su nacimiento. LECTURA DEL S. EVANG. SEGÚN MAT. 25, 14-30.

In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam peregre proficiscens, vocavit servos suos, et tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique secundum propriam virtutem, et profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, et operatus est in eis, et lucratus est alia quinque. Similiter et qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, et abscondit pecuniam domini sui. Post multum vero temporis venit Dominus servorum illorum, et posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi Dominus ejus: Euge serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam; intra in gaudium domini tui. Accessit autem et qui duo talenta acceperat, et ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi Dominus ejus: Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam; intra in gaudium domini tui. Accedens autem et qui unum talentum acceperat, ait: Domine, scio quia homo durus es, metis ubi non seminasti, et congregas ubi non sparsisti; et timens abii et abscondi talentum tuum in terra, ecce habes quod tuum est. Respondens autem dominus ejus, dixit ei: Serve male et piger, sciebas quia meto ubi non semino, et congrego ubi non sparsi; oportuit ergo te dare pecuniam meam nummulariis, et ego veniens recepissem utique quod meum est cum usura. Tollite itaque ab eo talentum, et date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, et abundabit; ei autem qui non habet, et quod videtur habere auferetur ab eo. Et inutilem servum ejicite in tenebras exteriores; illic erit fletus et stridor dentium.

1. Lectio sancti Evangelii, fratres charissimi, sollicite considerare nos admonet, ne nos, qui plus caeteris in hoc mundo accepisse aliquid cernimur ab auctore mundi, gravius inde judicemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam crescunt donorum. Tanto ergo esse humilior atque ad serviendum promptior quisque debet ex munere, quanto se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione. Ecce homo qui peregre proficiscitur, servos suos vocat, eisque ad negotium talenta partitur. Post multum vero temporis positurus rationem revertitur, bene operantes pro apportato lucro remunerat, servum vero a bono opere torpentem damnat. Quis itaque iste homo est qui peregre proficiscitur, nisi Redemptor noster, qui in ea carne quam assumpserat abiit in coelum? Carnis enim locus proprius terra est, quae quasi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem nostrum in coelo collocatur. Sed homo iste peregre proficiscens servis suis bona sua tradidit, quia fidelibus suis spiritalia dona concessit. Et uni quidem quinque talenta, alii duo, alii vero commisit unum.

En aquel tiempo, dijo Jesús a sus discípulos esta parábola: Un hombre que partía para lejos, llamó a sus siervos y les entregó sus bienes. Y a uno le dio cinco talentos, a otro dos y a otro uno, a cada uno según su propia virtud, y partió inmediatamente. Se fue el que había recibido cinco talentos, y trabajó con ellos, y ganó otros cinco. Del mismo modo, el que había recibido dos ganó otros dos. Pero el que había recibido uno, yéndose cavó en la tierra y escondió el dinero de su señor. Después de mucho tiempo vino el señor de aquellos siervos y les pidió cuentas. Y acercándose el que había recibido cinco talentos, ofreció otros cinco talentos, diciendo: Señor, cinco talentos me entregaste, he aquí que he ganado otros cinco. Le dijo su señor: ¡Euge!, siervo bueno y fiel, porque sobre poco fuiste fiel, sobre mucho te constituiré; entra en el gozo de tu señor. Se acercó también el que había recibido dos talentos, y dijo: Señor, dos talentos me entregaste, he aquí que he ganado otros dos. Le dijo su señor: ¡Euge!, siervo bueno y fiel, porque sobre poco fuiste fiel, sobre mucho te constituiré; entra en el gozo de tu señor. Y acercándose el que había recibido un talento, dijo: Señor, sé que eres hombre duro, que siegas donde no sembraste y recoges donde no esparciste; y temiendo me fui y escondí tu talento en la tierra, aquí tienes lo que es tuyo. Respondiendo su señor, le dijo: Siervo malo y perezoso, sabías que siego donde no siembro y recojo donde no esparcí; te convenía, pues, dar mi dinero a los banqueros, y yo al venir hubiera recibido lo que es mío con usura. Quitadle, pues, el talento y dádselo al que tiene diez talentos. Porque a todo el que tiene se le dará y abundará; pero al que no tiene, aun lo que parece tener le será quitado. Y al siervo inútil echadlo a las tinieblas exteriores; allí será el llanto y el crujir de dientes.

1. La lectura del santo Evangelio, hermanos carísimos, nos amonesta a considerar solícitamente, no sea que nosotros, que somos vistos como habiendo recibido algo en este mundo más que los demás por parte del autor del mundo, seamos juzgados por ello más gravemente. Pues cuando aumentan los dones, crecen también las cuentas de los dones. Por tanto, cada uno debe ser tanto más humilde y más pronto para servir por el don, cuanto más se ve obligado en la rendición de cuentas. He aquí el hombre que parte para lejos, llama a sus siervos y les reparte talentos para el negocio. Pero después de mucho tiempo regresa para pedir cuentas; remunera a los que trabajan bien por el lucro aportado, pero condena al siervo que se entorpece para la buena obra. ¿Quién es, pues, ese hombre que parte para lejos, sino nuestro Redentor, que en aquella carne que había asumido se fue al cielo? Pues el lugar propio de la carne es la tierra, la cual es llevada como a tierras extrañas mientras es colocada en el cielo por nuestro Redentor. Pero ese hombre que parte para lejos entregó sus bienes a sus siervos, porque concedió dones espirituales a sus fieles. Y a uno ciertamente le confió cinco talentos, a otro dos y a otro uno.

Quinque etenim sunt corporis sensus, videlicet visus, auditus, gustus, odoratus et tactus. Quinque ergo talentis donum quinque sensuum, id est exteriorum scientia, exprimitur. Duobus vero intellectus et operatio designatur. Unius autem talenti nomine intellectus tantummodo designatur. Sed is qui quinque talenta acceperat alia quinque lucratus est, quia sunt nonnulli qui, etsi interna ac mystica penetrare nesciunt, pro intentione tamen supernae patriae docent recta quos possunt de ipsis exterioribus quae acceperunt; dumque se a carnis petulantia et a terrenarum rerum ambitu, atque a visibilium voluptate, custodiunt, ab his etiam alios admonendo compescunt. Et sunt nonnulli qui, quasi duobus talentis ditati, intellectum atque operationem percipiunt, subtilia de internis intelligunt, mira in exterioribus operantur; cumque et intelligendo et operando aliis praedicant, quasi duplicatum de negotio lucrum reportant. Bene autem alia quinque vel alia duo in lucrum venisse referuntur, quia dum utrique sexui praedicatio impenditur, quasi accepta talenta geminantur. Sed is qui unum talentum acceperat, abiens, fodit in terram, et abscondit pecuniam domini sui. Talentum in terra abscondere est acceptum ingenium in terrenis actibus implicare, lucrum spiritale non quaerere, cor a terrenis cogitationibus nunquam levare. Sunt namque nonnulli qui donum intelligentiae perceperunt, sed tamen sola quae carnis sunt sapiunt. De quibus per prophetam dicitur: Sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nescierunt (Jerem. IV, 22). Sed Dominus, qui talenta contulit, rationem positurus redit, quia is qui nunc pie spiritalia dona tribuit districte in judicio merita exquirit, quid quisque accepit considerat, et quod lucrum de acceptis reportet pensat.

1. El reino de los cielos, hermanos carísimos, se dice por eso semejante a las cosas terrenas, para que de estas que el ánimo conoce se eleve a las incógnitas, a fin de que por el ejemplo de las visibles se arrebate a las invisibles, y por aquellas cosas que aprendió por el uso, como frotado, se encienda, para que por esto que sabe amar como conocido, aprenda a amar también lo desconocido. Pues he aquí que el reino de los cielos se compara con un tesoro escondido en un campo, el cual un hombre, hallándolo, lo esconde, y por el gozo de ello va y vende todo lo que tiene, y compra aquel campo. En lo cual también se ha de notar que el tesoro hallado se esconde para que se conserve, porque el estudio del deseo celestial no basta para custodiarlo de los espíritus malignos si no se esconde de las alabanzas humanas. Pues en la presente vida estamos como en un camino, por el cual nos dirigimos a la patria. Pero los espíritus malignos asedian nuestro camino como ciertos ladronzuelos. Desea, pues, ser despojado quien lleva un tesoro públicamente en el camino. Pero esto digo, no para que el prójimo no vea nuestras obras buenas, ya que está escrito: Vean vuestras obras buenas, y glorifiquen a vuestro Padre que está en los cielos (Mat. 5, 16), sino para que por esto que hacemos no busquemos alabanzas exteriormente. Pero de tal modo sea la obra en público que la intención permanezca en lo oculto, para que tanto de la obra buena ofrezcamos ejemplo al prójimo, y sin embargo, por la intención con la que buscamos agradar solo a Dios, deseemos siempre lo secreto. El tesoro es el deseo celestial, el campo en verdad en el que el tesoro se esconde es la disciplina del estudio celestial. El campo ciertamente compra vendiéndolo todo aquel que, renunciando a los placeres de la carne, pisotea todos sus deseos terrenales por la custodia de la disciplina celestial, de modo que ya nada de lo que la carne halaga le agrade, y nada de lo que degüella la vida carnal el espíritu lo tema sobremanera.

2. De nuevo se dice que el reino celestial es semejante a un hombre negociante que busca buenas margaritas, pero halla una preciosa, la cual, a saber, hallada, vendiéndolo todo la compra; porque quien hubiere conocido perfectamente la dulzura de la vida celestial, en cuanto la posibilidad lo admite, abandona de buena gana todas aquellas cosas que había amado en la tierra; en comparación con ella todo se envilece, deja lo que poseía, dispersa lo congregado, se enardece el ánimo en lo celestial, nada en lo terrenal le agrada, se ve deforme todo lo que de la apariencia de la cosa terrenal agradaba, porque solo la claridad de la preciosa margarita brilla en la mente. De cuyo amor rectamente se dice por Salomón: Fuerte como la muerte es el amor (Cant. 8, 6), porque a saber, así como la muerte mata el cuerpo, así la caridad de la vida eterna mata el amor de las cosas corporales. Pues a quien perfectamente hubiere absorbido, lo vuelve como insensible a los deseos terrenales de fuera.

3. Nec enim sancta haec, cujus hodie natalitia celebramus, mori pro Deo potuisset in corpore, si prius a terrenis desideriis mortua non fuisset in mente. Erectus namque in virtutis culmine animus tormenta despexit, praemia calcavit. Ante armatos reges et praesides ducta stetit, feriente robustior, judicante sublimior. Quid inter haec nos barbati et debiles dicimus, qui ire ad regna coelestia puellas per ferrum videmus, quos ira superat, superbia inflat, ambitio perturbat, luxuria inquinat? Qui si adipisci regna coelorum per bella persecutionum non possumus, hoc ipsum nobis turpe sit, quod Deum nolumus saltem per pacem sequi. Ecce nulli nostrum hoc tempore dicit Deus: Pro me morere, sed: Illicita tantummodo in te desideria occide. Qui ergo in pace subigere carnis desideria nolumus, quando in bello pro Domino ipsam carnem daremus?

4. Rursus simile est regnum coelorum sagenae in mare missae dicitur, ex omni genere piscium congreganti, quae impleta ad littus educitur, et in vasis boni pisces eliguntur, mali autem projiciuntur foras. Sancta Ecclesia sagenae comparatur, quia et piscatoribus est commissa, et per eam quisque ad aeternum regnum a praesentis saeculi fluctibus trahitur, ne in aeternae mortis profunda mergatur. Quae ex omni genere piscium congregat, quia ad peccatorum veniam sapientes et fatuos, liberos et servos, divites et pauperes, fortes et infirmos vocat. Unde per Psalmistam Deo dicitur: Ad te omnis caro veniet (Psal. LXIV, 3). Quae sagena, scilicet, tunc universaliter repletur, cum in fine suo humani generis summa concluditur. Quam educunt, et secus littus sedent, quia sicut mare saeculum, ita saeculi finem significat littus maris. In quo scilicet fine boni pisces in vasis eliguntur, mali autem projiciuntur foras, quia et electus quisque in tabernacula aeterna recipitur, et interni regni luce perdita, ad exteriores tenebras reprobi pertrahuntur. Nunc enim bonos malosque communiter quasi permistos pisces fidei sagena nos continet, sed littus indicat sagena, id est sancta Ecclesia, quid trahebat. Et quidem pisces qui capti fuerint mutari non possunt; nos autem mali capimur, sed in bonitate permutamur. Cogitemus igitur in captione, ne dividamur in littore. Ecce quam grata est vobis hodierna solemnitas, ita ut se non modicum addicat, si cui ex hoc conventu vestro deesse contingat. Quid ergo in die illa acturus est, qui a conspectu judicis rapitur, ab electorum societate separatur, qui tenebrescit a lumine, cruciatur aeterna combustione?

3. Pues ni esta santa, cuyos natalicios hoy celebramos, habría podido morir por Dios en el cuerpo si antes no hubiera estado muerta en la mente a los deseos terrenales. Pues el ánimo erguido en la cumbre de la virtud despreció los tormentos, pisoteó los premios. Estuvo de pie conducida ante reyes armados y gobernadores, más robusta que quien la golpeaba, más sublime que quien la juzgaba. ¿Qué decimos nosotros, barbados y débiles, entre estas cosas, que vemos a muchachas ir a los reinos celestiales por medio del hierro, a quienes la ira nos vence, la soberbia nos infla, la ambición nos perturba, la lujuria nos mancha? Quienes si no podemos alcanzar los reinos celestiales por las guerras de las persecuciones, esto mismo nos sea vergonzoso: que no queremos seguir a Dios al menos por la paz. He aquí que a ninguno de nosotros en este tiempo dice Dios: Muere por mí, sino: Mata solamente en ti los deseos ilícitos. Nosotros, pues, que no queremos someter los deseos de la carne en la paz, ¿cuándo daríamos la misma carne por el Señor en la guerra?

4. De nuevo se dice que el reino de los cielos es semejante a una red echada al mar, que congrega de toda clase de peces, la cual, llena, es sacada a la orilla, y en vasijas se eligen los peces buenos, pero los malos son echados fuera. La santa Iglesia se compara con una red, porque también ha sido encomendada a pescadores, y por ella cada cual es sacado al reino eterno de las fluctuaciones del presente siglo, para que no se sumerja en las profundidades de la muerte eterna. La cual congrega de toda clase de peces, porque llama al perdón de los pecados a sabios y necios, libres y siervos, ricos y pobres, fuertes y débiles. Por lo cual se dice a Dios por el Salmista: A ti vendrá toda carne (Salm. 64, 3). Esta red, a saber, entonces se llena universalmente, cuando en su fin se concluye la suma del género humano. La cual sacan, y se sientan junto a la orilla, porque así como el mar significa el mundo, así la orilla del mar significa el fin del mundo. En cuyo fin, a saber, los peces buenos son elegidos en vasijas, pero los malos son echados fuera, porque tanto cada electo es recibido en los tabernáculos eternos, como los réprobos, perdida la luz del reino interno, son arrastrados a las tinieblas exteriores. Pues ahora la red de la fe nos contiene a buenos y malos comúnmente como peces mezclados, pero la orilla indica qué arrastraba la red, esto es, la santa Iglesia. Y ciertamente los peces que hubieren sido capturados no pueden ser cambiados; nosotros, en cambio, somos capturados siendo malos, pero somos transformados en bondad. Pensemos, pues, en la captura, para que no seamos divididos en la orilla. He aquí cuán grata es para vosotros la solemnidad de hoy, de tal modo que se afligiría no poco si a alguno de este vuestro grupo le tocara faltar. ¿Qué, pues, va a hacer en aquel día quien es arrebatado de la vista del juez, es separado de la sociedad de los electos, quien se oscurece frente a la luz, es torturado por la eterna combustión?

Unde et hanc eamdem comparationem Dominus sub brevitate aperit cum subjungit: Sic erit in consummatione saeculi. Exibunt angeli, et separabunt malos de medio justorum, et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium. Hoc jam, fratres charissimi, timendum est potius quam exponendum. Aperta etenim voce tormenta peccantium dicta sunt, ne quis ad ignoratiae suae excusationem recurreret, si quid de aeterno supplicio obscure diceretur. Unde et subditur: Intellexistis haec omnia? Dicunt ei: Utique, Domine.

4. Atque in conclusione subjungitur: Ideo omnis scriba doctus in regno coelorum similis est homini patrifamilias proferenti de thesauro suo nova et vetera. Si per novum et vetus quod dicitur, utrumque Testamentum accipimus, Abraham doctum fuisse denegamus, qui Novi et Veteris Testamenti etsi facta novit, minime verba nuntiavit. Moysen quoque docto patrifamilias comparare non possumus, qui etsi Testamentum Vetus edocuit, Novi tamen dicta non protulit. Dum ergo ab hoc intellectu excludimur, ad alium vocamur. Sed in eo quod Veritas dicit: Omnis scriba doctus in regno coelorum, similis est patrifamilias, intelligi valet, quia non de his qui fuerant, sed de his qui esse in Ecclesia poterant loquebatur. Qui tunc nova et vetera proferunt cum utriusque Testamenti praedicamenta vocibus et moribus loquuntur. Quod tamen intelligi et aliter potest. Vetustum quippe humani generis fuit ad inferni claustra descendere, pro peccatis suis supplicia aeterna tolerare. Cui per Mediatoris adventum novum aliquid accessit, ut si hic recte studeat vivere, coelorum regna valeat penetrare: et homo in terra editus, a corruptibili vita moriatur, in coelo collocandus. Et vetus itaque est, ut pro culpa humanum genus in aeterna poena intereat; et novum, ut conversus in regno vivat. Quod ergo in conclusione locutionis suae Dominus subdidit, hoc est utique quod praemisit. Prius enim de regni similitudine thesaurum inventum, ac bonam margaritam protulit, postmodum vero inferni poenas de malorum combustione narravit, atque in conclusione subjungit: Ideo omnis scriba doctus in regno coelorum, similis est patrifamilias proferenti de thesauro suo nova et vetera. Ac si aperte diceretur: Ille in sancta Ecclesia doctus praedicator est, qui et nova scit proferre de suavitate regni, et vetusta dicere de terrore supplicii, ut vel poenae terreant, quos praemia non invitant.

Por lo cual también el Señor abre esta misma comparación con brevedad cuando añade: Así será en la consumación del siglo. Saldrán los ángeles, y separarán a los malos de en medio de los justos, y los echarán en el horno de fuego. Allí será el llanto y el crujir de dientes. Esto ya, hermanos carísimos, se ha de temer más que exponer. Pues con voz clara fueron dichos los tormentos de los pecadores, para que nadie recurriera a la excusa de su ignorancia, si se dijera algo oscuramente sobre el suplicio eterno. Por lo cual también se añade: ¿Habéis entendido todas estas cosas? Le dicen: Sí, Señor.

4. Y en la conclusión se añade: Por eso todo escriba instruido en el reino de los cielos es semejante a un hombre padre de familia que saca de su tesoro cosas nuevas y viejas. Si por lo nuevo y lo viejo que se dice entendemos ambos Testamentos, negamos que Abraham fuera instruido, quien aunque conoció los hechos del Nuevo y del Antiguo Testamento, de ningún modo anunció las palabras. Tampoco podemos comparar a Moisés con un instruido padre de familia, quien aunque enseñó el Antiguo Testamento, sin embargo no profirió los dichos del Nuevo. Mientras, pues, somos excluidos de este entendimiento, somos llamados a otro. Pero en aquello que la Verdad dice: Todo escriba instruido en el reino de los cielos es semejante a un padre de familia, puede entenderse que no hablaba de los que habían sido, sino de los que podrían ser en la Iglesia. Quienes entonces sacan cosas nuevas y viejas cuando hablan los predicamentos de ambos Testamentos con sus voces y sus costumbres. Lo cual, sin embargo, puede entenderse también de otro modo. Pues lo antiguo del género humano era descender a los claustros del infierno, tolerar por sus pecados suplicio eterno. A lo cual, por el advenimiento del Mediador, accedió algo nuevo, para que si uno aquí estudia vivir rectamente, pueda penetrar en los reinos de los cielos: y el hombre nacido en la tierra muera a la vida corruptible, para ser colocado en el cielo. Y es, por tanto, antiguo que por la culpa el género humano perezca en la pena eterna; y nuevo que el convertido viva en el reino. Lo que, pues, el Señor añadió en la conclusión de su discurso es ciertamente lo que prometió antes. Pues primero profirió sobre la similitud del reino el tesoro hallado y la buena margarita, y después narró las penas del infierno sobre la combustión de los malos, y en la conclusión añade: Por eso todo escriba instruido en el reino de los cielos es semejante a un padre de familia que saca de su tesoro cosas nuevas y viejas. Como si se dijera abiertamente: Aquel es un predicador instruido en la santa Iglesia que sabe tanto proferir cosas nuevas sobre la suavidad del reino, como decir cosas antiguas sobre el terror del suplicio, para que al menos las penas aterren a quienes los premios no invitan.

Audiat de regno quod amet, audiat de supplicio unusquisque quod timeat ut torpentem animum et terrae vehementer inhaerentem, si amor ad regnum non trahit, vel timor minet. Ecce enim de gehennae expressione dicitur: Ibi erit fletus et stridor dentium. Sed quia praesentia gaudia sequuntur perpetua lamenta, hic, fratres charissimi, vanam laetitiam fugite, si illic flere formidatis. Nemo etenim potest et hic gaudere cum saeculo, et illic regnare cum Domino. Temporalis itaque laetitiae fluxa restringite, carnis voluptates edomate. Quidquid animo ex praesenti saeculo arridet, ex consideratione aeterni ignis amarescat. Quidquid in mente pueriliter hilarescit, hoc disciplinae juvenilis censura coerceat, ut dum sponte temporalia fugitis, aeterna gaudia sine labore capiatis, praestante Domino nostro Jesu Christo, etc.

HOMILIA XII.

Habita ad populum in basilica sanctae Agnetis, in die natalis ejus.

LECTIO S. EVANG. SEC. MATTH. XXV, 1 - 13.

In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum coelorum decem virginibus quae, accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso et sponsae. Quinque autem ex eis erant fatuae, et quinque prudentes. Sed quinque fatuae, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum; prudentes autem acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes, et dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illae, et ornaverunt lampades suas. Fatuae autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostrae exstinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis et vobis, ite potius ad vendentes, et emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus, et quae paratae erant intraverunt cum eo ad nuptias, et clausa est janua. Novissime vero veniunt et reliquae virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam.

Oiga cada uno sobre el reino lo que ame, oiga sobre el suplicio lo que tema, para que al ánimo torpe y que se adhiere vehementemente a la tierra, si el amor no lo atrae al reino, al menos el temor lo empuje. Pues he aquí que sobre la expresión de la Gehenna se dice: Allí será el llanto y el crujir de dientes. Pero porque a los gozos presentes siguen lamentos perpetuos, aquí, hermanos carísimos, huid de la vana alegría si teméis llorar allí. Pues nadie puede gozar aquí con el mundo y reinar allí con el Señor. Restringid, pues, los flujos de la alegría temporal, domad los placeres de la carne. Lo que al ánimo le sonría del presente siglo, amargue por la consideración del fuego eterno. Lo que en la mente se alegre puerilmente, que la censura de la disciplina juvenil lo coarte, para que mientras espontáneamente huís de lo temporal, alcancéis sin trabajo los gozos eternos, concediéndolo nuestro Señor Jesucristo, etc.

HOMILÍA XII.

Pronunciada al pueblo en la basílica de santa Inés, en el día de su nacimiento.

LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN MATEO 25, 1-13.

En aquel tiempo, dijo Jesús a sus discípulos esta parábola: El reino de los cielos es semejante a diez vírgenes que, tomando sus lámparas, salieron al encuentro del esposo y de la esposa. Pero cinco de ellas eran necias, y cinco prudentes. Mas las cinco necias, habiendo tomado las lámparas, no tomaron aceite consigo; pero las prudentes recibieron aceite en sus vasijas con las lámparas. Y haciendo demora el esposo, cabecearon todas y durmieron. Pero a media noche se oyó un clamor: He aquí que viene el esposo, salid a su encuentro. Entonces se levantaron todas aquellas vírgenes y adornaron sus lámparas. Pero las necias dijeron a las sabias: Dadnos de vuestro aceite, porque nuestras lámparas se apagan. Respondieron las prudentes, diciendo: No sea que acaso no nos baste a nosotras y a vosotras, id más bien a los que venden y comprad para vosotras. Pero mientras iban a comprar, vino el esposo, y las que estaban preparadas entrarona con él a las bodas, y se cerró la puerta. Por último vienen también las demás vírgenes, diciendo: Señor, Señor, ábrenos. Pero él, respondiendo, dijo: En verdad os digo que no os conozco. Vigilad, pues, porque no sabéis el día ni la hora.

1. Saepe vos, fratres charissimi, admoneo prava opera fugere, mundi hujus inquinamenta devitare; sed hodierna sancti Evangelii lectione compellor dicere ut et bona quae agitis cum magna cautela timeatis, ne per hoc quod a vobis rectum geritur favor aut gratia humana requiratur, ne appetitus laudis subrepat, et quod foris ostenditur intus a mercede vacuetur. Ecce enim Redemptoris voce decem virgines, et omnes dicuntur virgines, et tamen intra beatitudinis januam non omnes sunt receptae, quia earum quaedam, dum de virginitate sua gloriam foris expetunt, in vasis suis oleum habere noluerunt. Sed prius quaerendum nobis est quid sit regnum coelorum, aut cur decem virginibus comparetur, quae etiam virgines prudentes et fatuae dicantur. Dum enim coelorum regnum constat quia reproborum nullus ingreditur, etiam fatuis virginibus cur simile esse perhibetur? Sed sciendum nobis est quod saepe in sacro eloquio regnum coelorum praesentis temporis Ecclesia dicitur. De quo alio in loco Dominus dicit: Mittet Filius hominis angelos suos, et colligent de regno ejus omnia scandala (Matth. XIII, 41). Neque enim in illo regno beatitudinis, in quo pax summa est, inveniri scandala poterunt quae colligantur. Et unde rursum dicitur: Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, hic minimus vocabitur in regno coelorum. Qui autem fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno coelorum (Ibid., V, 19). Mandatum quippe solvit et docet quando hoc quisque voce praedicat quod vivendo non implet. Sed ad regnum aeternae beatitudinis pervenire non valet, qui non vult opere implere quod docet. Quomodo ergo in eo minimus vocabitur qui ad hoc nullo modo intrare permittitur? Quid itaque per hanc sententiam nisi praesens Ecclesia regnum coelorum dicitur? In qua doctor qui mandatum solverit minimus vocatur, quia cujus vita despicitur, restat ut ejus praedicatio contemnatur. In quinque autem corporis sensibus unusquisque subsistit, geminatus autem quinarius denarium perficit. Et quia ex utroque sexu fidelium multitudo colligitur, sancta Ecclesia decem virginibus similis denuntiatur. In qua quia mali cum bonis et reprobi cum electis admisti sunt, recte similis virginibus prudentibus et fatuis esse perhibetur. Sunt namque plerique continentes qui ab appetitu se exteriori custodiunt, et spe ad interiora rapiuntur, carnem macerant, et toto desiderio ad supernam patriam anhelant, aeterna praemia expetunt, pro laboribus suis recipere laudes humanas nolunt. Hi nimirum gloriam suam non in ore hominum ponunt, sed intra conscientiam contegunt. Et sunt plerique qui corpus per abstinentiam affligunt, sed de ipsa sua abstinentia humanos favores expetunt, doctrinae inserviunt, indigentibus multa largiuntur. Sed fatuae profecto sunt virgines, quia solam laudis transitoriae retributionem quaerunt.

1. Frecuentemente os amonesto, hermanos carísimos, a huir de las obras depravadas, a evitar las manchas de este mundo; pero por la lectura de hoy del santo Evangelio me veo compelido a decir que también las cosas buenas que hacéis las temáis con gran cautela, no sea que por esto que por vosotros se realiza rectamente se busque el favor o la gracia humana, no sea que se introduzca furtivamente el apetito de alabanza, y lo que se muestra fuera quede vacío por dentro de su recompensa. Pues he aquí que por la voz del Redentor diez vírgenes, y todas son llamadas vírgenes, y sin embargo dentro de la puerta de la bienaventuranza no todas fueron recibidas, porque algunas de ellas, mientras buscan fuera la gloria por su virginidad, no quisieron tener aceite en sus vasijas. Pero primero debemos preguntarnos qué es el reino de los cielos, o por qué se compara con diez vírgenes, que además se llaman vírgenes prudentes y necias. Pues siendo constante que ninguno de los réprobos entra en el reino de los cielos, ¿por qué también se afirma que es semejante a las vírgenes necias? Pero debemos saber que frecuentemente en la sagrada elocuencia se llama reino de los cielos a la Iglesia del tiempo presente. De la cual en otro lugar dice el Señor: Enviará el Hijo del hombre a sus ángeles, y recogerán de su reino todos los escándalos (Mat. 13, 41). Pues ni en aquel reino de bienaventuranza, en el que hay paz suma, podrán encontrarse escándalos que sean recogidos. ¿Y de dónde de nuevo se dice: El que, pues, quebrantare uno de estos mandamientos mínimos, y así enseñare a los hombres, este será llamado mínimo en el reino de los cielos. Pero el que hiciere y enseñare, este será llamado grande en el reino de los cielos (Ibíd., 5, 19)? Pues quebranta el mandamiento y enseña cuando alguien predica con su voz lo que viviendo no cumple. Pero no puede llegar al reino de la eterna bienaventuranza quien no quiere cumplir con la obra lo que enseña. ¿Cómo, pues, en él será llamado mínimo quien de ningún modo se le permite entrar en él? ¿Qué, por tanto, se llama reino de los cielos por esta sentencia sino la presente Iglesia? En la cual el doctor que hubiere quebrantado el mandamiento es llamado mínimo, porque aquel cuya vida es despreciada, resta que su predicación sea menospreciada. En los cinco sentidos del cuerpo, pues, subsiste cada uno, pero el cinco duplicado completa el diez. Y porque de ambos sexos se congrega la multitud de los fieles, la santa Iglesia se anuncia semejante a diez vírgenes. En la cual, porque los malos están mezclados con los buenos y los réprobos con los electos, rectamente se afirma ser semejante a las vírgenes prudentes y necias. Pues hay muchos continentes que se custodian del apetito exterior, y por la esperanza son arrebatados a las cosas interiores, maceran la carne y con todo el deseo anhelan la patria suprema, buscan los premios eternos, no quieren recibir alabanzas humanas por sus trabajos. Estos, sin duda, no ponen su gloria en la boca de los hombres, sino que la ocultan dentro de la conciencia. Y hay muchos que afligen el cuerpo por la abstinencia, pero de esa misma abstinencia suya buscan los favores humanos, sirven a la doctrina, reparten muchas cosas a los indigentes. Pero necias son ciertamente las vírgenes, porque solo buscan la retribución de la alabanza transitoria.

Unde et apte subditur: Quinque fatuae, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum; prudentes autem acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Per oleum quippe nitor gloriae designatur; vascula autem nostra sunt corda, in quibus ferimus cuncta quae cogitamus. Prudentes ergo oleum in vasis habent, quia nitorem gloriae intra conscientiam retinent, Paulo attestante, qui ait: Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae (II Cor. I, 12). Fatuae autem virgines oleum secum non sumunt, quia gloriam intra conscientiam non habent, dum hanc ab ore proximorum quaerunt. Notandum vero quod omnes lampades habent, sed omnes oleum non habent, quia plerumque bona in se opera cum electis et reprobi ostendunt, sed soli ad sponsum cum oleo veniunt, qui de his quae foris egerint intus gloriam requirunt. Unde per Psalmistam quoque de sancta electorum Ecclesia dicitur: Omnis gloria ejus filiae regis ab intus (Psal. XLIV, 14).

2. Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes, et dormierunt, quia dum venire judex ad extremum judicium differt, electi et reprobi in mortis somno sopiuntur. Dormire etenim mori est. Ante somnum vero dormitare est ante mortem a salute languescere, quia per pondus aegritudinis pervenitur ad somnum mortis. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei.

3. De adventu sponsi clamor in media nocte fit, quia sic dies judicii subrepit, ut praevideri non valeat quando venit. Unde scriptum est: Dies Domini sicut fur in nocte ita veniet (I Thess. V, 2). Tunc omnes virgines surgunt, quia et electi et reprobi a somno suae mortis excitantur. Lampades ornant, quia sua secum opera numerant, pro quibus aeternam recipere beatitudinem exspectant. Sed lampades fatuarum virginum exstinguuntur, quia earum opera, quae clara hominibus foris apparuerant, in adventu judicis intus obscurantur. Et a Deo retributionem non inveniunt, quia pro eis receperunt ab hominibus laudes quas amaverunt. Quid est autem quod tunc a prudentibus oleum petunt, nisi quod in adventu judicis cum se intus vacuas invenerint, testimonium foris quaerunt? Ac si a sua fiducia deceptae proximis dicant: Quia nos quasi sine opere repelli conspicitis, dicite de nostris operibus quid vidistis. Sed prudentes virgines respondent, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis et vobis.

Por lo cual también se añade aptamente: Cinco necias, habiendo recibido las lámparas, no tomaron aceite consigo; pero las prudentes recibieron aceite en sus vasijas con las lámparas. Por el aceite, en efecto, se designa el resplandor de la gloria; nuestras vasijas, en cambio, son los corazones, en los cuales llevamos todo lo que pensamos. Las prudentes, pues, tienen aceite en las vasijas, porque retienen el resplandor de la gloria dentro de la conciencia, atestiguándolo Pablo, quien dice: Nuestra gloria es esta, el testimonio de nuestra conciencia (2 Cor. 1, 12). Pero las vírgenes necias no toman aceite consigo, porque no tienen la gloria dentro de la conciencia mientras buscan esta en la boca de los prójimos. Se ha de notar, en verdad, que todas tienen lámparas, pero no todas tienen aceite, porque muchísimas veces tanto los réprobos como los electos muestran en sí obras buenas, pero solo llegan al esposo con aceite quienes de aquellas cosas que hicieron fuera buscan la gloria dentro. Por lo cual también por el Salmista se dice de la santa Iglesia de los electos: Toda su gloria, hija del rey, está por dentro (Salm. 44, 14).

2. Pero haciendo demora el esposo, cabecearon todas y durmieron, porque mientras el juez difiere venir al juicio extremo, los electos y los réprobos se adormecen en el sueño de la muerte. Pues dormir es morir. Pero antes del sueño cabecear es languidecer de la salud antes de la muerte, porque por el peso de la enfermedad se llega al sueño de la muerte. Pero a media noche se oyó un clamor: He aquí que viene el esposo, salid a su encuentro.

3. Sobre el advenimiento del esposo se produce un clamor en media noche, porque el día del juicio se desliza furtivamente de tal modo que no puede preverse cuándo viene. Por lo cual está escrito: El día del Señor vendrá como ladrón en la noche (1 Tes. 5, 2). Entonces todas las vírgenes se levantan, porque tanto los electos como los réprobos son despertados del sueño de su muerte. Adornan sus lámparas, porque enumeran consigo sus obras, por las cuales esperan recibir la eterna bienaventuranza. Pero las lámparas de las vírgenes necias se apagan, porque sus obras, que habían aparecido claras a los hombres por fuera, se oscurecen por dentro al advenimiento del juez. Y no encuentran retribución de parte de Dios, porque por ellas recibieron de los hombres las alabanzas que amaron. ¿Qué es, en cambio, que entonces piden aceite a las prudentes, sino que en el advenimiento del juez, cuando se encuentren vacías por dentro, buscan el testimonio por fuera? Como si, engañadas por su propia confianza, dijeran al prójimo: Puesto que nos veis como rechazadas sin obra, decid qué visteis sobre nuestras obras. Pero las vírgenes prudentes responden diciendo: No sea que acaso no nos baste a nosotras y a vosotras.

In illo enim die (quod tamen de quibusdam in pace Ecclesiae quiescentibus loquor) sibimetipsi testimonium uniuscujusque vix sufficit; quanto minus et sibi et proximo? Unde et protinus per increpationem subdunt: Ite potius ad vendentes, et emite vobis. Venditores quippe olei adulatores sunt. Qui enim accepta qualibet gratia, vanis suis laudibus nitorem gloriae offerunt, quasi oleum vendunt. De quo profecto oleo Psalmista dicit: Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum (Psal. CXL, 5). Principale etenim nostrum caput est. Appellatione autem capitis ea quae principatur corpori mens vocatur. Impinguat ergo caput oleum peccatoris, cum demulcet mentem favor adulantis. Sed dum irent emere, venit sponsus, quia cum vitae suae testimonium a proximis quaerunt, judex venit, qui non solum operum, sed et cordium testis est. Quae autem paratae erant, intraverunt cum eo ad nuptias, et clausa est janua.

4. O si sapere in cordis palato possit quid admirationis habet quod dicitur: Venit sponsus! quid dulcedinis: Intraverunt cum eo ad nuptias! quid amaritudinis: Et clausa est janua! Venit quippe ille qui adventu suo elementa concutit, in cujus conspectu coelum et terra contremiscit. Unde etiam per prophetam dicit: Adhuc semel, et ego movebo non solum terram, sed etiam coelum (Aggae. II, 7; Hebr. XII, 26). Ad cujus examen omne humanum genus deducitur. Cui ad vindictam malorum remunerationemque bonorum angeli, archangeli, throni, principatus et dominationes obsequuntur. Pensate, fratres charissimi, ante conspectum tanti judicis qui in illo die terror erit quando jam in poena remedium non erit, quae illa confusio cui reatu suo exigente continget in conventu omnium angelorum hominumque erubescere, qui pavor eum quem et tranquillum mens humana capere non valet etiam iratum videre. Quem diem bene propheta intuens, ait: Dies irae, dies illa, dies tribulationis et angustiae, dies calamitatis et miseriae, dies tenebrarum et caliginis, dies nebulae et turbinis, dies tubae et clangoris (Soph. I, 15). Pensate ergo, fratres charissimi, extremi diem judicii super corda reproborum qua asperitate propheta vidit amarescere, quem tot appellationibus non valet explicare. Quanta vero tunc erit electorum laetitia, qui de ejus merentur visione gaudere, de cujus conspectu vident et elementa omnia contremiscere, cum eo simul ad nuptias intrare! Qui et in sponsi nuptiis gaudent, et tamen ipsi sunt sponsa, quia in illo aeterni regni thalamo visioni nostrae Deus conjungitur. Quae scilicet visio nunquam jam in perpetuum ab amoris sui amplexibus evelletur.

Pues en aquel día (lo cual, sin embargo, digo de algunos que descansan en la paz de la Iglesia) apenas basta a cada uno el testimonio de sí mismo; ¿cuánto menos para sí y para el prójimo? Por lo cual también enseguida, mediante una reprensión, añaden: Id más bien a los que venden y comprad para vosotras. Los vendedores de aceite son, ciertamente, los aduladores. Pues quienes, aceptada cualquier gracia, ofrecen el resplandor de la gloria con sus vanas alabanzas, venden como si fuera aceite. Sobre cuyo aceite ciertamente el Salmista dice: Mas el aceite del pecador no unja mi cabeza (Salm. 140, 5). Pues nuestra cabeza es lo principal. Con la apelación de cabeza se llama a la mente que preside al cuerpo. Engrasa, pues, la cabeza el aceite del pecador cuando el favor del que adula acaricia la mente. Pero mientras iban a comprar, vino el esposo, porque cuando buscan el testimonio de su vida en los prójimos, viene el juez, que no solo es testigo de las obras, sino también de los corazones. Pero las que estaban preparadas entrarona con él a las bodas, y se cerró la puerta.

4. ¡Oh, si pudiera saborearse en el paladar del corazón qué de admiración tiene lo que se dice: ¡Viene el esposo!; qué de dulzura: ¡Entraron con él a las bodas!; qué de amargura: ¡Y se cerró la puerta! Viene, en efecto, aquel que con su advenimiento sacude los elementos, en cuya presencia el cielo y la tierra tiemblan. Por lo cual también dice por el profeta: Todavía una vez, y yo moveré no solo la tierra, sino también el cielo (Ageo 2, 7; Heb. 12, 26). A cuyo examen es conducido todo el género humano. A quien para la venganza de los malos y la remuneración de los buenos obedecen ángeles, arcángeles, tronos, principados y dominaciones. Pensad, hermanos carísimos, ante la presencia de tan gran juez, qué terror habrá en aquel día cuando ya en la pena no habrá remedio, qué aquella confusión a quien, exigiéndolo su reato, le toque avergonzarse en la asamblea de todos los ángeles y hombres, qué pavor ver irritado a aquel a quien la mente humana no puede captar ni siquiera estando tranquilo. El cual día, viéndolo bien el profeta, dice: Día de ira, aquel día, día de tribulación y de angustia, día de calamidad y de miseria, día de tinieblas y de oscuridad, día de nube y de torbellino, día de trompeta y de clamor (Sof. 1, 15). Pensad, pues, hermanos carísimos, con qué aspereza vio el profeta amargar el día del juicio extremo sobre los corazones de los réprobos, el cual no puede explicar con tantas apelaciones. ¡Cuán grande será entonces, en verdad, la alegría de los electos, que merecen gozar de su visión, ante cuya presencia ven temblar también a todos los elementos, entrar con él juntamente a las bodas! Quienes tanto gozan en las bodas del esposo, y sin embargo ellos mismos son la esposa, porque en aquel tálamo del reino eterno Dios se une a nuestra visión. La cual visión, a saber, ya nunca por siempre será arrancada de los abrazos de su amor.

Tunc regni janua lugentibus claudetur, quae modo quotidie poenitentibus aperitur. Erit namque et tunc poenitentia, sed fructuosa jam non erit, quia nequaquam tunc veniam invenit, qui modo aptum veniae tempus perdit. Hinc etenim Paulus dicit: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis (II Cor. VI, 2). Hinc propheta ait: Quaerite Dominum dum inveniri potest, invocate eum dum prope est (Isai. LV, 6).

5. Unde et easdem virgines fatuas invocantes Dominus non audit, quia interclusa regni janua, is qui prope esse poterat, prope jam non erit. Nam subditur: Novissime veniunt et reliquae virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Ibi jam a Deo non potest mereri quod petit, qui hic noluit audire quod jussit, qui tempus congruae poenitentiae perdidit, frustra ante regni januam cum precibus venit. Hinc est enim quod per Salomonem Dominus dicit: Vocavi, et renuistis; extendi manum meam, et non fuit qui aspiceret; despexistis omne consilium meum, et increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, et subsannabo, cum vobis quod timeatis advenerit. Cum irruerit repentina calamitas, et interitus quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio, et angustia, tunc invocabunt me, et non exaudiam; mane consurgent, et non invenient me (Prov. I, 24, seq.). Ecce aperiri clamant, et, repulsionis suae dolore compulsae, appellationem dominantis ingeminant, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. Preces offerunt, sed nesciuntur, quia tunc velut incognitos Dominus deserit, quos modo suos per vitae meritum non agnoscit.

6. Ubi apte quoque generalis ad discipulos exhortatio subinfertur, cum dicitur: Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam. Quia post peccata Deus poenitentiam suscipit, si sciret quisque de praesenti saeculo quo tempore exiret, aliud tempus voluptatibus, atque aliud poenitentiae aptare potuisset. Sed qui poenitenti veniam spopondit, peccanti diem crastinum non promisit. Semper ergo extremum diem debemus metuere, quem nunquam possumus praevidere. Ecce hunc ipsum diem, in quo loquimur, ad inducias conversionis accepimus, et tamen mala quae fecimus flere recusamus. Non solum commissa non plangimus, sed etiam quae defleantur augemus. At si aliqua nos aegritudo corripiat, si signa aegritudinis vicinam mortem denuntient, inducias vivendi quaerimus, ut peccata nostra defleamus, et eas cum magno aestu desiderii petimus, quas acceptas modo pro nihilo habemus.

Entonces la puerta del reino se cerrará para los que lloran, la cual ahora diariamente se abre para los penitentes. Pues habrá también entonces penitencia, pero ya no será fructuosa, porque de ninguna manera encuentra entonces perdón quien ahora pierde el tiempo apto para el perdón. Por esto, en efecto, dice Pablo: He aquí ahora el tiempo aceptable, he aquí ahora el día de la salvación (2 Cor. 6, 2). Por esto dice el profeta: Buscad al Señor mientras puede ser hallado, invocadlo mientras está cerca (Is. 55, 6).

5. Por lo cual también el Señor no escucha a esas mismas vírgenes necias que lo invocan, porque interpuesta la puerta del reino, aquel que podía estar cerca, ya no estará cerca. Pues se añade: Por último vienen también las demás vírgenes, diciendo: Señor, Señor, ábrenos. Pero él, respondiendo, dice: En verdad os digo que no os conozco. Allí ya no puede merecer de Dios lo que pide quien aquí no quiso oír lo que mandó, quien perdió el tiempo de la congrua penitencia, en vano viene ante la puerta del reino con ruegos. Por esto es, en efecto, que por Salomón dice el Señor: Llamé, y renunciasteis; extendí mi mano, y no hubo quien mirara; despreciasteis todo mi consejo, y mis reprensiones descuidasteis. Yo también me reiré en vuestra perdición, y me burlaré cuando os sobrevenga lo que temíais. Cuando irrumpiere la repentina calamidad, y la perdición como tempestad os sobrevenga, cuando viniere sobre vosotros la tribulación y la angustia, entonces me invocarán y no escucharé; madrugarán y no me encontrarán (Prov. 1, 24, sig.). He aquí que claman que se abra, y compeler por el dolor de su rechazo, duplican la apelación del que domina, diciendo: Señor, Señor, ábrenos. Ofrecen ruegos, pero no son conocidos, porque entonces el Señor los desampara como a desconocidos, a quienes ahora no reconoce como suyos por el mérito de la vida.

6. Donde también se añade aptamente una exhortación general a los discípulos, cuando se dice: Vigilad, pues, porque no sabéis el día ni la hora. Porque después de los pecados Dios acepta la penitencia, si supiera cada uno de este mundo en qué tiempo habría de salir, habría podido adaptar un tiempo a los placeres y otro a la penitencia. Pero el que prometió el perdón al penitente, no prometió el día de mañana al que peca. Siempre, pues, debemos temer el último día, el cual nunca podemos prever. He aquí este mismo día en que hablamos, lo hemos recibido para tregua de la conversión, y sin embargo rehusamos llorar los males que hemos hecho. No solo no lamentamos lo cometido, sino que incluso aumentamos aquellas cosas que deberían ser lloradas. Pero si alguna enfermedad nos arrebata, si los signos de la enfermedad anuncian la muerte cercana, buscamos una prórroga de vida para llorar nuestros pecados, y las pedimos con gran ardor de deseo, las cuales, una vez recibidas, ahora las tenemos por nada.

7. Rem, fratres charissimi, refero, quam si intente audire vult charitas vestra, ex consideratione illius vehementer instruetur. Quidam vir nobilis in Valeria provincia nomine Chrysaorius fuit, quem lingua rustica populus Chryserium vocabat: vir valde idoneus, sed tantum plenus vitiis, quantum rebus; superbia tumidus, carnis suae voluptatibus subditus, in acquirendis rebus avaritiae facibus accensus. Sed cum tot malis Dominus finem ponere decrevisset, sicut a religioso viro quodam, qui nunc superest, propinquo illius didici, corporis languore percussus est. Qui ad extremum veniens, eadem hora qua jam de corpore erat exiturus, apertis oculis vidit tetros et nigerrimos spiritus coram se assistere, et vehementer imminere, ut ad inferni claustra se raperent. Coepit tremere, pallescere, sudare, et magnis vocibus inducias petere, filiumque suum nomine Maximum, quem ipse jam monachus monachum vidi, nimiis et turbatis clamoribus vocare, dicens: Maxime curre, nunquam tibi aliquid mali feci, in fidem tuam me suscipe. Turbatus mox Maximus adfuit, lugens et perstrepens familia convenit. Eos autem quos ille insistentes sibi graviter tolerabat ipsi malignos spiritus videre non poterant, sed eorum praesentiam in confusione, in pallore ac tremore illius qui trahebatur videbant. Pavore autem tetrae eorum imaginis huc illucque vertebatur in lectulo, jacebat in sinistro latere, aspectum eorum ferre non poterat; vertebatur ad parietem, ibi aderant. Cumque constrictus nimis relaxari se jam posse desperaret, coepit magnis vocibus clamare, dicens: Inducias vel usque mane, inducias vel usque mane. Sed cum haec clamaret, in ipsis suis vocibus de habitaculo suae carnis evulsus est. De quo nimirum constat quia pro nobis ista, non pro se, viderit, ut ejus visio nobis proficiat, quos adhuc divina patientia longanimiter exspectat. Nam illi tetros spiritus ante mortem vidisse, et inducias petiisse, quid profuit, qui easdem inducias quas petiit, non accepit? Nos ergo, fratres charissimi, nunc sollicite ista cogitemus, ne nobis in vacuum tempora pereant, et tunc quaeramus ad bene agendum vivere, cum jam compellimur de corpore exire. Mementote quid Veritas dicat: Orate ne fiat fuga vestra hieme vel Sabbato (Matth. XXIV, 20). Per legis quippe mandatum ambulare longius Sabbato non licet (Exod. VI); hiems quoque ad ambulandum impedimento est, quia gressus ambulantium torpor frigoris astringit. Ait ergo; Orate ne fiat fuga vestra hieme vel Sabbato. Ac si aperte dicat: Videte ne tunc quaeratis peccata vestra fugere, quando jam non licet ambulare. Illud ergo tempus quo fugere non licet modo debet cogitari dum licet. Illa hora nostri exitus est semper intuenda, ista Redemptoris nostri admonitio ante mentis oculos semper ponenda, qua ait: Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam.

7. Refiero un hecho, hermanos carísimos, el cual si vuestra caridad quiere oír atentamente, por la consideración de este será vehementemente instruida. Hubo un hombre noble en la provincia de Valeria llamado Crisaorio, a quien en lengua rústica el pueblo llamaba Criserio: hombre muy idóneo, pero tan lleno de vicios como de riquezas; hinchado de soberbia, sometido a los placeres de su carne, encendido por las antorchas de la avaricia en la adquisición de bienes. Pero cuando el Señor decretó poner fin a tantos males, según supe por un hombre religioso, que aún sobrevive, pariente de aquel, fue herido por la languidez del cuerpo. El cual llegando al extremo, en la misma hora en que ya iba a salir del cuerpo, vio con ojos abiertos a espíritus feos y negrísimos asistir ante él, y amenazarle vehementemente para arrastrarlo a los claustros del infierno. Comenzó a temblar, a palidecer, a sudar, y a pedir tregua con grandes voces, y a llamar a su hijo llamado Máximo, a quien yo mismo, ya monje, vi monje, con excesivos y turbados clamores, diciendo: Máximo, corre, nunca te hice nada malo, recíbeme en tu fe. Turbado Máximo acudió pronto, la familia llorando y haciendo ruido se reunió. Pero a aquellos a quienes él toleraba penosamente como insistiendo sobre él, los espíritus malignos ellos mismos no podían verlos, pero veían su presencia en la confusión, en la palidez y el temblor de aquel que era arrastrado. Por el pavor de su fea imagen se volvía a uno y otro lado en el lecho, yacía sobre el lado izquierdo, no podía soportar su vista; se volvía a la pared, allí estaban presentes. Y como estrechado en demasía desesperara de poder ya ser liberado, comenzó a clamar con grandes voces, diciendo: Tregua al menos hasta la mañana, tregua al menos hasta la mañana. Pero cuando clamaba estas cosas, en sus mismas voces fue arrancado del habitáculo de su carne. Sobre el cual ciertamente consta que vio estas cosas por nosotros, no por sí mismo, para que su visión nos aproveche a nosotros, a quienes todavía la paciencia divina espera con longanimidad. Pues a aquel, haber visto los espíritus feos antes de la muerte y haber pedido tregua, ¿qué le aprovechó, si no recibió la misma tregua que pidió? Nosotros, pues, hermanos carísimos, pensemos ahora solícitamente estas cosas, no sea que para nosotros los tiempos perezcan en vano, y entonces busquemos vivir para obrar bien cuando ya somos compelidos a salir del cuerpo. Recordad qué dice la Verdad: Orad para que vuestra huida no sea en invierno ni en sábado (Mat. 24, 20). Por el mandato de la ley, ciertamente, no es lícito caminar más lejos en sábado (Éx. 16, 29); el invierno también es un impedimento para caminar, porque el torpor del frío entumece los pasos de los que caminan. Dice, pues: Orad para que vuestra huida no sea en invierno ni en sábado. Como si dijera abiertamente: Mirad no sea que entonces busquéis huir de vuestros pecados cuando ya no es lícito caminar. Aquel tiempo, pues, en que no es lícito huir debe ser pensado ahora mientras es lícito. Aquella hora de nuestra salida debe ser siempre contemplada, aquella amonestación de nuestro Redentor siempre puesta ante los ojos de la mente, por la cual dice: Vigilad, pues, porque no sabéis el día ni la hora.

HOMILIA XIII.

Habita ad populum in basilica beati Felicis confessoris, in die natalis ejus.

LECTIO S. EVANG. SEC. LUC. XII, 35-40.

In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus exspectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis, ut cum venerit et pulsaverit, confestim aperiant ei. Beati servi illi, quos cum venerit dominus invenerit vigilantes. Amen dico vobis quod praecinget se, et faciet illos discumbere, et transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, et si in tertia vigilia venerit, et ita invenerit, beati sunt servi illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret pater familias qua hora fur venerit, vigilaret utique, et non sineret perfodi domum suam. Ideo et vos estote parati, quia qua hora non putatis Filius hominis veniet.

1. Sancti Evangelii, fratres charissimi, aperta vobis est lectio recitata. Sed ne aliquibus ipsa ejus planities alta fortasse videatur, eam sub brevitate transcurrimus, quatenus ejus expositio ita nescientibus fiat cognita, ut tamen scientibus non sit onerosa. Quia viris luxuria in lumbis sit, feminis in umbilico, testatur Dominus, qui de diabolo ad beatum Job loquitur, dicens: Virtus ejus in lumbis ejus, et fortitudo illius in umbilico ventris ejus (Job. XL, 11). A principali igitur sexu lumborum nomine luxuria designatur, cum Dominus dicit: Sint lumbi vestri praecincti. Lumbos enim praecingimus cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus. Sed quia minus est mala non agere, nisi etiam quisque studeat et bonis operibus insudare, protinus additur: Et lucernae ardentes in manibus vestris. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus cum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. De quibus profecto operibus Dominus dicit: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in coelis est (Matth. V, 16). Duo autem sunt quae jubentur, et lumbos restringere, et lucernas tenere, ut et munditia sit castitatis in corpore, et lumen veritatis in operatione. Redemptori etenim nostro unum sine altero placere nequaquam potest, si aut is qui bona agit adhuc luxuriae inquinamenta non deserit, aut is qui castitate praeeminet necdum se per bona opera exercet. Nec castitas ergo magna est sine bono opere, nec opus bonum est aliquod sine castitate.

HOMILÍA XIII.

Pronunciada al pueblo en la basílica del bienaventurado Félix confesor, en el día de su nacimiento.

LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN LUCAS 12, 35-40.

En aquel tiempo, dijo Jesús a sus discípulos: Estén ceñidos vuestros lomos, y las lámparas encendidas en vuestras manos. Y vosotros sed semejantes a los hombres que esperan a su señor cuando vuelve de las bodas, para que cuando venga y llame, al instante le abran. Bienaventurados aquellos siervos a quienes el señor, cuando venga, encuentre vigilando. En verdad os digo que se ceñirá, y los hará sentarse a la mesa, y pasando les servirá. Y si viniere en la segunda vigilia, y si en la tercera vigilia viniere, y así los encontrare, bienaventurados son aquellos siervos. Esto, en cambio, sabedlo: que si el padre de familia supiera a qué hora vendría el ladrón, vigilaría ciertamente y no dejaría perforar su casa. Por tanto, estad también vosotros preparados, porque a la hora que no pensáis vendrá el Hijo del hombre.

1. Hermanos carísimos, la lectura del santo Evangelio que se ha recitado es clara para vosotros. Pero para que a algunos su misma llaneza no les parezca acaso profunda, la recorremos con brevedad, a fin de que su exposición se haga conocida a los ignorantes, y sin embargo no sea gravosa para los que saben. Que la lujuria en los hombres está en los lomos, y en las mujeres en el ombligo, lo atestigua el Señor, que habla del diablo al bienaventurado Job diciendo: Su virtud está en sus lomos, y su fortaleza en el ombligo de su vientre (Job 40, 11). Por el sexo principal, pues, se designa la lujuria con el nombre de lomos cuando el Señor dice: Estén ceñidos vuestros lomos. Pues ceñimos los lomos cuando coartamos la lujuria de la carne por la continencia. Pero porque es menos no hacer cosas malas si no se estudia también sudar en las obras buenas, enseguida se añade: Y las lámparas encendidas en vuestras manos. Tenemos ciertamente las lámparas encendidas en las manos cuando por las buenas obras mostramos ejemplos de luz a nuestros prójimos. De las cuales obras ciertamente el Señor dice: Luzca vuestra luz ante los hombres, para que vean vuestras obras buenas y glorifiquen a vuestro Padre que está en los cielos (Mat. 5, 16). Dos son, pues, las cosas que se mandan: restringir los lomos y tener las lámparas, para que haya tanto limpieza de castidad en el cuerpo como luz de verdad en la operación. Pues a nuestro Redentor de ningún modo le puede agradar una sin la otra, si o bien aquel que hace cosas buenas aún no abandona las manchas de la lujuria, o bien aquel que destaca por la castidad aún no se ejercita mediante las obras buenas. Ni la castidad es, pues, grande sin la obra buena, ni la obra buena es algo sin la castidad.

2. Sed et si utrumque agitur, restat ut quisquis ille est spe ad supernam patriam tendat, et nequaquam se a vitiis pro mundi hujus honestate contineat. Qui etsi quaedam bona aliquando pro honestate inchoat, in ejus tamen intentione non debet permanere, nec per bona opera praesentis mundi gloriam quaerere, sed totam spem in Redemptoris sui adventum constituat. Unde et protinus subditur: Et vos similes hominibus exspectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. Ad nuptias quippe Dominus abiit, quia resurgens a mortuis, ascendens in coelum, supernam sibi angelorum multitudinem novus homo copulavit. Qui tunc revertitur, cum nobis jam per judicium manifestatur.

3. Bene autem de servis exspectantibus subditur: Ut cum venerit et pulsaverit, confestim aperiant ei. Venit quippe Dominus cum ad judicium properat, pulsat vero, cum jam per aegritudinis molestias esse mortem vicinam designat. Cui confestim aperimus, si hunc cum amore suscipimus. Aperire enim judici pulsanti non vult, qui exire de corpore trepidat, et videre eum quem contempsisse se meminit judicem formidat. Qui autem de sua spe et operatione securus est, pulsanti confestim aperit, quia laetus judicem sustinet; et cum tempus propinquae mortis agnoverit, de gloria retributionis hilarescit. Unde et protinus subditur: Beati sunt servi illi, quos cum venerit dominus, invenerit vigilantes. Vigilat qui ad aspectum veri luminis mentis oculos apertos tenet, vigilat qui servat operando quod credit, vigilat qui a se torporis et negligentiae tenebras repellit. Hinc etenim Paulus dicit: Evigilate, justi, et nolite peccare (I Cor. XV, 34). Hinc rursus ait; Hora est jam nos de somno surgere (Rom. XIII, 11).

4. Sed veniens dominus quid servis vigilantibus exhibeat audiamus: Amen dico vobis quod praecinget se, et faciet eos discumbere, et transiens ministrabit illis. Praecinget se, id est ad retributionem praeparabit; et faciet illos discumbere, id est in aeterna quiete refoveri. Discumbere quippe nostrum in regno quiescere est. Unde rursum Dominus dicit: Venient et recumbent cum Abraham, Isaac et Jacob (Matth. VIII, 11). Transiens autem Dominus ministrat, quia lucis suae illustratione nos satiat. Transire vero dictum est, cum de judicio ad regnum redit. Vel certe Dominus nobis post judicium transit, quia ab humanitatis forma in divinitatis suae contemplationem nos elevat. Et transire ejus est in claritatis suae speculationem nos ducere, cum eum quem in humanitate in judicio cernimus, etiam in divinitate post judicium videmus. Ad judicium quippe veniens, in forma servi omnibus apparet, quia scriptum est: Videbunt in quem transfixerunt (Zach. XII, 10; Joan. XIX, 37). Sed cum reprobi in supplicium corruunt, justi ad claritatis ejus gloriam pertrahuntur, sicut scriptum est: Tollatur impius, ne videat gloriam Dei (Isai. XXVI, 10).

2. Pero aun si se hacen ambas cosas, resta que quienquiera que sea tienda por la esperanza hacia la patria suprema, y de ningún modo se contenga de los vicios por el honor de este mundo. El cual, aunque a veces comienza algunas cosas buenas por honor, sin embargo no debe permanecer en su intención, ni buscar la gloria del presente mundo a través de las obras buenas, sino que constituya toda su esperanza en el advenimiento de su Redentor. Por lo cual también enseguida se añade: Y vosotros sed semejantes a los hombres que esperan a su señor cuando vuelve de las bodas. A las bodas, ciertamente, partió el Señor porque resurgiendo de los muertos, ascendiendo al cielo, el hombre nuevo se unió a la suprema multitud de los ángeles. El cual vuelve entonces cuando ya se nos manifiesta por el juicio.

3. Bien se añade, en verdad, sobre los siervos que esperan: Para que cuando venga y llame, al instante le abran. Viene, ciertamente, el Señor cuando se apresura al juicio; llama, en cambio, cuando ya por las molestias de la enfermedad designa que la muerte está cercana. A quien abrimos al instante si lo recibimos con amor. Pues no quiere abrir al juez que llama quien teme salir del cuerpo, y teme ver como juez a aquel que recuerda haber despreciado. En cambio, quien está seguro de su esperanza y operación, abre al instante al que llama, porque alegre aguarda al juez; y cuando reconoce el tiempo de la muerte cercana, se alegra por la gloria de la retribución. Por lo cual también enseguida se añade: Bienaventurados son aquellos siervos a quienes el señor, cuando venga, encuentre vigilantes. Vigila quien mantiene los ojos de la mente abiertos al aspecto de la verdadera luz; vigila quien guarda obrando lo que cree; vigila quien repele de sí las tinieblas del torpor y de la negligencia. Por esto, en efecto, dice Pablo: Vigilad, justos, y no queráis pecar (1 Cor. 15, 34). Por esto dice de nuevo: Ya es hora de que nosotros nos levantemos del sueño (Rom. 13, 11).

4. Pero oigamos qué exhibirá el señor al venir a los siervos vigilantes: En verdad os digo que se ceñirá, y los hará sentarse a la mesa, y pasando les servirá. Se ceñirá, esto es, se preparará para la retribución; y los hará sentarse a la mesa, esto es, ser reconfortados en la quietud eterna. Pues nuestro sentarse a la mesa es descansar en el reino. Por lo cual de nuevo dice el Señor: Vendrán y se recostarán con Abraham, Isaac y Jacob (Mat. 8, 11). El Señor, en cambio, pasando sirve porque nos sacia con el resplandor de su luz. Se ha dicho pasar, en verdad, cuando vuelve del juicio al reino. O ciertamente el Señor pasa para nosotros después del juicio, porque nos eleva de la forma de la humanidad a la contemplación de su divinidad. Y su pasar es conducirnos a la especulación de su claridad, cuando a aquel a quien en la humanidad vemos en el juicio, también en la divinidad después del juicio lo vemos. Al juicio, ciertamente, viniendo, aparece a todos en forma de siervo, porque está escrito: Verán a aquel a quien traspasaron (Zac. 12, 10; Juan 19, 37). Pero cuando los réprobos caen en el suplicio, los justos son atraídos a la gloria de su claridad, como está escrito: Sea quitado el impío, para que no vea la gloria de Dios (Is. 26, 10).

5. Sed quid si servi in prima vigilia negligentes existunt? Prima quippe vigilia primae aetatis custodia est. Sed neque sic desperandum est, et a bono opere cessandum. Nam longanimitatis suae patientiam insinuans Dominus, subdit: Et si venerit in secunda vigilia, et si in tertia vigilia venerit, et ita invenerit, beati sunt servi illi. Prima quippe vigilia primaevum tempus est, id est pueritia. Secunda, adolescentia vel juventus, quae auctoritate sacri eloquii unum sunt, dicente Salomone: Laetare juvenis in adolescentia tua (Eccle. XI, 9). Tertia autem, senectus accipitur. Qui ergo vigilare in prima vigilia noluit custodiat vel secundam, ut qui converti a pravitatibus suis in pueritia neglexit ad vias vitae saltem in tempore juventutis evigilet. Et qui evigilare in secunda vigilia noluit tertiae vigiliae remedia non amittat, ut qui in juventute ad vias vitae non evigilat saltem in senectute resipiscat. Pensate, fratres charissimi, quia conclusit Dei pietas duritiam nostram. Non est jam quid homo excusationis inveniat. Deus despicitur, et exspectat; contemni se videt, et revocat; injuriam de contemptu suo suscipit, et tamen quandoque revertentibus etiam praemia promittit. Sed nemo hanc ejus longanimitatem negligat, quia tanto districtiorem justitiam in judicio exiget, quanto longiorem patientiam ante judicium praerogavit. Hinc etenim Paulus dicit: Ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam tuam et cor impoenitens thesaurizas tibi iram in die irae et revelationis justi judicii Dei (Rom. II, 4, 5). Hinc Psalmista ait: Deus judex justus, fortis, et longanimis (Psal. VII, 12). Dicturus quippe longanimem, praemisit justum, ut quem vides peccata delinquentium diu patienter ferre, scias hunc etiam quandoque districte judicare. Hinc per quemdam sapientem dicitur: Altissimus enim est patiens redditor (Eccli, V, 4). Patiens enim redditor dicitur, quia peccata hominum et patitur et reddit. Nam quos diu, ut convertantur, tolerat, non conversos durius damnat. Ad excutiendam vero mentis nostrae desidiam, etiam exteriora damna per similitudinem ad medium deducuntur, ut per haec animus ad sui custodiam suscitetur. Nam dicitur: Hoc autem scitote, quia si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret utique, et non sineret perfodi domum suam. Ex qua praemissa similitudine etiam exhortatio subinfertur, cum dicitur: Et vos estote parati, quia qua hora non putatis Filius hominis veniet.

5. Pero, ¿qué si los siervos se encuentran negligentes en la primera vigilia? Pues la primera vigilia es la custodia de la primera edad. Pero ni aun así se debe desesperar, ni cesar de la buena obra. Pues el Señor, insinuando la paciencia de su longanimidad, añade: Y si viniere en la segunda vigilia, y si viniere en la tercera vigilia, y así los hallare, bienaventurados son aquellos siervos. Pues la primera vigilia es el tiempo primitivo, esto es, la infancia. La segunda, la adolescencia o juventud, que por la autoridad de la sagrada elocuencia son una sola cosa, diciendo Salomón: Alégrate, joven, en tu juventud (Ecl. 11, 9). Pero la tercera se toma como la senectud. El que, por tanto, no quiso vigilar en la primera vigilia, guarde al menos la segunda, para que quien descuidó convertirse de sus maldades en la infancia, despierte a los caminos de la vida al menos en el tiempo de la juventud. And el que no quiso despertar en la segunda vigilia, no pierda los remedios de la tercera vigilia, para que quien no despierta a los caminos de la vida en la juventud, al menos en la senectud vuelva en sí. Considerad, hermanos carísimos, que la piedad de Dios ha cercado nuestra dureza. Ya no hay nada que el hombre encuentre como excusa. Dios es despreciado, y espera; se ve despreciado, y convoca; recibe injuria por el desprecio hacia él, y sin embargo, en algún momento incluso promete premios a los que regresan. Pero nadie descuide esta su longanimidad, porque exigirá una justicia tanto más severa en el juicio cuanto más larga paciencia haya otorgado antes del juicio. De aquí, en efecto, dice Pablo: ¿Ignoras que la benignidad de Dios te conduce a la penitencia? Mas por tu dureza y por tu corazón impenitente, atesoras para ti ira para el día de la ira y de la revelación del justo juicio de Dios (Rom. 2, 4, 5). De aquí dice el Salmista: Dios es juez justo, fuerte y paciente (Sal. 7, 12). Ciertamente, a punto de llamarlo paciente, antepuso justo, para que a quien ves soportar paciente y largamente los pecados de los delincuentes, sepas que este también en algún momento juzga severamente. De aquí se dice por medio de un cierto sabio: El Altísimo es, en efecto, un pagador paciente (Ecli. 5, 4). Pues se dice pagador paciente porque los pecados de los hombres tanto los soporta como los paga. Pues a los que tolera largamente para que se conviertan, a los no convertidos los condena más duramente. Pero para sacudir la desidia de nuestra mente, incluso las pérdidas exteriores se traen a colación por medio de una similitud, para que por estas el ánimo se despierte a su propia custodia. Pues se dice: Pero sabed esto, que si el padre de familia supiera a qué hora vendría el ladrón, vigilaría ciertamente, y no permitiría que su casa fuera horadada. De cuya premisa similitud se infiere también una exhortación, cuando se dice: Vosotros pues, estad preparados, porque a la hora que no pensáis, el Hijo del hombre vendrá.

Nesciente enim patrefamilias fur domum perfodit, quia dum a sui custodia spiritus dormit, improvisa mors veniens carnis nostrae habitaculum irrumpit, et eum quem dominum domus invenerit dormientem necat, quia cum ventura damna spiritus minime praevidet, hunc mors ad supplicium nescientem rapit. Furi autem resisteret, si vigilaret, quia adventum judicis, qui occulte animam rapit, praecavens, ei poenitendo occurreret, ne impoenitens periret.

6. Horam vero ultimam Dominus noster idcirco voluit nobis esse incognitam, ut semper possit esse suspecta, ut dum illam praevidere non possumus, ad illam sine intermissione praeparemur. Proinde, fratres mei, in conditione mortalitatis vestrae mentis oculos figite, venienti vos judici per fletus quotidie et lamenta praeparate. Et cum certa mors maneat omnibus, nolite de temporalis vitae providentia incerta cogitare. Terrenarum rerum vos cura non aggravet. Quantislibet enim auri et argenti molibus circumdetur, quibuslibet pretiosis vestibus induatur caro, quid est aliud quam caro? Nolite ergo attendere quid habetis, sed quid estis. Vultis audire quid estis? Propheta indicat, dicens: Vere fenum est populus (Isai. XL, 7). Si enim fenum populus non est, ubi sunt illi qui ea quae hodie colimus nobiscum transacto anno beati Felicis natalitia celebraverunt? O quanta et qualia de praesentis vitae provisione cogitabant, sed, subripiente mortis articulo, repente in his quae praevidere nolebant inventi sunt, et cuncta simul temporalia quae congregata quasi stabiliter tenere videbantur amiserunt. Si ergo transacta multitudo generis humani per nativitatem viruit in carne, per mortem aruit in pulvere, videlicet fenum fuit. Quia igitur momentis suis horae fugiunt, agite, fratres charissimi, ut in boni operis mercede teneantur. Audite quid sapiens Salomon dicat: Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare, quia nec opus, nec scientia, nec ratio, nec sapientia erunt apud inferos, quo tu properas (Eccle. IX, 10). Quia ergo et venturae mortis tempus ignoramus, et post mortem operari non possumus, superest ut ante mortem tempora indulta rapiamus. Sic enim sic mors ipsa cum venerit vincetur, si priusquam veniat semper timeatur

HOMILIA XIV.

Habita ad populum in basilica beati Petri apostoli, Dominica secunda post Pascha.

LECTIO S. EVANG. SEC. JOAN. X, 11-16.

Pues ignorándolo el padre de familia, el ladrón horada la casa, porque mientras el espíritu duerme de su propia custodia, la muerte imprevista viniendo irrumpe en el habitáculo de nuestra carne, y mata a aquel que como dueño de la casa encuentre durmiendo, porque cuando el espíritu mínimamente prevé las pérdidas futuras, la muerte lo arrebata al suplicio sin él saberlo. Pero resistiría al ladrón si vigilara, porque precaviendo la venida del juez, que ocultamente arrebata el alma, le saldría al encuentro arrepintiéndose, para que no perezca impenitente.

6. En verdad, nuestro Señor quiso que la última hora nos fuera incógnita por esta razón, para que siempre pueda ser sospechosa, de modo que mientras no podemos preverla, nos preparemos para ella sin intermisión. Por tanto, hermanos míos, fijad los ojos de vuestra mente en la condición de vuestra mortalidad; preparaos para el juez que viene mediante llantos y lamentos diarios. Y puesto que a todos aguarda una muerte cierta, no penséis en las incertidumbres de la providencia de la vida temporal. Que no os agobie el cuidado de las cosas terrenas. Pues por más grandes masas de oro y plata que rodeen a la carne, por más preciosas vestiduras con que se vista, ¿qué otra cosa es sino carne? No atendáis, pues, a lo que tenéis, sino a lo que sois. ¿Queréis oír qué sois? El Profeta lo indica diciendo: Verdaderamente el pueblo es heno (Is. 40, 7). Pues si el pueblo no es heno, ¿dónde están aquellos que, habiendo pasado un año, celebraron con nosotros hoy el natalicio del bienaventurado Félix? ¡Oh, cuántas y qué clase de cosas pensaban sobre la provisión de la vida presente! Pero, deslizándose el momento de la muerte, de repente se encontraron en aquellas cosas que no querían prever, y perdieron a la vez todas las cosas temporales que, congregadas, parecían poseer como con estabilidad. Si, pues, la multitud pasada del género humano floreció en la carne por el nacimiento, se marchitó en el polvo por la muerte; evidentemente fue heno. Ya que, por tanto, las horas huyen en sus momentos, haced, hermanos carísimos, que se mantengan en la recompensa de la buena obra. Oíd lo que dice el sabio Salomón: Todo lo que pueda hacer tu mano, hazlo con instancia, porque ni obra, ni ciencia, ni razón, ni sabiduría habrá en el infierno, a donde tú te apresuras (Ecl. 9, 10). Porque, por tanto, ignoramos el tiempo de la muerte venidera, y después de la muerte no podemos obrar, resta que antes de la muerte arrebatemos los tiempos concedidos. Pues así la misma muerte, cuando venga, será vencida, si antes de que venga siempre es temida.

HOMILÍA XIV.

Tenida ante el pueblo en la basílica del bienaventurado Pedro apóstol, el domingo segundo después de Pascua.

LECTURA DEL S. EVANG. SEGÚN JUAN 10, 11-16.

In illo tempore, dixit Jesus Pharisaeis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis. Mercenarius autem, et qui non est pastor, cujus non sunt oves propriae, videt lupum venientem, et dimittit oves, et fugit; et lupus rapit, et dispergit oves. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, et non pertinet ad eum de ovibus. Ego sum pastor bonus, et cognosco oves meas, et cognoscunt me meae. Sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem, et animam meam pono pro ovibus meis. Et alias oves habeo quae non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fiet unum ovile et unus pastor.

1. Audistis, fratres charissimi, ex lectione evangelica eruditionem vestram, audistis et periculum nostrum. Ecce enim is qui non ex accidenti dono, sed essentialiter bonus est, dicit: Ego sum pastor bonus. Atque ejusdem bonitatis formam quam nos imitemur, adjungit, dicens: Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis. Fecit quod monuit, ostendit quod jussit. Bonus pastor pro ovibus suis animam suam posuit, ut in sacramento nostro corpus suum et sanguinem verteret, et oves quas redemerat, carnis suae alimento satiaret. Ostensa nobis est de contemptu mortis via quam sequamur, apposita est forma cui imprimamur. Primum nobis est exteriora nostra misericorditer ovibus ejus impendere; postremum vero, si necesse sit, etiam mortem nostram pro eisdem ovibus ministrare. A primo autem hoc minimo pervenitur ad postremum majus. Sed cum incomparabiliter longe sit melior anima qua vivimus terrena substantia quam exterius possidemus, qui non dat pro ovibus substantiam suam, quando pro his daturus est animam suam? Et sunt nonnulli qui dum plus terrenam substantiam quam oves diligunt, merito nomen pastoris perdunt. De quibus protinus subditur: Mercenarius autem, et qui non est pastor, cujus non sunt oves propriae, videt lupum venientem, et dimittit oves, et fugit.

2. Non pastor, sed mercenarius vocatur, qui non pro amore intimo oves dominicas, sed ad temporales mercedes pascit. Mercenarius quippe est qui locum quidem pastoris tenet, sed lucra animarum non quaerit; terrenis commodis inhiat, honore praelationis gaudet, temporalibus lucris pascitur, impensa sibi ab hominibus reverentia laetatur. Istae sunt etenim mercedes mercenarii, ut pro eo ipso quod in regimine laborat, hic quod quaerit inveniat, et ab haereditate gregis in posterum alienus existat. Utrum vero pastor sit, an mercenarius, cognosci veraciter non potest, si occasio necessitatis deest.

En aquel tiempo, dijo Jesús a los fariseos: Yo soy el buen pastor. El buen pastor da su vida por sus ovejas. Pero el mercenario, y el que no es pastor, de quien no son propias las ovejas, ve venir al lobo, y deja las ovejas, y huye; y el lobo las arrebata, y dispersa las ovejas. El mercenario huye porque es mercenario, y no le pertenecen las ovejas. Yo soy el buen pastor, y conozco a mis ovejas, y las mías me conocen a mí. Como el Padre me conoce, y yo conozco al Padre, y pongo mi vida por mis ovejas. Y otras ovejas tengo que no son de este redil, y a aquellas me conviene traer, y oirán mi voz, y se hará un solo redil y un solo pastor.

1. Habéis oído, hermanos carísimos, de la lectura evangélica vuestra instrucción; habéis oído también nuestro peligro. Pues he aquí que aquel que es bueno no por un don accidental, sino esencialmente, dice: Yo soy el buen pastor. Y añade la forma de esa misma bondad para que nosotros la imitemos, diciendo: El buen pastor da su vida por sus ovejas. Hizo lo que amonestó; mostró lo que mandó. El buen pastor puso su vida por sus ovejas, para convertir en nuestro sacramento su cuerpo y su sangre, y saciar con el alimento de su propia carne a las ovejas que había redimido. Se nos ha mostrado el camino del desprecio de la muerte para que lo sigamos; se nos ha propuesto la forma para que nos sea impresa. Lo primero para nosotros es emplear misericordiosamente nuestras cosas exteriores por sus ovejas; lo último, en verdad, si fuera necesario, administrar incluso nuestra muerte por esas mismas ovejas. Mas de lo primero que es lo mínimo se llega a lo último que es mayor. Pero siendo incomparablemente mucho mejor el alma con que vivimos que la sustancia terrena que poseemos exteriormente, el que no da su sustancia por las ovejas, ¿cuándo va a dar su alma por ellas? Y hay algunos que, mientras aman más la sustancia terrena que a las ovejas, merecidamente pierden el nombre de pastor. Sobre los cuales inmediatamente se añade: Pero el mercenario, y el que no es pastor, de quien no son propias las ovejas, ve venir al lobo, y deja las ovejas, y huye.

2. No es llamado pastor, sino mercenario, quien apacienta las ovejas del Señor no por amor íntimo, sino por recompensas temporales. Mercenario es, ciertamente, quien ocupa el lugar de pastor, pero no busca el lucro de las almas; anhela las comodidades terrenas, se goza en el honor de la prelacía, se alimenta de lucros temporales, se alegra por la reverencia que le dispensan los hombres. Pues estas son las mercedes del mercenario: que por el hecho mismo de que trabaja en el gobierno, encuentre aquí lo que busca, y en el futuro quede ajeno a la herencia del rebaño. Pero si es pastor o mercenario, no puede conocerse verdaderamente si falta la ocasión de la necesidad.

Tranquillitatis enim tempore, plerumque ad gregis custodiam sicut verus pastor, sic etiam mercenarius stat; sed lupus veniens indicat quo quisque animo super gregis custodiam stabat. Lupus etenim super oves venit cum quilibet injustus et raptor, fideles quosque atque humiles opprimit. Sed is qui pastor esse videbatur et non erat, relinquit oves et fugit, quia dum sibi ab eo periculum metuit, resistere ejus injustitiae non praesumit. Fugit autem non mutando locum, sed subtrahendo solatium. Fugit, quia injustitiam vidit, et tacuit. Fugit, quia se sub silentio abscondit. Quibus bene per prophetam dicitur: Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in praelio in die Domini (Ezech. XIII, 5). Ex adverso quippe ascendere est quibuslibet potestatibus prave agentibus rationis libera voce contraire. Et in die Domini pro domo Israel in praelio stamus, ac murum opponimus, si fideles innocentes contra perversorum injustitiam ex justitiae auctoritate vindicamus. Quod quia mercenarius non facit, cum venientem lupum viderit, fugit.

3. Sed est alius lupus qui sine cessatione quotidie non corpora, sed mentes dilaniat, malignus videlicet spiritus, qui caulas fidelium insidians circuit, et mortes animarum quaerit. De quo lupo mox subditur: Et lupus rapit, et dispergit oves. Lupus venit, et mercenarius fugit, quia malignus spiritus mentes fidelium in tentatione dilaniat, et is qui locum pastoris tenet curam sollicitudinis non habet. Animae pereunt, et ipse de terrenis commodis laetatur. Lupus rapit et dispergit oves cum alium ad luxuriam pertrahit, alium ad avaritiam accendit, alium in superbiam erigit, alium per iracundiam dividit, hunc invidia stimulat, illum in fallacia supplantat. Quasi ergo lupus gregem dissipat cum fidelium populum diabolus per tentationes necat. Sed contra haec mercenarius nullo zelo accenditur, nullo fervore dilectionis excitatur: quia dum sola exteriora commoda requirit, interiora gregis damna negligenter patitur. Unde et mox adjungitur: Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, et non pertinet ad eum de ovibus. Sola enim causa est ut mercenarius fugiat quia mercenarius est. Ac si aperte diceretur: Stare in periculo ovium non potest qui in eo quod ovibus praeest non oves diligit, sed lucrum terrenum quaerit. Dum enim honorem amplectitur, dum temporalibus commodis laetatur, opponere se contra periculum trepidat, ne hoc quod diligit amittat. Sed quia Redemptor noster culpas ficti pastoris innotuit iterum formam cui debeamus imprimi ostendit, dicens: Ego sum Pastor bonus. Atque subjungit: Et cognosco oves meas, hoc est diligo, et cognoscunt me meae. Ac si patenter dicat: Diligentes obsequuntur. Qui enim veritatem non diligit, adhuc minime cognovit.

Pues en tiempo de tranquilidad, generalmente tanto el mercenario como el verdadero pastor están para la custodia del rebaño; pero el lobo que viene indica con qué ánimo estaba cada uno sobre la custodia del rebaño. Pues el lobo viene sobre las ovejas cuando cualquier injusto y arrebatador oprime a los fieles y humildes. Pero el que parecía ser pastor y no lo era, deja las ovejas y huye, porque mientras teme para sí el peligro por parte de aquel, no presume resistir a su injusticia. Huye, mas no cambiando de lugar, sino retirando el consuelo. Huye porque vio la injusticia y calló. Huye porque se escondió bajo el silencio. A los cuales bien se les dice por medio del profeta: No subisteis de frente, ni opusisteis muro por la casa de Israel, para que estuvierais en batalla en el día del Señor (Ez. 13, 5). Pues subir de frente es contradecir con la libre voz de la razón a cualesquiera potestades que actúan perversamente. Y en el día del Señor estamos en batalla por la casa de Israel, y oponemos un muro, si vindicamos a los fieles inocentes contra la injusticia de los perversos por la autoridad de la justicia. Como el mercenario no hace esto, cuando ve venir al lobo, huye.

3. Pero hay otro lobo que sin cesar diariamente desgarra no los cuerpos, sino las mentes, a saber, el espíritu maligno, que acechando rodea los apriscos de los fieles y busca la muerte de las almas. Sobre el cual lobo pronto se añade: Y el lobo arrebata y dispersa las ovejas. Viene el lobo y el mercenario huye, porque el espíritu maligno desgarra las mentes de los fieles en la tentación, y el que ocupa el lugar de pastor no tiene el cuidado de la solicitud. Perecen las almas y él mismo se alegra por las comodidades terrenas. El lobo arrebata y dispersa las ovejas cuando atrae a uno a la lujuria, enciende a otro en la avaricia, eleva a otro en la soberbia, divide a otro por la ira, a este lo estimula la envidia, a aquel lo suplanta el engaño. Como si, por tanto, el lobo disipara el rebaño cuando el diablo mata al pueblo de los fieles mediante las tentaciones. Pero contra esto el mercenario no se enciende con ningún celo, ni se excita con ningún fervor de amor: porque mientras busca solo las comodidades exteriores, permite negligentemente las pérdidas interiores del rebaño. Por lo cual también pronto se añade: Pero el mercenario huye porque es mercenario, y no le pertenecen las ovejas. Pues la única causa para que el mercenario huya es porque es mercenario. Como si se dijera abiertamente: No puede permanecer en el peligro de las ovejas quien, en aquello en que preside a las ovejas, no ama a las ovejas, sino que busca el lucro terreno. Pues mientras abraza el honor, mientras se alegra por las comodidades temporales, tiembla al oponerse contra el peligro, para no perder esto que ama. Pero porque nuestro Redentor dio a conocer las culpas del falso pastor, mostró de nuevo la forma que debemos imprimirnos, diciendo: Yo soy el buen Pastor. Y añade: Y conozco a mis ovejas, esto es, las amo, y las mías me conocen a mí. Como si dijera claramente: Los que aman, obedecen. Pues quien no ama la verdad, todavía la ha conocido muy poco.

4. Quia ergo audistis, fratres charissimi, periculum nostrum, pensate in verbis dominicis etiam periculum vestrum. Videte si oves ejus estis, videte si eum cognoscitis, videte si lumen veritatis scitis. Scitis autem dico, non per fidem, sed per amorem. Scitis dico, non ex credulitate, sed ex operatione. Nam idem ipse qui hoc loquitur Joannes evangelista testatur, dicens: Qui dicit se nosse Deum, et mandata ejus non custodit, mendax est (I Joan. II, 4). Unde et in hoc loco Dominus protinus subdit: Sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem, et animam meam pono pro ovibus meis. Ac si aperte dicat: In hoc constat quia et ego agnosco Patrem, et cognoscor a Patre, quia animam meam pono pro ovibus meis; id est, ea charitate qua pro ovibus morior quantum Patrem diligam ostendo. Quia vero non solum Judaeam, sed etiam gentilitatem redimere venerat, adjungit: Et alias oves habeo quae non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fiet unum ovile et unus pastor. Redemptionem nostram, qui ex gentili populo venimus, Dominus aspexerat cum se adducere et alias oves dicebat. Hoc quotidie fieri, fratres, aspicitis, hoc reconciliatis gentibus factum hodie videtis. Quasi enim ex duobus gregibus unum ovile efficit, quia Judaicum et gentilem populum in sua fide conjungit, Paulo attestante, qui ait: Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum (Ephes. II, 14). Dum enim ad aeternam vitam ex utraque natione simplices eligit, ad ovile proprium oves deducit.

3. De quibus profecto ovibus rursum dicit: Oves meae vocem meam audiunt, et ego cognosco eas, et sequuntur me, et ego vitam aeternam do eis (Joan. X, 27). De quibus et paulo superius dicit: Per me si quis introierit, salvabitur, et ingredietur, et egredietur, et pascua inveniet (Ibid., 9). Ingredietur quippe ad fidem, egredietur vero a fide ad speciem, a credulitate ad contemplationem, pascua autem inveniet in aeterna refectione. Oves ergo ejus pascua inveniunt, quia quisquis illum corde simplici sequitur, aeternae viriditatis pabulo nutritur. Quae autem sunt istarum ovium pascua, nisi interna gaudia semper virentis paradisi? Pascua namque electorum sunt vultus praesens Dei, qui dum sine defectu conspicitur, sine fine mens vitae cibo satiatur. In istis pascuis de aeternitatis satietate laetati sunt qui jam laqueos voluptuosae temporalitatis evaserunt. Ibi hymnidici angelorum chori, ibi societas supernorum civium. Ibi dulcis solemnitas a peregrinationis hujus tristi labore redeuntium. Ibi providi prophetarum chori, ibi judex apostolorum numerus, ibi innumerabilium martyrum victor exercitus, tanto illic laetior, quanto hic durius afflictus; ibi confessorum constantia, praemii sui perceptione consolata; ibi fideles viri quos a virilitatis suae robore voluptas saeculi emollire non potuit; ibi sanctae mulieres quae cum saeculo et sexum vicerunt; ibi pueri qui hic annos suos moribus transcenderunt; ibi senes quos hic et aetas debiles reddidit, et virtus operis non reliquit.

4. Ya que, por tanto, habéis oído, carísimos hermanos, nuestro peligro, considerad en las palabras del Señor también vuestro peligro. Ved si sois sus ovejas, ved si le conocéis, ved si conocéis la luz de la verdad. Pero digo que conocéis, no por la fe, sino por el amor. Digo que conocéis, no por la credulidad, sino por la obra. Pues el mismo Juan evangelista que dice esto testifica, diciendo: El que dice que conoce a Dios, y no guarda sus mandamientos, es un mentiroso (1 Jn 2, 4). Por lo cual también en este lugar el Señor añade inmediatamente: Como el Padre me conoce, y yo conozco al Padre, y pongo mi vida por mis ovejas. Como si dijera abiertamente: En esto consta que yo también conozco al Padre, y soy conocido por el Padre, porque pongo mi vida por mis ovejas; es decir, con aquella caridad por la que muero por las ovejas muestro cuánto amo al Padre. Pero porque había venido a redimir no solo a Judea, sino también a la gentilidad, añade: Y tengo otras ovejas que no son de este redil, y a aquellas me conviene traer, y oirán mi voz, y se hará un solo redil y un solo pastor. El Señor había mirado nuestra redención, los que venimos del pueblo gentil, cuando decía que traería también a otras ovejas. Esto veis que sucede diariamente, hermanos, esto veis hecho hoy en las naciones reconciliadas. Pues como de dos rebaños hace un solo redil, porque une al pueblo judaico y al gentil en su fe, atestiguándolo Pablo, quien dice: Él es nuestra paz, que hizo de ambos uno (Ef 2, 14). Pues mientras elige de ambas naciones a los sencillos para la vida eterna, conduce a las ovejas al redil propio.

3. De las cuales ovejas ciertamente dice de nuevo: Mis ovejas oyen mi voz, y yo las conozco, y me siguen, y yo les doy la vida eterna (Jn 10, 27). De las cuales también dice un poco más arriba: Por mí si alguno entrare, se salvará, y entrará, y saldrá, y hallará pastos (Ibíd., 9). Entrará ciertamente a la fe, pero saldrá de la fe a la visión, de la credulidad a la contemplación, y hallará pastos en la eterna refección. Sus ovejas, pues, hallan pastos, porque cualquiera que le sigue con corazón sencillo, es nutrido con el alimento del verdor eterno. ¿Pero cuáles son los pastos de estas ovejas, sino los gozos internos del paraíso siempre verde? Pues los pastos de los elegidos son el rostro presente de Dios, que mientras se contempla sin defecto, la mente se sacia sin fin con el alimento de vida. En estos pastos se han alegrado de la saciedad de la eternidad los que ya escaparon de los lazos de la temporalidad voluptuosa. Allí los coros himnídicos de los ángeles, allí la sociedad de los ciudadanos celestiales. Allí la dulce solemnidad de los que regresan del triste trabajo de esta peregrinación. Allí los próvidos coros de los profetas, allí el número juzgador de los apóstoles, allí el ejército vencedor de innumerables mártires, tanto más alegre allí, cuanto aquí más duramente afligido; allí la constancia de los confesores, consolada por la percepción de su premio; allí los hombres fieles a quienes el placer del mundo no pudo ablandar de la fortaleza de su virilidad; allí las santas mujeres que con el mundo vencieron también su sexo; allí los niños que aquí trascendieron sus años por sus costumbres; allí los ancianos a quienes aquí la edad hizo débiles, y no los abandonó la virtud de la obra.

6. Quaeramus ergo, fratres charissimi, haec pascua, in quibus cum tantorum civium solemnitate gaudeamus. Ipsa nos laetantium festivitas invitet. Certe sicubi populus nundinas celebraret, si ad alicujus Ecclesiae dedicationem denuntiata solemnitate concurreret, festinaremus omnes simul inveniri, et interesse unusquisque satageret, gravi se damno afflictum crederet si solemnitatem communis laetitiae non videret. Ecce in coelestibus electorum civium laetitia agitur, vicissim de se omnes in suo conventu gratulantur, et tamen nos, ab amore aeternitatis tepidi, nullo desiderio ardemus, interesse tantae solemnitati non quaerimus, privamur gaudiis, et laeti sumus. Accendamus ergo animum, fratres, recalescat fides in id quod credidit, inardescant ad superna nostra desideria, et sic amare jam ire est. Ab internae solemnitatis gaudio nulla nos adversitas revocet, quia et si quis ad locum propositum ire desiderat, ejus desiderium quaelibet viae asperitas non immutat. Nulla nos prosperitas blandiens seducat, quia stultus viator est, qui in itinere amoena prata conspiciens, obliviscitur ire quo tendebat. Toto ergo desiderio ad supernam patriam animus anhelet, nil in hoc mundo appetat, quod constat quia citius relinquat, ut si coelestis Pastoris veraciter oves sumus, quia in viae delectatione non figimur aeternis pascuis in perventione satiemur.

HOMILIA XV.

Habita ad populum in basilica sancti Pauli apostoli, Dominica in Sexagesima. LECTIO S. EVANG. SEC. LUC. VIII, 4-15.

In illo tempore, cum turba plurima conveniret, et de civitatibus properarent ad Jesum, dixit per similitudinem: Exiit qui seminat seminare semen suum. Et, dum seminat, aliud cecidit secus viam, et concultatum est, et volucres coeli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram, et natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit super spinas, et simul exortae spinae suffocaverunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, et ortum fecit fructum centuplum. Haec dicens, clamabat: Qui habet aures audiendi audiat. Interrogant autem eum discipuli ejus quae esset haec parabola. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, caeteris autem in parabolis, ut videntes non videant, et audientes non intelligant. Est autem haec parabola: Semen est verbum Dei. Quod autem secus viam, hi sunt qui audiunt, deinde venit diabolus, et tollit verbum de corde eorum, ne credentes salvi fiant. Nam quod supra petram, hi sunt qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent, quia ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt.

6. Busquemos, pues, carísimos hermanos, estos pastos, en los cuales nos alegremos con la solemnidad de tantos ciudadanos. Que la misma festividad de los que se alegran nos invite. Ciertamente, si en algún lugar el pueblo celebrara ferias, o si concurriera a la dedicación de alguna iglesia con una solemnidad anunciada, nos apresuraríamos todos juntos a encontrarnos allí, y cada uno se esmeraría por estar presente, y creería estar afligido por una grave pérdida si no viera la solemnidad del gozo común. He aquí que en los cielos se celebra la alegría de los ciudadanos elegidos; a su vez, todos se felicitan mutuamente en su asamblea, y sin embargo nosotros, tibios en el amor de la eternidad, no ardemos con ningún deseo, no buscamos estar presentes en tanta solemnidad, se nos priva de los gozos, y estamos contentos. Encendamos, pues, el ánimo, hermanos; recalózcase la fe en aquello que ha creído, ardamos en nuestros deseos hacia lo celestial, y así amar es ya ir. Que ninguna adversidad nos aparte del gozo de la solemnidad interna, porque si alguien desea ir a un lugar propuesto, cualquier aspereza del camino no cambia su deseo. Que ninguna prosperidad halagadora nos seduzca, porque es un viajero necio el que, contemplando amenos prados en el camino, se olvida de ir a donde tendía. Por tanto, con todo deseo el ánimo anhele la patria celestial; nada busque en este mundo, el cual consta que dejará pronto, para que si somos verdaderamente ovejas del Pastor celestial, porque no nos fijamos en el deleite del camino, seamos saciados en los pastos eternos al llegar.

HOMILÍA XV.

Tenida ante el pueblo en la basílica de san Pablo apóstol, el domingo de Sexagésima.
LECCIÓN DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN LUCAS 8, 4-15.

En aquel tiempo, como se juntase una gran multitud, y de las ciudades acudiesen a Jesús, dijo por una semejanza: Salió el sembrador a sembrar su semilla. Y, mientras sembraba, una parte cayó junto al camino, y fue pisoteada, y las aves del cielo la comieron. Y otra parte cayó sobre la piedra, y nacida se secó, porque no tenía humedad. Y otra parte cayó entre espinas, y las espinas que nacieron con ella la ahogaron. Y otra parte cayó en buena tierra, y nacida dio fruto al ciento por uno. Diciendo estas cosas, exclamaba: El que tiene oídos para oír, oiga. Pero sus discípulos le preguntaban qué sería esta parábola. A los cuales él dijo: A vosotros os es dado conocer el misterio del reino de Dios, pero a los demás en parábolas, para que viendo no vean, y oyendo no entiendan. Pues esta es la parábola: La semilla es la palabra de Dios. Y los que están junto al camino son los que oyen, luego viene el diablo, y quita la palabra de su corazón, para que creyendo no se salven. Pues los que están sobre la piedra son los que, cuando han oído, reciben la palabra con gozo. Y estos no tienen raíces, porque creen por un tiempo, y en el tiempo de la tentación se apartan.

Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, et a sollicitudinibus, et divitiis, et voluptatibus vitae, euntes suffocantur, et non referunt fructum. Quod autem cecidit in terram bonam, hi sunt qui in corde bono et optimo audientes verbum retinent, et fructum afferunt in patientia.

1. Lectio sancti Evangelii quam modo, fratres charissimi, audistis expositione non indiget, sed admonitione. Quam enim per semetipsam Veritas exposuit, hanc discutere humana fragilitas non praesumit. Sed est quod sollicite in hac ipsa expositione dominica pensare debeatis, quia si nos vobis semen verbum, agrum mundum, volucres daemonia, spinas divitias significare diceremus, ad credendum nobis mens forsitan vestra dubitaret. Unde et idem Dominus per semetipsum dignatus est exponere quod dicebat, ut sciatis rerum significationes quaerere in iis etiam quae per semetipsum noluit explanare. Exponendo ergo quod dixit figurate se loqui innotuit, quatenus certos vos redderet cum vobis nostra fragilitas verborum illius figuras aperiret. Quis enim mihi unquam crederet, si spinas divitias interpretari voluissem, maxime cum illae pungant, istae delectent? Et tamen spinae sunt, quia cogitationum suarum punctionibus mentem lacerant, et cum usque ad peccatum pertrahunt, quasi inflicto vulnere cruentant. Quas bene hoc in loco, alio evangelista attestante, nequaquam Dominus divitias, sed fallaces divitias appellat (Matth. XIII, 22). Fallaces enim sunt quae nobiscum diu permanere non possunt, fallaces sunt quae mentis nostrae inopiam non expellunt. Solae autem divitiae verae sunt quae nos divites virtutibus faciunt. Si ergo, fratres charissimi, divites esse cupitis, veras divitias amate. Si culmen veri honoris quaeritis, ad coeleste regnum tendite. Si gloriam dignitatum diligitis, in illa superna angelorum curia ascribi festinate.

2. Verba Domini, quae aure percipitis, mente retinete. Cibus enim mentis est sermo Dei. Et quasi acceptus cibus stomacho languente rejicitur, quando auditus sermo in ventre memoriae non tenetur. Sed quisquis alimenta non retinet, hujus profecto vita desperatur. Aeternae igitur mortis periculum formidate, si cibum quidem sanctae exhortationis accipitis, sed verba vitae, id est alimenta justitiae, in memoria non tenetis. Ecce transit omne quod agitis, et ad extremum judicium sine ulla momenti interpositione quotidie volentes nolentesque properatis. Cur ergo amatur quod relinquitur?

Pues lo que cayó entre espinas son los que oyeron, y por las preocupaciones, y las riquezas, y los placeres de la vida, al irse se ahogan, y no dan fruto. Pues lo que cayó en buena tierra son los que en un corazón bueno y óptimo, oyendo la palabra, la retienen, y dan fruto en paciencia.

1. La lección del santo Evangelio que acabáis de oír, carísimos hermanos, no necesita exposición, sino amonestación. Pues aquello que la Verdad expuso por sí misma, la fragilidad humana no presume discutirlo. Pero hay algo que debéis considerar solícitamente en esta misma exposición dominical: porque si nosotros os dijéramos que la semilla significa la palabra, el campo el mundo, las aves los demonios, y las espinas las riquezas, vuestra mente dudaría quizás en creernos. Por lo cual también el mismo Señor se dignó exponer por sí mismo lo que decía, para que sepáis buscar las significaciones de las cosas incluso en aquellas que no quiso explicar por sí mismo. Al exponer, pues, lo que dijo, dio a conocer que hablaba figuradamente, a fin de haceros ciertos cuando nuestra fragilidad os abriera las figuras de sus palabras. ¿Pues quién me creería jamás, si yo hubiera querido interpretar las espinas como riquezas, máxime cuando aquellas pinchan y estas deleitan? Y sin embargo son espinas, porque laceran la mente con los pinchazos de sus pensamientos, y cuando la arrastran hasta el pecado, la ensangrientan como con una herida infligida. A las cuales en este lugar, atestiguándolo otro evangelista, de ningún modo el Señor llama riquezas, sino riquezas engañosas (Mt 13, 22). Pues son engañosas las que no pueden permanecer con nosotros por mucho tiempo; son engañosas las que no expulsan la penuria de nuestra mente. Solo son riquezas verdaderas las que nos hacen ricos en virtudes. Si por tanto, carísimos hermanos, deseáis ser ricos, amad las riquezas verdaderas. Si buscáis la cumbre del verdadero honor, tended hacia el reino celestial. Si amáis la gloria de las dignidades, apresuraos a ser inscritos en aquella suprema corte celestial de los ángeles.

2. Las palabras del Señor, que percibís con el oído, retenedlas en la mente. Pues el alimento de la mente es el sermón de Dios. Y como el alimento aceptado es rechazado por un estómago lánguido, cuando el sermón oído no se mantiene en el vientre de la memoria. Pero cualquiera que no retiene los alimentos, ciertamente se desespera de su vida. Temed, pues, el peligro de la muerte eterna, si recibís ciertamente el alimento de la santa exhortación, pero no mantenéis en la memoria las palabras de vida, esto es, los alimentos de la justicia. He aquí que pasa todo lo que hacéis, y hacia el juicio final, sin interposición de momento alguno, os apresuráis diariamente, queriendo o sin querer. ¿Por qué, pues, se ama lo que se deja atrás?

Cur illud negligitur quo pervenitur? Mementote quod dicitur: Si quis habet aures audiendi audiat. Omnes enim qui illic aderant aures corporis habebant. Sed qui cunctis aures habentibus Si quis habet aures audiendi audiat dicit, aures procul dubio cordis requirit. Curate ergo ut acceptus sermo in cordis aure remaneat. Curate ne semen juxta viam cadat, ne malignus spiritus veniat, et a memoria verbum tollat. Curate ne petrosa terra semen excipiat, et fructum boni operis sine perseverantiae radicibus mittat. Multis enim libet quod audiunt, boni operis initia proponunt; sed mox ut fatigari adversitatibus coeperint, inchoata derelinquunt. Petrosa ergo terra humorem non habuit, quae hoc quod germinaverat ad fructum perseverantiae non perduxit. Multi namque cum verbum contra avaritiam audiunt, eamdem avaritiam detestantur, rerum omnium contemptum laudant; sed mox ut viderit animus quod concupiscat, obliviscitur quod laudabat. Multi cum verbum contra luxuriam audiunt, pollutiones carnis non solum perpetrare non appetunt, sed etiam perpetratas erubescunt; sed mox ut carnis species eorum oculis apparet, sic mens ad desideria rapitur, ac si adhuc ab ea nihil sit contra haec eadem desideria deliberatum; et damnanda agit, quae quidquid egisse se meminit jam et ipsa damnavit. Saepe etiam contra culpas compungimur, et tamen post fletum ad easdem culpas redimus. Sic Balaam Israelitici populi tabernacula contemplatus flevit, eisque se similem fieri in morte deposcit, dicens: Moriatur anima mea morte justorum, et fiant novissima mea horum similia (Num. XXIII, 10); sed mox ut hora compunctionis transiit, in avaritiae nequitiam exarsit. Nam propter promissa munera in ejus populi mortem consilium dedit, cujus morti se fieri similem optavit; et oblitus est quod planxerat, cum exstinguere noluit quod per avaritiam ardebat.

3. Notandum vero est quod exponens Dominus dicit quia sollicitudines, et voluptates, et divitiae suffocant verbum. Suffocant enim, quia importunis cogitationibus suis guttur mentis strangulant; et dum bonum desiderium intrare ad cor non sinunt, quasi aditum flatus vitalis necant. Notandum etiam quod duo sunt quae divitiis jungit, sollicitudines videlicet et voluptates, quia profecto et per curam mentem opprimunt, et per affluentiam resolvunt. Re enim contraria possessores suos et afflictos et lubricos faciunt. Sed quia voluptas convenire non potest cum afflictione, alio quidem tempore per custodiae suae sollicitudinem affligunt, atque alio per abundantiam ad voluptates emolliunt.

¿Por qué se descuida aquello a lo que se llega? Acordaos de lo que se dice: El que tiene oídos para oír, oiga. Pues todos los que allí estaban presentes tenían oídos del cuerpo. Pero quien dice a todos los que tienen oídos: El que tiene oídos para oír, oiga, sin duda alguna requiere los oídos del corazón. Cuidad, pues, que el sermón aceptado permanezca en el oído del corazón. Cuidad que la semilla no caiga junto al camino, para que el espíritu maligno no venga y quite la palabra de la memoria. Cuidad que la tierra pedregosa no reciba la semilla, y brote el fruto de la buena obra sin las raíces de la perseverancia. Pues a muchos les agrada lo que oyen, y proponen los inicios de una buena obra; pero tan pronto como comienzan a fatigarse por las adversidades, abandonan lo comenzado. La tierra pedregosa, pues, no tuvo humedad, la cual no condujo aquello que había germinado al fruto de la perseverancia. Pues muchos, cuando oyen la palabra contra la avaricia, detestan esa misma avaricia y alaban el desprecio de todas las cosas; pero tan pronto como el ánimo ve lo que codicia, se olvida de lo que alababa. Muchos, cuando oyen la palabra contra la lujuria, no solo no desean perpetrar las poluciones de la carne, sino que incluso se avergüenzan de las perpetradas; pero tan pronto como la apariencia de la carne aparece ante sus ojos, de tal modo el ánimo se siente arrebatado por los deseos, como si todavía nada se hubiera deliberado contra estos mismos deseos; y hace cosas condenables, las cuales, cualquier cosa que recuerde haber hecho, ya ella misma la condenó. A menudo también sentimos compunción contra las culpas, y sin embargo después del llanto volvemos a las mismas culpas. Así Balaam, contemplando los tabernáculos del pueblo israelita, lloró, y pide llegar a ser semejante a ellos en la muerte, diciendo: Muera mi alma con la muerte de los justos, y sean mis postrimerías semejantes a las de estos (Nm 23, 10); pero tan pronto como pasó la hora de la compunción, se encendió en la iniquidad de la avaricia. Pues a causa de los dones prometidos, dio consejo para la muerte de aquel pueblo, a cuya muerte deseó hacerse semejante; y se olvidó de lo que había deplorado, cuando no quiso extinguir lo que ardía por la avaricia.

3. Debe notarse ciertamente lo que el Señor dice al exponer, que las preocupaciones, y los placeres, y las riquezas ahogan la palabra. Pues la ahogan porque con sus pensamientos inoportunos estrangulan la garganta de la mente; y mientras no permiten que el buen deseo entre al corazón, matan como el acceso del hálito vital. Debe notarse también que son dos las cosas que une a las riquezas, a saber, las preocupaciones y los placeres, porque ciertamente tanto oprimen la mente por la preocupación, como la relajan por la afluencia. Pues por una cosa contraria hacen a sus poseedores tanto afligidos como resbaladizos. Pero porque el placer no puede concordar con la aflicción, en un tiempo ciertamente afligen por la preocupación de su custodia, y en otro por la abundancia ablandan hacia los placeres.

4. Terra autem bona fructum per patientiam reddit, quia videlicet nulla sunt bona quae agimus, si non aequanimiter etiam proximorum mala toleramus. Quanto enim quisque altius profecerit, tanto in hoc mundo invenit quod durius portet, quia cum a praesenti saeculo mentis nostrae dilectio deficit, ejusdem saeculi adversitas crescit. Hinc est enim quod plerosque cernimus et bona agere, et tamen sub gravi tribulationum fasce desudare. Terrena namque jam desideria fugiunt, et tamen flagellis durioribus fatigantur. Sed juxta vocem Domini fructum per patientiam reddunt, quia cum humiliter flagella suscipiunt, post flagella ad requiem sublimiter suscipiuntur. Sic uva calcibus tunditur, et in vini saporem liquatur. Sic oliva contusionibus expressa amurcam suam deserit, et in olei liquorem pinguescit. Sic per trituram areae a paleis grana separantur, et ad horreum purgata perveniunt. Quisquis ergo appetit plene vitia vincere, studeat humiliter purgationis suae flagella tolerare, ut tanto post ad judicem mundior veniat, quanto nunc ejus rubiginem ignis tribulationis purgat.

5. In ea porticu quae euntibus ad ecclesiam beati Clementis est pervia fuit quidam Servulus nomine, quem multi vestrum mecum noverunt, rebus pauper, meritis dives, quem longa aegritudo dissolverat. Nam a primaeva aetate usque ad finem vitae paralyticus jacebat. Quid dicam quia stare non poterat? Qui nunquam in lecto suo surgere vel ad sedendum valebat, nunquam manum suam ad os ducere, nunquam se potuit in latus aliud declinare. Huic ad serviendum mater cum fratre aderat, et quidquid ex eleemosyna potuisset accipere, hoc eorum manibus pauperibus erogabat. Nequaquam litteras noverat, sed Scripturae sacrae sibimet Codices emerat, et religiosos quosque in hospitalitate suscipiens, hos coram se legere sine intermissione faciebat. Factumque est ut, quantum ad mensuram propriam, plene sacram Scripturam disceret, cum, sicut dixi, litteras funditus ignoraret. Studebat in dolore semper gratias agere, hymnis Deo et laudibus diebus ac noctibus vacare. Sed cum jam tempus esset ut tanta ejus patientia remunerari debuisset, membrorum dolor ad vitalia rediit. Cumque se jam morti proximum agnovit, peregrinos viros atque in hospitalitate susceptos admonuit ut surgerent, et cum eo psalmos pro exspectatione exitus sui decantarent. Cumque cum eis et ipse moriens psalleret, voces psallentium repente compescuit, cum terrore magni clamoris, dicens: Tacete, nunquid non auditis quantae resonant laudes in coelo? Cumque ad easdem laudes quas intus audierat aurem cordis intenderet, sancta illa anima a carne soluta est.

4. Pero la buena tierra da fruto por la paciencia, porque a saber no hay cosas buenas que hagamos, si no toleramos también con ecuanimidad los males de los prójimos. Pues cuanto más alto haya progresado cada uno, tanto más encuentra en este mundo lo que porte más duramente, porque cuando el amor de nuestra mente falta del presente siglo, la adversidad del mismo siglo crece. De aquí es pues que vemos a muchísimos tanto hacer cosas buenas, como sin embargo sudar bajo el grave fardo de las tribulaciones. Pues ya huyen de los deseos terrenos, y sin embargo son fatigados por flagelos más duros. Pero según la voz del Señor dan fruto por la paciencia, porque cuando reciben humildemente los flagelos, después de los flagelos son recibidos sublimemente al descanso. Así la uva es golpeada por los talones, y se licua en el sabor del vino. Así la oliva exprimida por las contusiones abandona su amurca, y engorda en el licor del aceite. Así por la trilla de la era los granos son separados de las pajas, y llegan purificados al granero. Cualquiera pues que desee vencer plenamente los vicios, procure tolerar humildemente los flagelos de su purgación, para que tanto después venga más limpio ante el juez, cuanto ahora el fuego de la tribulación purga su herrumbre.

5. En aquel pórtico que es paso para los que van a la iglesia del bendito Clemente, hubo un cierto hombre llamado Sérvulo, a quien muchos de vosotros conocéis conmigo, pobre en bienes, rico en méritos, a quien una larga enfermedad había consumido. Pues desde su temprana edad hasta el fin de su vida yacía paralítico. ¿Qué diré, que no podía estar de pie? Él, que nunca fue capaz de levantarse en su cama ni siquiera para sentarse, nunca de llevar su mano a la boca, nunca pudo inclinarse hacia el otro lado. Su madre con su hermano estaba presente para servirle, y cualquier cosa que pudiera recibir de la limosna, esto lo distribuía a los pobres por manos de ellos. De ningún modo conocía las letras, pero se había comprado para sí códices de la sagrada Escritura, y recibiendo a cualesquiera religiosos en hospitalidad, hacía que estos leyeran ante él sin intermisión. And sucedió que, en cuanto a su propia medida, aprendió plenamente la sagrada Escritura, aunque, como dije, ignoraba profundamente las letras. Procuraba en el dolor dar siempre gracias, y vacar en himnos a Dios y alabanzas día y noche. Pero cuando ya llegó el tiempo en que su tan gran paciencia debió ser remunerada, el dolor de los miembros volvió a las partes vitales. Y cuando se reconoció ya próximo a la muerte, amonestó a los hombres peregrinos y a los recibidos en hospitalidad para que se levantaran, y cantaran con él salmos en espera de su salida. Y mientras él mismo moribundo salmodiaba con ellos, de repente acalló las voces de los que salmodiaban, diciendo con el terror de un gran clamor: Callad, ¿acaso no oís cuántas alabanzas resuenan en el cielo? Y mientras aplicaba el oído del corazón a aquellas mismas alabanzas que había oído interiormente, aquella alma santa fue desatada de la carne.

Sed exeunte illa tanta illic fragrantia odoris aspersa est, ut omnes illi qui aderant inaestimabili suavitate replerentur, ita ut per hoc patenter agnoscerent quod eam laudes in coelo suscepissent. Cui rei monachus noster interfuit, qui nunc usque vivit, et cum magno fletu attestari solet quia quousque corpus ejus sepulturae traderetur, ab eorum naribus odoris illius fragrantia non recessit. Ecce quo fine ex hac vita exiit qui in hac vita aequanimiter flagella toleravit. Juxta vocem ergo dominicam, bona terra fructum per patientiam reddit, quae, exarata disciplinae vomere, ad remunerationis segetem pervenit. Sed vos rogo, fratres charissimi, attendite quod excusationis argumentum in illo districto judicio habituri sumus nos, qui, a bono opere torpentes, et res et manus accepimus, si praecepta dominica egenus et sine manibus impleverit. Non contra nos Dominus tunc apostolos ostendat qui ad regnum secum turbas fidelium praedicando traxerunt, non contra nos martyres exhibeat qui ad coelestem patriam sanguinem fundendo pervenerunt. Quid tunc dicturi sumus, cum hunc de quo locuti sumus Servulum viderimus, cui longus languor brachia tenuit, sed tamen haec a bono opere non ligavit? Haec vobiscum, fratres, agite, sic vos ad studium boni operis instigate, ut cum bonos vobis modo ad imitandum proponitis, eorum consortes tunc esse valeatis.

HOMILIA XVI.

Habita ad populum in basilica sancti Joannis, quae dicitur Constantiniana, Dominica prima in Quadragesima. LECTIO EVANG. SEC. MATTH. IV, 1-11.

In illo tempore, ductus est Jesus in desertum a Spiritu, ut tentaretur a diabolo. Et cum jejunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedens tentator, dixit ei: Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit: Scriptum est: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem, et statuit eum supra pinnaculum templi, et dixit ei: Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia angelis suis mandavit de te, et in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Jesus: Rursum scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, et ostendit ei omnia regna mundi, et gloriam eorum, et dixit illi: Haec omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. Tunc dicit ei Jesus: Vade, Satana. Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies. Tunc reliquit eum diabolus, et ecce angeli accesserunt, et ministrabant ei.

Pero al salir ella, tal fragancia de olor se esparció allí, que todos los que estaban presentes se llenaron de una inestimable suavidad, de modo que por esto conocieron patentemente que las alabanzas en el cielo la habían recibido. Nuestro monje estuvo presente en este hecho, el cual vive todavía hoy, y suele atestiguar con gran llanto que hasta que su cuerpo fue entregado a la sepultura, la fragancia de aquel olor no se apartó de sus narices. He aquí con qué fin salió de esta vida quien en esta vida toleró con ecuanimidad los flagelos. Según la voz del Señor, pues, la buena tierra dio fruto por la paciencia, la cual, arada por el arado de la disciplina, llegó a la mies de la remuneración. Pero os ruego, carísimos hermanos, atended qué argumento de excusa tendremos en aquel severo juicio nosotros, que, torpes para la buena obra, recibimos tanto bienes como manos, si un indigente y sin manos cumplió los preceptos dominicales. Que no muestre entonces el Señor contra nosotros a los apóstoles que atrajeron consigo al reino a turbas de fieles predicando, que no exhiba contra nosotros a los mártires que llegaron a la patria celestial derramando su sangre. ¿Qué diremos entonces, cuando veamos a este Sérvulo de quien hemos hablado, a quien un largo languidecimiento sujetó los brazos, pero sin embargo no los ligó para la buena obra? Tratad estas cosas con vosotros mismos, hermanos, así instigaos al estudio de la buena obra, para que cuando ahora os propongáis a los buenos para imitarlos, podáis entonces ser sus consortes.

HOMILÍA XVI.

Tenida ante el pueblo en la basílica de san Juan, llamada Constantiniana, el primer domingo de Cuaresma. LECCIÓN DEL EVANGELIO SEGÚN MATEO 4, 1-11.

En aquel tiempo, Jesús fue llevado al desierto por el Espíritu, para ser tentado por el diablo. Y habiendo ayunado cuarenta días y cuarenta noches, después tuvo hambre. Y acercándose el tentador, le dijo: Si eres el Hijo de Dios, di que estas piedras se conviertan en panes. Él respondiendo dijo: Escrito está: No solo de pan vive el hombre, sino de toda palabra que sale de la boca de Dios. Entonces el diablo lo llevó a la ciudad santa, y lo puso sobre el pináculo del templo, y le dijo: Si eres el Hijo de Dios, échate abajo. Pues escrito está: Que mandó a sus ángeles acerca de ti, y en sus manos te llevarán, para que no tropiece tu pie en piedra alguna. Jesús le dijo: También está escrito: No tentarás al Señor tu Dios. De nuevo el diablo lo llevó a un monte muy alto, y le mostró todos los reinos del mundo y la gloria de ellos, y le dijo: Todo esto te daré si, postrándote, me adorares. Entonces Jesús le dice: Vete, Satanás; porque escrito está: Al Señor tu Dios adorarás, y a él solo servirás. Entonces el diablo lo dejó, y he aquí que los ángeles se acercaron y le servían.

1. Dubitari a quibusdam solet a quo spiritu sit Jesus ductus in desertum, propter hoc quod subditur: Assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem. Et rursum: Assumpsit eum in montem excelsum valde. Sed vere et absque ulla quaestione convenienter accipitur ut a sancto Spiritu in desertum ductus credatur, ut illuc eum suus Spiritus duceret, ubi nunc ad tentandum malignus spiritus inveniret. Sed ecce cum dicitur Deus homo vel in excelsum montem, vel in sanctam civitatem a diabolo assumptus, mens refugit, humanae hoc audire aures expavescunt. Qui tamen non esse incredibilia ista cognoscimus, si in illo et alia facta pensamus. Certe iniquorum omnium caput diabolus est, et hujus capitis membra sunt omnes iniqui. An non diaboli membrum fuit Pilatus? An non diaboli membra Judaei persequentes, et milites crucifigentes Christum fuerunt? Quid ergo mirum si se ab illo permisit in montem duci, qui se perculit etiam a membris illius crucifigi? Non est ergo indignum Redemptori nostro quod tentari voluit, qui venerat occidi. Justum quippe erat ut sic tentationes nostras suis tentationibus vinceret, sicut mortem nostram venerat sua morte superare. Sed sciendum nobis est quia tribus modis tentatio agitur, suggestione, delectatione et consensu. Et nos cum tentamur, plerumque in delectationem, aut etiam in consensum labimur, quia de carnis peccato propagati, in nobisipsis etiam gerimus unde certamina toleremus. Deus vero qui, in utero Virginis incarnatus, in mundum sine peccato venerat, nihil contradictionis in semetipso tolerabat. Tentari ergo per suggestionem potuit, sed ejus mentem peccati delectatio non momordit. Atque ideo omnis diabolica illa tentatio foris non intus fuit.

2. Sed si ipsum ordinem tentationis ejus aspicimus, pensemus quanta magnitudine nos a tentatione liberamur. Antiquus hostis contra primum hominem parentem nostrum in tribus se tentationibus erexit, quia hunc videlicet gula, vana gloria et avaritia tentavit; sed tentando superavit, quia sibi eum per consensum subdidit. Ex gula quippe tentavit cum cibum ligni vetitum ostendit, atque ad comedendum suasit. Ex vana autem gloria tentavit cum diceret: Eritis sicut dii (Genes. III, 5). Et ex provectu avaritiae tentavit cum diceret: Scientes bonum et malum. Avaritia enim non solum pecuniae est, sed etiam altitudinis. Recte enim avaritia dicitur cum supra modum sublimitas ambitur. Si enim non ad avaritiam honoris rapina pertineret, nequaquam Paulus de unigenito Dei Filio diceret: Non rapinam arbitratus est se esse aqualem Deo (Philip. II, 6). In hoc autem diabolus parentem nostrum ad superbiam traxit, quod eum ad avaritiam sublimitatis excitavit.

1. Suele dudarse por algunos por qué espíritu fue Jesús llevado al desierto, debido a esto que se añade: El diablo lo llevó a la ciudad santa. Y de nuevo: Lo llevó a un monte muy alto. Pero verdaderamente y sin ninguna cuestión se acepta convenientemente que se crea llevado al desierto por el Espíritu Santo, para que su Espíritu lo llevara allí, donde ahora el espíritu maligno lo encontrara para tentarlo. Pero he aquí que cuando se dice que el Dios hombre fue llevado por el diablo o a un monte excelso, o a la ciudad santa, la mente retrocede, los oídos humanos se horrorizan al oír esto. Sin embargo, conocemos que estas cosas no son increíbles, si consideramos en él otros hechos. Ciertamente el diablo es la cabeza de todos los inicuos, y todos los inicuos son miembros de esta cabeza. ¿Acaso no fue Pilato un miembro del diablo? ¿Acaso no fueron miembros del diablo los judíos que perseguían y los soldados que crucificaban a Cristo? ¿Qué tiene de extraño, pues, si permitió ser llevado a un monte por aquel, quien permitió incluso ser crucificado por sus miembros? No es, por tanto, indigno de nuestro Redentor que quisiera ser tentado, él que había venido a ser muerto. Pues era justo que así venciera nuestras tentaciones con sus tentaciones, como había venido a superar nuestra muerte con su muerte. Pero debemos saber que la tentación se realiza de tres modos: por sugestión, delectación y consenso. Y nosotros, cuando somos tentados, muchísimas veces caemos en la delectación, o incluso en el consenso, porque, propagados del pecado de la carne, llevamos también en nosotros mismos aquello por lo que toleramos combates. Pero Dios, que, encarnado en el útero de la Virgen, había venido al mundo sin pecado, no toleraba nada de contradicción en sí mismo. Pudo, por tanto, ser tentado por sugestión, pero la delectación del pecado no mordió su mente. Y por lo mismo, toda aquella tentación diabólica fue por fuera, no por dentro.

2. Pero si miramos el orden mismo de su tentación, consideremos por qué magnitud somos liberados de la tentación. El antiguo enemigo se levantó contra el primer hombre nuestro padre en tres tentaciones, porque a saber lo tentó por la gula, la vanagloria y la avaricia; pero tentando venció, porque se lo sometió a sí mismo mediante el consenso. Por la gula ciertamente lo tentó cuando mostró el alimento prohibido del árbol, y persuadió a comerlo. Por la vanagloria tentó cuando dijo: Seréis como dioses (Gén 3, 5). Y por el progreso de la avaricia tentó cuando dijo: Conociendo el bien y el mal. Pues la avaricia no es solo de dinero, sino también de altura. Pues rectamente se llama avaricia cuando se ambiciona la sublimidad más allá de la medida. Pues si la rapiña del honor no perteneciera a la avaricia, de ningún modo Pablo diría del unigénito Hijo de Dios: No juzgó rapiña el ser igual a Dios (Flp 2, 6). En esto además el diablo arrastró a nuestro padre a la soberbia, porque lo excitó a la avaricia de la sublimidad.

3. Sed quibus modis primum hominem stravit, eisdem modis secundo homini tentato succubuit. Per gulam quippe tentat cum dicit: Dic ut lapides isti panes fiant. Per vanam gloriam tentat cum dicit: Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Per sublimitatis avaritiam tentat cum regna omnia mundi ostendit, dicens: Haec omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me. Sed eisdem modis a secundo homine vincitur, quibus primum hominem se vicisse gloriabatur, ut a nostris cordibus ipso aditu captus exeat, quo nos aditu intromissus tenebat. Sed est aliud, fratres charissimi, quod in hac tentatione dominica considerare debemus, quia tentatus a diabolo Dominus sacri eloquii praecepta respondit, et qui eo verbo quod erat tentatorem suum mergere in abyssum poterat, virtutem suae potentiae non ostendit, sola divinae Scripturae praecepta dedit, quatenus suae nobis patientiae praeberet exemplum, ut quoties a pravis hominibus aliquid patimur, ad doctrinam excitemur potius quam ad vindictam. Pensate quanta est patientia Dei, et quanta impatientia nostra. Nos si injuriis, aut aliqua laesione provocamur, furore permoti, aut quantum possumus nosmetipsos ulciscimur, aut quod non possumus facere minamur. Ecce adversitatem diaboli Dominus pertulit, et nihil ei nisi mansuetudinis verba respondit. Portat quem punire poterat, ut hoc in laudem ejus altius cresceret, si hostem suum non exstinguendo, sed interim patiendo superaret.

4. Notandum vero quod subditur, quia, recedente diabolo, angeli ministrabant ei. Ex qua re quid aliud quam unius personae utraque natura ostenditur? Quia et homo est quem diabolus tentat, et idem ipse Deus est cui ab angelis ministratur. Cognoscamus igitur in eo naturam nostram, quia nisi hunc diabolus hominem cerneret, non tentaret. Veneremur in illo divinitatem suum, quia nisi super omnia Deus existeret, ei nullo modo angeli ministrarent.

5. Sed quia his diebus lectio congruit, nam quadraginta dierum abstinentiam nostri Redemptoris audivimus, qui Quadragesimae tempus inchoamus, discutiendum nobis est cur haec ipsa abstinentia per quadraginta dierum numerum custoditur. Moyses enim ut legem acciperet secundo diebus quadraginta jejunavit (Exod. XXXIV, 28). Elias in deserto quadraginta diebus abstinuit (III Reg. XIX, 8). Ipse auctor hominum ad homines veniens, in quadraginta diebus nullum omnino cibum sumpsit (Matth. IV, 2).

3. Pero por los mismos modos en que derribó al primer hombre, por esos mismos modos sucumbió ante el segundo hombre al ser tentado. Por la gula ciertamente tienta cuando dice: Di que estas piedras se conviertan en panes. Por la vanagloria tienta cuando dice: Si eres el Hijo de Dios, échate abajo. Por la avaricia de la sublimidad tienta cuando muestra todos los reinos del mundo, diciendo: Todo esto te daré si, postrándote, me adorares. Pero por los mismos modos es vencido por el segundo hombre en los cuales se gloriaba de haber vencido al primer hombre, para que, capturado, salga de nuestros corazones por esa misma entrada por la cual, habiendo sido introducido, nos retenía. Pero hay otra cosa, carísimos hermanos, que debemos considerar en esta tentación dominical: que el Señor, tentado por el diablo, respondió con los preceptos de la sagrada elocución, y él, que con aquel Verbo que era podía sumergir a su tentador en el abismo, no mostró la virtud de su poder, sino que dio solo los preceptos de la divina Escritura, a fin de ofrecernos un ejemplo de su paciencia, para que cada vez que suframos algo de hombres malvados, seamos incitados a la doctrina más bien que a la venganza. Considerad cuán grande es la paciencia de Dios, y cuán grande nuestra impaciencia. Nosotros, si somos provocados por injurias o alguna lesión, movidos por la furia, o bien nos vengamos nosotros mismos cuanto podemos, o bien amenazamos con lo que no podemos hacer. He aquí que el Señor soportó la adversidad del diablo, y no le respondió sino palabras de mansedumbre. Soporta a quien podía castigar, para que esto creciera más profundamente en su alabanza, si vencía a su enemigo no extinguiéndolo, sino sufriéndolo por un tiempo.

4. Pero debe notarse lo que se añade: que, al retirarse el diablo, los ángeles le servían. ¿En lo cual qué otra cosa se muestra sino ambas naturalezas de una sola persona? Porque es tanto hombre a quien el diablo tienta, como es el mismo Dios a quien los ángeles sirven. Reconozcamos, pues, en él nuestra naturaleza, porque si el diablo no viera a este como hombre, no lo tentaría. Veneremos en él su divinidad, porque si no existiera como Dios sobre todas las cosas, de ningún modo los ángeles le servirían.

5. Pero porque en estos días la lección es congruente, pues hemos oído la abstinencia de cuarenta días de nuestro Redentor, nosotros que comenzamos el tiempo de la Cuaresma, debemos discutir por qué esta misma abstinencia se guarda por el número de cuarenta días. Pues Moisés, para recibir la ley, ayunó por segunda vez cuarenta días (Éx 34, 28). Elías en el desierto se abstuvo por cuarenta días (3 Re 19, 8). El mismo autor de los hombres, viniendo a los hombres, no tomó alimento alguno en cuarenta días (Mt 4, 2).

Nos quoque in quantum possumus, annuo Quadragesimae tempore carnem nostram per abstinentiam affligere conemur. Cur er ego in abstinentia quadragenarius numerus custoditur, nisi quia virtus Decalogi per libros quatuor sancti Evangelii impletur? Denarius etenim quater ductus in quadragenarium surgit, quia tunc Decalogi mandata perficimus cum profecto quatuor libros sancti Evangelii custodimus. Ex qua re sentiri et aliud potest. In hoc enim mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus, et per voluptates ejusdem corporis praeceptis dominicis contraimus. Praecepta autem Dominica per Decalogum sunt accepta. Quia ergo per carnis desideria, Decalogi mandata contempsimus, dignum est ut eamdem carnem quaterdecies affligamus. Quamvis de hoc Quadragesimae tempore est adhuc aliud quod possit intelligi. A praesenti etenim die usque ad Paschalis solemnitatis gaudia sex hebdomadae veniunt, quarum videlicet dies quadraginta duo fiunt. Ex quibus dum sex dies Dominici ab abstinentia subtrahuntur, non plus in abstinentia quam triginta et sex dies remanent. Dum vero per trecentos et sexaginta quinque dies annus ducitur, nos autem per triginta et sex dies affligimur, quasi anni nostri decimas Deo damus, ut qui nobismetipsis per acceptum annum viximus, auctori nostro nos in ejus decimis per abstinentiam mortificemus. Unde, fratres charissimi, sicut offerre in lege jubemini decimas rerum (Levit. XXVII, 30, seq.), ita ei offerre contendite et decimas dierum. Unusquisque in quantum virtus suppetit, carnem maceret, ejusque desideria affligat, concupiscentias turpes interficiat, ut juxta vocem Pauli, hostia viva fiat (Rom. XII, 1). Hostia quippe et immolatur et viva est, quando et ab hac vita homo non deficit, et tamen se a carnalibus desideriis occidit. Caro nos laeta traxit ad culpam, afflicta reducat ad veniam. Auctor etenim mortis nostrae per fructum ligni vetiti vitae praecepta transgressus est. Qui ergo a paradisi gaudiis per cibum cecidimus, ad haec in quantum possumus, per abstinentiam resurgamus.

6. Sed nemo sibi eamdem abstinentiam solam credat posse sufficere, cum per prophetam Dominus dicat: Nonne hoc est magis jejunium quod elegi? subjiciens: Frange esurienti panem tuum, et egenos vagosque induc in domum tuam; cum videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despexeris (Isai. LVIII, 6, 7). Illud ergo jejunium Deus approbat, quod ad ejus oculos manus eleemosynarum levat, quod cum proximi dilectione agitur, quod ex pietate conditur. Hoc ergo quod tibi subtrahis, alteri largire, ut unde tua caro affligitur, inde egentis proximi caro reparetur.

Nosotros también, en cuanto podemos, intentemos afligir nuestra carne por la abstinencia en el tiempo anual de la Cuaresma. ¿Por qué, pues, se guarda el número cuarentenario en la abstinencia, sino porque la virtud del Decálogo se cumple por los cuatro libros del santo Evangelio? Pues el diez, multiplicado por cuatro, surge en el cuarenta, porque entonces perfeccionamos los mandatos del Decálogo cuando ciertamente guardamos los cuatro libros del santo Evangelio. De lo cual puede sentirse también otra cosa. Pues en este cuerpo mortal subsistimos de cuatro elementos, y por los placeres del mismo cuerpo contravenimos los preceptos dominicales. Pero los preceptos dominicales fueron recibidos por el Decálogo. Porque, por tanto, por los deseos de la carne despreciamos los mandatos del Decálogo, es digno que aflijamos esa misma carne cuatro veces diez. Aunque sobre este tiempo de la Cuaresma hay todavía otra cosa que puede entenderse. Pues desde el presente día hasta los gozos de la solemnidad pascual vienen seis semanas, de las cuales ciertamente se hacen cuarenta y dos días. De los cuales, mientras se restan de la abstinencia los seis domingos, no quedan más que treinta y seis días en abstinencia. Pero mientras el año se conduce por trescientos sesenta y cinco días, y nosotros somos afligidos por treinta y seis días, damos a Dios como los diezmos de nuestro año, para que nosotros, que hemos vivido para nosotros mismos por el año recibido, nos mortifiquemos ante nuestro autor en sus diezmos mediante la abstinencia. Por lo cual, carísimos hermanos, así como se os manda en la ley ofrecer los diezmos de las cosas (Lev 27, 30 y sigs.), así procurad ofrecerle también los diezmos de los días. Cada uno, en cuanto la virtud le baste, macere la carne, y aflija sus deseos, y mate las concupiscencias torpes, para que, según la voz de Pablo, se haga hostia viva (Rom 12, 1). Una hostia ciertamente es tanto inmolada como viva, cuando el hombre no falta de esta vida y, sin embargo, se mata a sí mismo de los deseos carnales. La carne alegre nos arrastró a la culpa, la afligida nos devuelva al perdón. Pues el autor de nuestra muerte transgredió los preceptos de vida por el fruto del árbol prohibido. Por tanto, los que caímos de los gozos del paraíso por el alimento, resurjamos a ellos, en cuanto podemos, por la abstinencia.

6. Pero que nadie crea que esa misma abstinencia sola puede bastarle, cuando por el profeta dice el Señor: ¿No es este más bien el ayuno que yo elegí?, añadiendo: Parte tu pan con el hambriento, y a los pobres y vagabundos introduce en tu casa; cuando veas al desnudo, cúbrelo, y no desprecies tu propia carne (Is 58, 6. 7). Aquel ayuno, pues, aprueba Dios, que levanta a sus ojos la mano de las limosnas, que se realiza con amor al prójimo, que se sazona con la piedad. Esto pues que te quitas a ti mismo, dalo a otro, para que de donde tu carne es afligida, de allí la carne del prójimo necesitado sea reparada.

Hinc etenim per prophetam Dominus dicit: Cum jejunaretis et plangeretis, nunquid jejunium jejunastis mihi? Et cum comeditis et bibitis, nunquid non vobis conteditis, et vobismetipsis bibitis? (Zach. VII, 5, 6.) Sibi enim comedit et bibit qui alimenta corporis, quae sunt communia dona conditoris, sine indigentibus percipit. Et sibi quisque jejunat, si ea quae sibi ad tempus subtrahit non pauperibus tribuit, sed ventri postmodum offerenda custodit. Hinc per Joelem dicitur: Sanctificate jejunium (Joel. I, 14; II, 15). Jejunium quippe sanctificare est, adjunctis bonis aliis, dignam Deo abstinentiam carnis ostendere. Cesset ira, sopiantur jurgia. Incassum enim caro atteritur, si a pravis suis voluptatibus animus non refrenatur, cum per prophetam Dominus dicat: Ecce in die jejunii vestri invenitur voluntas vestra. Ecce ad lites et contentiones jejunatis, et percutitis pugno impie, et omnes debitores vestros repetitis (Isa. LVIII, 3). Neque enim qui a debitore suo hoc quod dedit repetit aliquid injustum facit, sed dignum est ut quisquis se in poenitentia macerat etiam hoc quod sibi juste competit interdicat. Sic sic nobis afflictis et poenitentibus a Deo dimittitur quod injuste egimus, si pro amore illius et hoc quod nobis juste competit relaxemus.

HOMILIA XVII.

Habita ad episcopos in fontes Lateranensium. LECTIO EVANG. SEC. LUC. X, 1-9.

In illo tempore, designavit Dominus et alios septuaginta duos, et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum, quo erat ipse venturus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta, et neminem per viam salutaveritis. In quamcunque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra; sin autem, ad vos revertetur. In eadem autem domo manete, edentes et bibentes quae apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcunque civitatem intraveritis, et susceperint vos, manducate quae apponuntur vobis; et curate infirmos qui in illa sunt, et dicite illis: Appropinquavit in vos regnum Dei.

1. Dominus et Salvator noster, fratres charissimi, aliquando nos sermonibus, aliquando vero operibus admonet. Ipsa etenim facta ejus praecepta sunt, quia dum aliquid tacitus facit, quid agere debeamus innotescit. Ecce enim binos in praedicationem discipulos mittit, quia duo sunt praecepta charitatis, Dei videlicet amor, et proximi, et minus quam inter duos charitas haberi non potest. Nemo enim proprie ad semetipsum habere charitatem dicitur, sed dilectio in alterum tendit, ut charitas esse possit.

De aquí ciertamente por el profeta dice el Señor: Cuando ayunabais y llorabais, ¿acaso ayunasteis un ayuno para mí? Y cuando coméis y bebéis, ¿acaso no coméis para vosotros, y para vosotros mismos bebéis? (Zac 7, 5. 6.) Pues come y bebe para sí quien percibe los alimentos del cuerpo, que son dones comunes del Creador, sin los indigentes. Y cada uno ayuna para sí, si aquellas cosas que se quita por un tiempo no las entrega a los pobres, sino que las guarda para ser ofrecidas al vientre después. De aquí se dice por Joel: Santificad el ayuno (Jl 1, 14; 2, 15). Santificar el ayuno ciertamente es, añadidas otras obras buenas, mostrar una abstinencia de la carne digna de Dios. Cese la ira, adormézcanse los pleitos. Pues en vano se desgasta la carne, si el ánimo no se refrena de sus perversos placeres, cuando por el profeta dice el Señor: He aquí que en el día de vuestro ayuno se halla vuestra voluntad. He aquí que para pleitos y contiendas ayunáis, y herís con el puño impíamente, y reclamáis a todos vuestros deudores (Is 58, 3). Pues ni hace algo injusto quien reclama de su deudor lo que dio, pero es digno que quien se macera en penitencia se prohíba incluso aquello que justamente le compete. Así, así a nosotros afligidos y penitentes se nos perdona por Dios lo que hicimos injustamente, si por su amor relajamos también aquello que justamente nos compete.

HOMILÍA XVII.

Tenida ante los obispos en las fuentes Lateranenses. LECCIÓN DEL EVANGELIO SEGÚN LUCAS 10, 1-9.

En aquel tiempo, designó el Señor también a otros setenta y dos, y los envió de dos en dos ante su faz a toda ciudad y lugar adonde él mismo había de venir. Y les decía: La mies ciertamente es mucha, pero los obreros pocos. Rogad, pues, al dueño de la mies que envíe obreros a su mies. Id, he aquí que yo os envío como corderos entre lobos. No llevéis bolsa, ni alforja, ni calzado, y a nadie saludéis por el camino. En cualquier casa en que entréis, decid primero: Paz a esta casa. And si allí hubiere un hijo de la paz, descansará sobre él vuestra paz; si no, volverá a vosotros. Permaneced en la misma casa, comiendo y bebiendo lo que haya entre ellos. Pues digno es el obrero de su salario. No paséis de casa en casa. Y en cualquier ciudad en que entréis y os reciban, comed lo que os pongan; y curad a los enfermos que haya en ella, y decidles: Se ha acercado a vosotros el reino de Dios.

1. Nuestro Señor y Salvador, carísimos hermanos, a veces nos amonesta con palabras, a veces ciertamente con obras. Pues sus mismos hechos son preceptos, porque mientras hace algo en silencio, da a conocer qué debemos hacer. He aquí pues que envía a los discípulos de dos en dos a la predicación, porque dos son los preceptos de la caridad, a saber, el amor de Dios y del prójimo, y menos que entre dos no puede tenerse caridad. Pues nadie se dice propiamente que tiene caridad hacia sí mismo, sino que el amor tiende hacia otro para que pueda ser caridad.

Binos ad praedicandum discipulos Dominus mittit, quatenus hoc nobis tacitus innuat, quia qui charitatem erga alterum non habet, praedicationis officium suscipere nullatenus debet.

2. Bene autem dicitur quia misit eos ante faciem suam in omnem civitatem et locum quo erat ipse venturus. Praedicatores enim suos Dominus sequitur, quia praedicatio praevenit, et tunc ad mentis nostrae habitaculum Dominus venit, quando verba exhortationis praecurrunt, atque per haec veritas in mente suscipitur. Hinc namque eisdem praedicatoribus Isaias dicit: Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri (Isai. XL, 3). Hinc illis Psalmista ait: Iter facite ei qui ascendit super occasum (Psal. LXVII, 5). Super occasum namque Dominus ascendit, quia unde in passione occubuit, inde majorem suam gloriam resurgendo manifestavit. Super occasum videlicet ascendit, quia mortem quam pertulit resurgendo calcavit. Ei ergo qui ascendit super occasum iter facimus cum nos ejus gloriam vestris mentibus praedicamus, ut eas et ipse post veniens per amoris sui praesentiam illustret.

3. Missis autem praedicatoribus, quid dicat audiamus: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Ad messem multam operarii pauci sunt, quod sine gravi moerore loqui non possumus, quia etsi sunt qui bona audiant, desunt qui dicant. Ecce mundus sacerdotibus plenus est, sed tamen in messe Dei rarus valde invenitur operator, quia officium quidem sacerdotale suscepimus, sed opus officii non implemus. Sed pensate, fratres charissimi, pensate quod dicitur: Rogate dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Vos pro nobis petite, ut digna vobis operari valeamus, ne ab exhortatione lingua torpeat, ne postquam praedicationis locum suscepimus apud justum judicem nostra nos taciturnitas addicat. Saepe enim pro sua nequitia praedicantium lingua restringitur: saepe vero ex subjectorum culpa agitur ut eis qui praesunt, praedicationis sermo subtrahatur. Ex sua quippe nequitia praedicantium lingua restringitur, sicut Psalmista ait: Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras justitias meas? (Psal. XLIX, 16.) Et rursum ex vitio subjectorum, vox praedicantium prohibetur sicut ad Ezechielem Dominus dicit: Linguam tuam adhaerescere faciam palato tuo, et eris mutus, nec quasi vir objurgans, quia domus exasperans est (Ezech. III, 26). Ac si aperte dicat: Idcirco tibi praedicationis sermo tollitur, quia dum me in suis actibus plebs exasperat, non est digna cui exhortatio veritatis fiat. Ex cujus ergo vitio praedicatori sermo subtrahatur, non facile cognoscitur. Quia vero Pastoris taciturnitas aliquando sibi, semper autem subjectis noceat, certissime scitur.

El Señor envía a los discípulos de dos en dos a predicar, a fin de que nos insinúe esto en silencio: que quien no tiene caridad hacia otro, de ningún modo debe asumir el oficio de la predicación.

2. Pero bien se dice que los envió ante su faz a toda ciudad y lugar adonde él mismo había de venir. Pues el Señor sigue a sus predicadores, porque la predicación precede, y entonces el Señor viene a la morada de nuestra mente, cuando las palabras de exhortación corren delante, y por ellas la verdad es recibida en la mente. Por esto pues dice Isaías a los mismos predicadores: Preparad el camino del Señor, haced derechas las sendas de nuestro Dios (Is 40, 3). Por esto les dice el Salmista: Haced camino al que asciende sobre el ocaso (Sal 67, 5). Pues sobre el ocaso ascendió el Señor, porque de donde sucumbió en la pasión, de allí manifestó su mayor gloria resurgendo. Sobre el ocaso a saber ascendió, porque la muerte que padeció, la pisoteó resurgiendo. Al que asciende sobre el ocaso, pues, le hacemos camino cuando predicamos su gloria a vuestras mentes, para que él mismo, viniendo después, las ilustre por la presencia de su amor.

3. Pero enviados los predicadores, oigamos lo que dice: La mies ciertamente es mucha, pero los obreros pocos. Rogad pues al dueño de la mies que envíe obreros a su mies. Para mies mucha los obreros son pocos, lo cual no podemos decir sin grave dolor, porque aunque hay quienes oigan cosas buenas, faltan quienes las digan. He aquí que el mundo está lleno de sacerdotes, pero sin embargo en la mies de Dios muy rara vez se encuentra un trabajador, porque hemos asumido ciertamente el oficio sacerdotal, pero no cumplimos la obra del oficio. Pero considerad, carísimos hermanos, considerad lo que se dice: Rogad al dueño de la mies que envíe obreros a su mies. Pedid por nosotros, para que podamos trabajar dignamente para vosotros, no sea que la lengua se entorpezca para la exhortación, no sea que después de haber asumido el lugar de la predicación, nuestro silencio nos condene ante el juez justo. Pues a menudo por su propia maldad se restringe la lengua de los que predican; pero a menudo ciertamente sucede por culpa de los súbditos que se les quite la palabra de la predicación a los que presiden. Por su propia maldad ciertamente se restringe la lengua de los que predican, como dice el Salmista: Pero al pecador dijo Dios: ¿Por qué narras tú mis justicias? (Sal 49, 16.) Y de nuevo por el vicio de los súbditos se prohíbe la voz de los que predican, como dice el Señor a Ezequiel: Haré que tu lengua se pegue a tu paladar, y estarás mudo, y no como hombre que reprende, porque es una casa exasperante (Ez 3, 26). Como si dijera abiertamente: Por eso se te quita la palabra de la predicación, porque mientras el pueblo me exaspera en sus actos, no es digno de que se le haga la exhortación de la verdad. Por el vicio de quién pues se le quite la palabra al predicador, no se conoce fácilmente. Pero que el silencio del Pastor a veces le daña a él mismo, y siempre daña a los súbditos, se sabe con toda certeza.

4. Sed utinam si ad praedicationis virtutem non sufficimus, loci nostri officium in innocentia vitae teneamus. Nam subditur: Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Multi autem cum regiminis jura suscipiunt, ad lacerandos subditos inardescunt, terrorem potestatis exhibent, et quibus prodesse debuerant, nocent. Et quia charitatis viscera non habent, domini videri appetunt, patres se esse minime recognoscunt, humilitatis locum in elationem dominationis immutant, et si quando extrinsecus blandiuntur, intrinsecus saeviunt. De quibus alias Veritas dicit: Veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces (Matth. VII, 15). Contra quae, omnia considerandum nobis est quia sicut agni inter lupos mittimur, ut, sensum servantes innocentiae, morsum malitiae non habeamus. Qui enim locum praedicationis suscipit, mala inferre non debet, sed tolerare, ut ex ipsa sua mansuetudine iram saevientium mitiget, et peccatorum vulnera in aliis ipse afflictionibus vulneratus sanet. Quem et si quando zelus rectitudinis exigit ut erga subjectos saeviat, furor ipse de amore sit, non de crudelitate, quatenus et jura disciplinae foris exhibeat, et intus paterna pietate diligat, quos foris quasi insequendo castigat. Quod tunc bene Rector exhibet, cum seipsum diligere per amorem privatum nescit, cum nulla quae mundi sunt appetit, cum terrenae cupiditatis oneribus nequaquam mentis colla supponit.

5. Unde et subditur: Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta, et neminem per viam salutaveritis. Praedicatori etenim tanta debet in Deo esse fiducia, ut praesentis vitae sumptus quamvis non provideat, tamen sibi hos non deesse certissime sciat, ne dum mens ejus occupatur ad temporalia, minus aliis provideat aeterna. Cui etiam per viam neminem salutare conceditur, ut sub quanta festinatione iter praedicationis pergere debeat ostendatur. Quae si quis verba etiam per allegoriam velit intelligi, in sacculo pecunia clausa est; pecunia vero clausa est sapientia occulta. Qui igitur sapientiae verbum habet, sed hoc erogare proximo negligit, quasi pecuniam in sacculo ligatam tenet. Unde scriptum est: Sapientia abscondita, et thesaurus occultus, quae utilitas in utrisque? (Eccli. XLI, 17.) Quid vero per peram, nisi onera saeculi; et quid hoc loco per calceamenta, nisi mortuorum operum exempla signantur? Qui ergo officium praedicationis suscipit, dignum non est ut onus saecularium negotiorum portet, ne dum hoc ejus colla deprimit, ad praedicanda coelestia non assurgat.

4. Pero ojalá que si no somos suficientes para la virtud de la predicación, mantengamos el oficio de nuestro lugar en inocencia de vida. Pues se añade: He aquí que yo os envío como corderos entre lobos. Pero muchos, cuando asumen los derechos del régimen, se encienden para desgarrar a los súbditos, muestran el terror de la potestad, y dañan a quienes debieron haber aprovechado. Y porque no tienen entrañas de caridad, desean parecer señores, mínimamente se reconocen como padres, cambian el lugar de la humildad por la elación de la dominación, y si alguna vez halagan por fuera, se ensañan por dentro. De los cuales dice en otra parte la Verdad: Vienen a vosotros vestidos de ovejas, pero por dentro son lobos rapaces (Mt 7, 15). Contra lo cual debemos considerar todos que somos enviados como corderos entre lobos, para que, conservando el sentido de la inocencia, no tengamos el mordisco de la malicia. Pues quien asume el lugar de la predicación no debe inferir males, sino tolerarlos, para que por su misma mansedumbre mitigue la ira de los que se ensañan, y él mismo herido en otras aflicciones sane las heridas de los pecados en otros. Al cual, si alguna vez el celo de la rectitud le exige ensañarse con los súbditos, ese mismo furor sea por amor, no por crueldad, a fin de que muestre los derechos de la disciplina por fuera, y por dentro ame con paterna piedad a quienes por fuera castiga como persiguiéndolos. Lo cual entonces el Rector muestra bien, cuando no sabe amarse a sí mismo por amor privado, cuando nada de lo que es del mundo desea, cuando de ningún modo somete el cuello de su mente a las cargas de la terrena cupidez.

5. De donde también se añade: No llevéis bolsa, ni alforja, ni calzado, y a nadie saludéis por el camino. Pues el predicador debe tener tanta confianza en Dios que, aunque no prevea los gastos de la vida presente, sepa sin embargo con toda certeza que estos no le faltarán, para que, mientras su mente se ocupa de las cosas temporales, no provea menos las eternas a los demás. Al cual también se le concede no saludar a nadie por el camino, para que se muestre con cuánta rapidez debe proseguir el viaje de la predicación. Si alguien quiere que estas palabras se entiendan también por alegoría, en la bolsa está encerrada la moneda; pero la moneda encerrada es la sabiduría oculta. Quien, por tanto, tiene la palabra de sabiduría, pero descuida entregarla al prójimo, la retiene como moneda atada en la bolsa. De donde está escrito: La sabiduría escondida y el tesoro oculto, ¿qué utilidad hay en ambos? (Ecli. 41, 17). ¿Y qué es la alforja, sino las cargas del siglo; y qué significan en este lugar el calzado, sino los ejemplos de obras muertas? Quien, pues, asume el oficio de la predicación, no es digno que lleve la carga de los negocios seculares, para que, mientras esta oprime su cuello, no deje de elevarse a predicar las cosas celestiales.

Nec debet stultorum operum exempla conspicere, ne sua opera quasi ex mortuis pellibus credat munire. Sunt etenim multi qui pravitatem suam ex alienis pravitatibus tuentur. Quia enim alios talia fecisse considerant, se haec facere licenter putant. Hi quid aliud faciunt, nisi pedes suos ex mortuorum animalium munire pellibus conantur? Omnis vero qui salutat in via, ex occasione salutat itineris, non ex studio optandae ejusdem salutis. Qui igitur non amore aeternae patriae, sed praemiorum ambitu salutem audientibus praedicat, quasi in itinere salutat, quia ex occasione, et non ex intentione, salutem audientibus exoptat.

6. Sequitur: In quamcunque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra; sin autem, ad vos revertetur. Pax quae ab ore praedicatoris offertur, aut requiescit in domo, si in ea filius pacis fuerit, aut ad eumdem praedicatorem revertitur; quia aut erit quisque praedestinatus ad vitam, et coeleste verbum sequitur quod audit; aut si nullus audire voluerit, ipse praedicator sine fructu non erit, quia ad eum pax revertitur, quoniam ei a Domino pro labore sui operis merces recompensatur.

7. Ecce autem qui peram et sacculum portare prohibuit sumptus et alimenta ex eadem praedicatione concedit. Nam subditur: In eadem autem domo manete, edentes et bibentes quae apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Si pax nostra recipitur, dignum est ut in eadem domo maneamus edentes et bibentes quae apud illos sunt, ut ab eis terrena stipendia consequamur, quibus praemia patriae coelestis offerimus. Unde etiam Paulus haec ipsa pro minimo suscipiens, dicit: Si nos vobis spiritalia seminavimus, magnum est si vestra carnalia metamus? (I Cor. IX, 11.) Et notandum quod subditur: Dignus est operarius mercede sua, quia jam de mercede sunt operis ipsa alimenta sustentationis, ut hic merces de labore praedicationis inchoetur, quae illic de veritatis visione perficitur. Qua in re considerandum est quod uni nostro operi duae mercedes debentur, una in via, altera in patria; una quae nos in labore sustentat, alia quae nos in resurrectione remunerat. Merces itaque quae in praesenti accipitur: hoc in nobis debet agere, ut ad sequentem mercedem robustius tendatur. Vetus ergo quisque praedicator non ideo praedicare debet, ut in hoc tempore mercedem recipiat, sed ideo mercedem recipere, ut praedicare subsistat. Quisquis namque ideo praedicat ut hic vel laudis vel muneris mercedem recipiat, aeterna procul dubio mercede se privat. Quisquis vero vel ea quae dicit, ideo placere hominibus appetit, ut, dum placet quod dicitur, per eadem dicta non ipse, sed Dominus ametur, vel idcirco terrena stipendia in praedicatione consequitur, ne a praedicationis voce per indigentiam lassetur, huic procul dubio ad recipiendam mercedem nil obstat in patria, quia sumptus sumpsit in via.

Ni debe mirar los ejemplos de obras necias, para que no crea proteger sus propias obras como con pieles muertas. Pues hay muchos que defienden su propia perversidad por las perversidades ajenas. Porque consideran que otros han hecho tales cosas, piensan que ellos las hacen lícitamente. Estos, ¿qué otra cosa hacen sino intentar proteger sus pies con las pieles de animales muertos? Todo el que saluda en el camino, saluda por ocasión del viaje, no por el estudio de desear esa misma salvación. El que, por tanto, no por amor a la patria eterna, sino por la ambición de premios, predica la salvación a los oyentes, saluda como en el camino, porque por ocasión, y no por intención, desea la salvación para los oyentes.

6. Sigue: En cualquier casa que entréis, decid primero: Paz a esta casa. Y si allí hubiera un hijo de la paz, vuestra paz reposará sobre él; si no, volverá a vosotros. La paz que se ofrece por la boca del predicador, o bien descansa en la casa, si en ella hubiera un hijo de la paz, o bien vuelve al mismo predicador; porque o bien cada uno estará predestinado a la vida, y sigue la palabra celestial que oye; o bien, si nadie quisiera oír, el predicador mismo no estará sin fruto, porque la paz vuelve a él, ya que por el Señor se le recompensa la merced por el labor de su obra.

7. Mas he aquí que el que prohibió llevar alforja y bolsa concede gastos y alimentos por esa misma predicación. Pues se añade: Permaneced en la misma casa, comiendo y bebiendo lo que tengan. Porque el obrero es digno de su salario. Si nuestra paz es recibida, es digno que permanezcamos en la misma casa comiendo y bebiendo lo que tengan, para que consigamos de ellos estipendios terrenos, a quienes ofrecemos los premios de la patria celestial. De donde también Pablo, tomando estas mismas cosas por lo mínimo, dice: Si nosotros hemos sembrado para vosotros lo espiritual, ¿es gran cosa si segamos vuestras cosas carnales? (1 Cor. 9, 11). Y debe notarse lo que se añade: Digno es el obrero de su salario, porque ya los mismos alimentos de sustentación son del salario de la obra, para que aquí se inicie la merced por el trabajo de la predicación, la cual allá se perfecciona con la visión de la verdad. En lo cual debe considerarse que a nuestra única obra se deben dos mercedes, una en el camino, otra en la patria; una que nos sustenta en el trabajo, otra que nos remunera en la resurrección. Por tanto, la merced que se recibe en el presente debe obrar esto en nosotros: que se tienda con más robustez hacia la merced siguiente. Por tanto, todo antiguo predicador no debe predicar para recibir la merced en este tiempo, sino recibir la merced para poder subsistir predicando. Pues quienquiera que predica para recibir aquí la merced ya sea de alabanza o de don, sin duda se priva de la merced eterna. Mas quienquiera que desea que las cosas que dice agraden a los hombres, para que, mientras agrada lo que se dice, por esas mismas palabras no sea amado él mismo, sino el Señor, o por eso consigue estipendios terrenos en la predicación, para no cansarse de la voz de la predicación por la indigencia, a este sin duda nada le obsta para recibir la merced en la patria, porque tomó los gastos en el camino.

8. Sed quid nos (quod tamen sine dolore dicere non possum) quid nos, o Pastores, agimus, qui et mercedem consequimur, et tamen operarii nequaquam sumus? Fructus quippe sanctae Ecclesiae in stipendio quotidiano percipimus, sed tamen pro aeterna Ecclesia minime in praedicatione laboramus. Pensemus cujus damnationis sit sine labore hic percipere mercedem laboris. Ecce ex oblatione fidelium vivimus, sed quid pro animabus fidelium laboramus? Illa in stipendium nostrum sumimus quae pro redimendis peccatis suis fideles obtulerunt, nec tamen contra peccata eadem vel orationis studio, vel praedicationis, ut dignum est, insudamus. Vix pro culpa sua quempiam aperta voce reprehendimus. Et adhuc (quod est gravius) aliquando si persona in hoc mundo potens sit, ejus forsitan errata laudantur, ne, si adversetur, per iracundiam munus subtrahat quod impendebat. Sed debemus sine cessatione meminisse quod de quibusdam scriptum est: Peccata Populi mei comedent (Osee IV, 8). Cur autem peccata populi comedere dicuntur, nisi quia peccata delinquentium fovent, ne temporalia stipendia amittant? Sed et nos qui ex oblationibus fidelium vivimus, quas illi pro peccatis suis obtulerunt, si comedimus et tacemus, eorum procul dubio peccata manducamus. Pensemus ergo cujus sit apud Deum criminis peccatorum pretium manducare, et nihil contra peccata praedicando agere. Audiamus quid beati Job voce dicitur: Si adversum me terra mea clamat, et cum ipsa sulci ejus deflent, si fructus ejus comedi absque pecunia (Job. XXXI, 38, 39). Terra enim contra possessorem suum clamat quando contra pastorem suum juste Ecclesia murmurat. Cujus etiam sulci deflent, si corda audientium, quae a praecedentibus sunt patribus praedicationis voce et vigore invectionis exarata, vident aliquid quod lugeant de vita pastoris. Cujus videlicet terrae fructus possessor bonus sine pecunia non manducat, quia discretus pastor praerogat talentum verbi, ne ad damnationem suam de Ecclesia stipendium sumat alimenti. Tunc enim de terra nostra cum pecunia fructus comedimus, quando sumentes ecclesiastica subsidia in praedicatione laboramus. Praecones namque venturi judicis sumus. Quis ergo venturum judicem nuntiet, si praeco tacet?

9. Proinde considerandum nobis est ut, in quantum valet quisque, in quantum sufficit, et terrorem venturi judicii, et dulcedinem regni, susceptae Ecclesiae insinuare contendat. Et qui una eademque exhortationis voce non sufficit simul cunctos admonere, debet singulos, in quantum valet, instruere, privatis locutionibus aedificare, exhortatione simplici fructum in filiorum suorum cordibus quaerere. Debemus namque pensare continuo quod sanctis apostolis dicitur, et per apostolos nobis: Vos estis sal terrae (Matth. V, 13). Si ergo sal sumus, condire mentes fidelium debemus.

8. Pero ¿qué hacemos nosotros (lo que, sin embargo, no puedo decir sin dolor), qué hacemos nosotros, oh Pastores, que recibimos la merced y, sin embargo, de ningún modo somos obreros? Pues percibimos los frutos de la santa Iglesia en el estipendio cotidiano pero, no obstante, muy poco trabajamos en la predicación por la Iglesia eterna. Pensemos de qué condenación sea recibir aquí sin trabajo la merced del trabajo. He aquí que vivimos de la oblación de los fieles, pero ¿qué trabajamos por las almas de los fieles? Tomamos para nuestro estipendio aquellas cosas que los fieles ofrecieron para redimir sus pecados y, sin embargo, no sudamos contra esos mismos pecados ni por el celo de la oración ni de la predicación, como es digno. Apenas reprendemos a alguien con voz abierta por su culpa. Y todavía (lo que es más grave), a veces si la persona es poderosa en este mundo, tal vez sus errores son alabados para que, si se le contraría, no retire por ira el don que impartía. Pero debemos recordar sin cesar lo que está escrito de algunos: Comerán los pecados de mi pueblo (Oseas 4, 8). Pero ¿por qué se dice que comen los pecados del pueblo, sino porque fomentan los pecados de los delincuentes para no perder los estipendios temporales? Pero también nosotros, que vivimos de las oblaciones de los fieles, las cuales ellos ofrecieron por sus pecados, si comemos y callamos, sin duda comemos sus pecados. Pensemos, pues, de qué crimen sea ante Dios comer el precio de los pecados y no hacer nada contra los pecados predicando. Oigamos lo que se dice por la voz del bienaventurado Job: Si contra mí clama mi tierra, y con ella sus surcos lloran, si he comido su fruto sin dinero (Job 31, 38, 39). Pues la tierra clama contra su poseedor cuando la Iglesia murmura justamente contra su pastor. Cuyos surcos también lloran, si los corazones de los oyentes, que fueron arados por los padres precedentes con la voz de la predicación y el vigor de la invectiva, ven algo que lamentar de la vida del pastor. De cuya tierra, evidentemente, el buen poseedor no come el fruto sin dinero, porque el pastor discreto entrega el talento de la palabra para no tomar de la Iglesia el estipendio del alimento para su propia condenación. Pues entonces comemos los frutos de nuestra tierra con dinero, cuando tomando los subsidios eclesiásticos trabajamos en la predicación. Pues somos los heraldos del Juez venidero. ¿Quién, pues, anunciará al Juez que viene, si el heraldo calla?

9. Por lo tanto, debemos considerar que, en cuanto cada uno pueda, en cuanto sea suficiente, se esfuerce en insinuar tanto el terror del juicio venidero como la dulzura del reino a la Iglesia recibida. Y el que no es suficiente para amonestar a todos a la vez con una misma voz de exhortación, debe instruir a cada uno en cuanto pueda, edificar con conversaciones privadas, buscar fruto en los corazones de sus hijos por una exhortación sencilla. Pues debemos pensar continuamente lo que se dice a los santos apóstoles, y por los apóstoles a nosotros: Vosotros sois la sal de la tierra (Mat. 5, 13). Si, pues, somos sal, debemos sazonar las mentes de los fieles.

Vos igitur, qui pastores estis, pensate quia Dei animalia pascitis. De quibus profecto animalibus Deo per Psalmistam dicitur: Animalia tua habitabunt in ea (Psal. LXVII, 11). Et saepe videmus quod petra salis brutis animalibus ponitur, ut eamdem salis petram lambere debeant, et meliorari. Quasi ergo inter bruta animalia petra salis debet esse sacerdos in populis. Curare namque sacerdotem necesse est, quae singulis dicat, unumquemque qualiter admoneat, ut quisquis sacerdoti jungitur, quasi ex salis tactu, aeternae vitae sapore condiatur. Sal etenim terrae non sumus, si corda audientium non condimus. Quod profecto condimentum ille veraciter proximo impendit qui praedicationis verbum non subtrahit.

10. Sed tunc vere aliis recta praedicamus, si dicta rebus ostendimus, si nosipsi divino amore compungimur, et humanae vitae, quae sine culpa transire nequaquam potest, quotidianas lacrymis maculas lavamus. Tunc autem de nobis vere compungimur, si studiose patrum praecedentium facta pensamus, ut ex conspecta illorum gloria, in nostris nobis oculis nostra vita sordescat. Tunc vere compungimur, cum praecepta Domini studiose perscrutamur, et per haec proficere ipsi contendimus, per quae jam profecisse novimus quos veneramur. Hinc est enim quod de Moyse scriptum est: Posuit et labrum aeneum in quo lavarentur Aaron et filii ejus, cum ingrederentur in sancta sanctorum, quod fecit de speculis mulierum quae excubabant in ostio tabernaculi (Exod. XXXVIII, 8). Labrum quippe aeneum Moyses ponit, in quo sacerdotes lavari debeant et sancta sanctorum ingredi, quia lex Dei prius nos lavari per compunctionem praecipit, ut nostra immunditia ad penetrandam secretorum Dei munditiam non sit indigna. Quod bene labrum de speculis mulierum perhibet factum quae ad tabernaculi ostium indesinenter excubabant. Specula quippe mulierum sunt praecepta Dei, in quibus se sanctae animae semper aspiciunt, et si quae in eis sunt foeditatis maculae, deprehendunt. Cogitationum vitia corrigunt, et quasi renitentes vultus velut ex reddita imagine componunt, quia dum praeceptis dominicis solerter intendunt, in eis procul dubio vel quid in se coelesti viro placeat, vel quid displiceat agnoscunt. Quae quandiu in hac vita sunt, aeternum tabernaculum ingredi nequaquam possunt.

Vosotros, pues, que sois pastores, pensad que apacentáis los animales de Dios. De los cuales animales se dice ciertamente a Dios por el Salmista: Tus animales habitarán en ella (Salm. 67, 11). Y a menudo vemos que se pone una piedra de sal a los animales brutos, para que deban lamer esa misma piedra de sal y mejorar. Como entre los animales brutos, el sacerdote debe ser como una piedra de sal en medio de los pueblos. Pues es necesario que el sacerdote cuide qué dice a cada uno, de qué manera amonesta a cada uno, para que quienquiera que se una al sacerdote sea sazonado con el sabor de la vida eterna, como por el contacto de la sal. Pues no somos la sal de la tierra si no sazonamos los corazones de los oyentes. Condimento que, ciertamente, aquel imparte verdaderamente al prójimo que no sustrae la palabra de la predicación.

10. Pero entonces predicamos verdaderamente cosas rectas a los demás si mostramos nuestras palabras con los hechos, si nosotros mismos somos traspasados por el amor divino y lavamos con lágrimas las manchas cotidianas de la vida humana, la cual de ningún modo puede pasar sin culpa. Pues entonces nos compungimos verdaderamente por nosotros mismos si consideramos con estudio los hechos de los padres precedentes, de modo que, ante la gloria contemplada de aquellos, nuestra vida se nos vuelva despreciable a nuestros propios ojos. Entonces nos compungimos verdaderamente cuando escudriñamos con estudio los preceptos del Señor, y por estos nos esforzamos en aprovechar nosotros mismos, por los cuales sabemos que ya han aprovechado aquellos a quienes veneramos. De aquí es, pues, que está escrito de Moisés: Puso también la fuente de bronce en la cual se lavaran Aarón y sus hijos cuando entraran en el santuario, la cual hizo de los espejos de las mujeres que velaban a la puerta del tabernáculo (Éxodo 38, 8). Moisés pone ciertamente la fuente de bronce en la cual los sacerdotes deben lavarse y entrar en el santuario, porque la ley de Dios manda primero lavarnos por la compunción, para que nuestra inmundicia no sea indigna de penetrar en la pureza de los secretos de Dios. Lo cual bien se dice que fue hecho de los espejos de las mujeres que velaban incesantemente a la puerta del tabernáculo. Pues los espejos de las mujeres son los preceptos de Dios, en los cuales las almas santas siempre se miran y, si hay en ellas algunas manchas de fealdad, las descubren. Corrigen los vicios de los pensamientos y, como si resistieran, componen sus rostros como por una imagen devuelta, porque mientras atienden con destreza a los preceptos dominicales, reconocen sin duda en ellos o bien lo que agrada en ellas al esposo celestial, o bien lo que le desagrada. Mientras están en esta vida, de ningún modo pueden entrar en el tabernáculo eterno.

Sed tamen ad ostium tabernaculi mulieres excubant, quia sanctae animae etiam cum infirmitate adhuc carnis gravantur, amore tamen continuo ingressum aeterni introitus observant. Moyses ergo labrum sacerdotibus de speculis mulierum fecit, quia lex Dei lavacrum compunctionis peccatorum nostrorum maculis exhibet, dum ea per quae sanctae animae superno sponso placuerunt intuenda nobis coelestia praecepta praebet. Quibus si diligenter intendimus, internae nostrae imaginis maculas videmus. Videntes autem maculas. in poenitentiae dolore compungimur; compuncti vero, quasi in labro de speculis mulierum lavamur.

11. Est autem valde necessarium ut cum de nobis in compunctione afficimur, etiam commissorum nobis vitam zelemus. Sic ergo nos amaritudo compunctionis afficiat, ut tamen a proximorum custodia non avertat. Quid enim prodest, si, amantes nosmetipsos, relinquamus proximos? Vel quid rursum prodest, si, amantes vel zelantes proximos, relinquamus nosmetipsos? In ornamento quippe tabernaculi bis tinctus coccus offerri praecipitur (Exod. XXV, 4), ut ante Dei oculos charitas nostra Dei et proximi amore coloretur. Ille autem vere se diligit, qui pure diligit auctorem. Tunc ergo coccus bis tingitur, quando erga se et proximum ex amore veritatis animus inflammatur.

12. Sed inter haec sciendum nobis est ut sic exerceatur zelus rectitudinis contra prava acta proximorum quatenus in fervore districtionis nullo modo relinquatur virtus mansuetudinis. Ira etenim sacerdotis nequaquam debet esse praeceps et perturbata, sed magis ex consilii gravitate mitiganda. Et portare ergo debemus quos corrigimus, et corrigere quos portamus, ne si ex utroque unum defuerit, vel in fervore, vel in mansuetudine actio sacerdotalis non sit. Hinc namque est quod in templi ministerio in basibus templi sculptorio opere leones et boves et cherubim expressa sunt. Cherubim quippe est plenitudo scientiae. Sed quid est quod in basibus nec leones sine bobus, nec boves sine leonibus fiunt? Quid enim aliud, designant bases in templo, nisi sacerdotes in Ecclesia? Who, while they tolerate the solicitude of regiminis, quasi more basium superimpositum onus portant. In basibus ergo cherubim exprimuntur, quia decet nimirum ut sacerdotum pectora plenitudine scientiae sint referta. Per leones autem terror severitatis, per boves vero patientia mansuetudinis figuratur. Itaque in basibus nec leones sine bobus, nec boves sine leonibus exprimuntur, quia semper in sacerdotali pectore cum terrore severitatis custodiri debet virtus mansuetudinis, ut et iram mansuetudo condiat, et eamdem mansuetudinem, ne fortasse dissoluta sit, zelus districtionis accendat.

Pero, no obstante, las mujeres velan a la puerta del tabernáculo, porque las almas santas, aun cuando todavía están gravadas por la enfermedad de la carne, observan con amor continuo la entrada del ingreso eterno. Moisés, pues, hizo la fuente para los sacerdotes de los espejos de las mujeres, porque la ley de Dios ofrece el lavatorio de la compunción para las manchas de nuestros pecados, mientras nos ofrece para ser contemplados los preceptos celestiales por los cuales las almas santas agradaron al Esposo supremo. Si atendemos a estos con diligencia, vemos las manchas de nuestra imagen interna. Al ver las manchas, nos compungimos en el dolor de la penitencia; compungidos, en efecto, somos lavados como en la fuente de los espejos de las mujeres.

11. Es, además, muy necesario que cuando nos afectamos por nosotros mismos en la compunción, también seamos celosos de la vida de los que nos han sido encomendados. Así, pues, nos afecte la amargura de la compunción, de tal modo que no nos aparte de la custodia de los prójimos. ¿Qué aprovecha si, amándonos a nosotros mismos, abandonamos a los prójimos? ¿Qué aprovecha, por el contrario, si amando o siendo celosos de los prójimos, nos abandonamos a nosotros mismos? Pues en el ornato del tabernáculo se manda ofrecer escarlata dos veces teñida (Éxodo 25, 4), para que ante los ojos de Dios nuestra caridad se coloree con el amor de Dios y del prójimo. Pues verdaderamente se ama a sí mismo el que ama puramente al Autor. Entonces, pues, la escarlata se tiñe dos veces cuando el ánimo se inflama por el amor de la verdad hacia sí mismo y hacia el prójimo.

12. Pero entre estas cosas debemos saber que el celo de la rectitud contra los actos malvados de los prójimos debe ejercerse de tal modo que, en el fervor de la severidad, de ningún modo se abandone la virtud de la mansedumbre. Pues la ira del sacerdote de ningún modo debe ser precipitada y perturbada, sino más bien mitigada por la gravedad del consejo. Y, por tanto, debemos tanto sobrellevar a quienes corregimos, como corregir a quienes sobrellevamos, para que, si faltara una de las dos cosas, la acción sacerdotal no carezca de fervor o de mansedumbre. De aquí es, pues, que en el ministerio del templo, en las basas del templo, se expresaron con obra escultórica leones y bueyes y querubines. Querubín es, ciertamente, la plenitud de la ciencia. Pero ¿qué es esto de que en las basas ni se hacen leones sin bueyes, ni bueyes sin leones? Pues ¿qué otra cosa designan las basas en el templo sino a los sacerdotes en la Iglesia? Los cuales, mientras toleran la solicitud del régimen, llevan la carga superpuesta como a modo de basas. En las basas, pues, se expresan querubines, porque conviene sin duda que los pechos de los sacerdotes estén colmados de la plenitud de la ciencia. Por los leones se figura el terror de la severidad, y por los bueyes la paciencia de la mansedumbre. Por tanto, en las basas ni se expresan leones sin bueyes, ni bueyes sin leones, porque siempre en el pecho sacerdotal debe custodiarse la virtud de la mansedumbre con el terror de la severidad, para que la mansedumbre sazone la ira, y el celo de la severidad encienda esa misma mansedumbre, para que tal vez no se disuelva.

13. Sed ista cur loquimur, cum adhuc plerosque gravari factis atrocioribus videamus? Vobis enim sacerdotibus lugens loquor, quia nonnullos vestrum cum praemiis facere ordinationes agnovimus spiritalem gratiam vendere, et de alienis iniquitatibus cum peccati damno temporalia lucra cumulare. Cur ergo ad memoriam vestram non redit quod vox Dominica praecipiens dicit: Gratis accepistis, gratis date (Matth. X, 8). Cur non ante mentis oculos revocatis quod templum Redemptor noster ingressus, cathedras vendentium columbas evertit, et nummulariorum effudit aes? (Joan. II, 1, 2.) Qui namque sunt in templo Dei hodie qui columbas vendunt, nisi qui in Ecclesia pretium de impositione manus accipiunt? Per quam videlicet impositionem Spiritus sanctus coelitus datur. Columba ergo venditur, quia manus impositio, per quam Spiritus sanctus accipitur, ad pretium praebetur. Sed Redemptor noster cathedras vendentium columbas evertit, quia talium negotiatorum sacerdotium destruit. Hinc est enim quod sacri canones simoniacam haeresim damnant, et eos privari sacerdotio praecipiunt, qui de largiendis ordinibus pretium quaerunt. Cathedra ergo vendentium columbas evertitur quando hi qui spiritalem gratiam venundant, vel ante humanos, vel ante Dei oculos, sacerdotio privantur. And quidem multa sunt alia praepositorum mala quae humanos modo oculos latent. Et plerumque se pastores sanctos hominibus exhibent, atque in occultis suis videri turpes ante interni arbitri oculos non erubescunt. Veniet, veniet profecto ille dies, nec longe est, in quo pastorum pastor appareat, et uniuscujusque facta in publicum deducat, et qui modo subditorum culpas per praepositos ulciscitur, tunc praepositorum mala per semetipsum saeviens damnat. Unde et ingressus in templum, per semetipsum quasi flagellum de funiculis fecit, et de domo Dei pravos negotiatores ejiciens, cathedras vendentium columbas evertit (Joan. II, 1, 2), quia subditorum quidem culpas per pastores percutit, sed pastorum vitia per semetipsum ferit. Ecce modo hominibus negari potest quod latenter agitur. Ille certe judex venturus est, cui tacendo quisque se non potest celare, quem negando non potest fallere.

13. Pero ¿por qué hablamos estas cosas, cuando todavía vemos que la mayoría está gravada por hechos más atroces? Pues a vosotros, sacerdotes, os hablo lamentándome, porque hemos sabido que algunos de vosotros hacéis ordenaciones con premios, vendéis la gracia espiritual y acumuláis lucros temporales de las iniquidades ajenas con el daño del pecado. ¿Por qué, pues, no vuelve a vuestra memoria lo que dice la voz Dominica mandando: Gratis lo recibisteis, dadlo gratis (Mat. 10, 8)? ¿Por qué no recordáis ante los ojos de la mente que nuestro Redentor, habiendo entrado en el templo, volcó las cátedras de los que vendían palomas y derramó el dinero de los cambistas? (Juan 2, 1, 2). Pues ¿quiénes son hoy en el templo de Dios los que venden palomas, sino los que en la Iglesia reciben precio por la imposición de manos? Por la cual imposición, evidentemente, se da el Espíritu Santo desde el cielo. La paloma, pues, se vende, porque la imposición de manos, por la cual se recibe el Espíritu Santo, se ofrece por un precio. Pero nuestro Redentor volcó las cátedras de los que vendían palomas, porque destruye el sacerdocio de tales negociantes. De aquí es, pues, que los sagrados cánones condenan la herejía simoníaca y mandan que sean privados del sacerdocio quienes buscan precio por la concesión de las órdenes. Por tanto, la cátedra de los que vendían palomas se vuelca cuando los que venden la gracia espiritual son privados del sacerdocio, ya sea ante los ojos humanos o ante los ojos de Dios. Y ciertamente hay otros muchos males de los prepósitos que ahora están ocultos a los ojos humanos. Y con frecuencia se muestran a los hombres como pastores santos, y en sus secretos no se avergüenzan de ser vistos como torpes ante los ojos del Juez interno. Vendrá, vendrá ciertamente aquel día, y no está lejos, en que el Pastor de los pastores aparezca y saque a la luz los hechos de cada uno, y el que ahora venga las culpas de los súbditos por medio de los prepósitos, entonces castigando los males de los prepósitos los condena por sí mismo. Por lo cual, habiendo entrado en el templo, hizo por sí mismo como un azote de cuerdas y, expulsando de la casa de Dios a los malvados negociantes, volcó las cátedras de los que vendían palomas (Juan 2, 1, 2), porque ciertamente golpea las culpas de los súbditos por medio de los pastores, pero hiere los vicios de los pastores por sí mismo. He aquí que ahora puede negarse a los hombres lo que se hace ocultamente. Ciertamente vendrá aquel Juez, ante el cual nadie puede ocultarse callando, a quien nadie puede engañar negando.

14. Est et aliud, fratres charissimi, quod me de vita Pastorum vehementer affligit; sed ne cui hoc injuriosum videatur fortasse quod assero, me quoque pariter accuso, quamvis, barbarici temporis necessitate compulsus, valde in his jaceo invitus. Ad exteriora enim negotia delapsi sumus, et aliid ex honore suscepimus, atque aliud officio actionis exhibemus. Ministerium praedicationis relinquimus, et ad poenam nostram, ut video, episcopi vocamur, qui honoris nomen, non virtutem tenemus. Relinquunt namque Deum hi qui nobis commissi sunt, et tacemus. In pravis actibus jacent, et correptionis manum non tendimus. Quotidie per multas nequitias pereunt, et eos ad infernum tendere negligenter videmus. Sed quando nos vitam corrigere valeamus alienam, qui negligimus nostram? Curis enim saecularibus intenti, tanto insensibiliores intus efficimur, quanto ad ea quae foris sunt studiosiores videmur. Usu quippe curae terrenae a coelesti desiderio obdurescit animus; et dum ipso suo usu durus efficitur per actionem saeculi, ad ea emolliri non valet quae pertinent ad charitatem Dei. Unde bene sancta Ecclesia de membris suis infirmantibus dicit: Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodivi (Cant. I, 5). Vineae quippe nostrae actiones sunt, quas usu quotidiani laboris excolimus. Sed custodes in vineis positi, nostram vineam minime custodimus, quia dum extraneis actionibus implicamur, ministerium actionis nostrae negligimus. Nullum puto, fratres charissimi, ab aliis majus praejudicium quam a sacerdotibus tolerat Deus, quando eos quos ad aliorum correctionem posuit dare de se exempla pravitatis cernit, quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus. Plerumque, quod est gravius, sacerdotes qui propria dare debuerant etiam aliena diripiunt. Plerumque, si quos humiliter, si quos continenter vivere conspiciunt, irrident. Considerate ergo quid de gregibus agatur, quando pastores lupi fiunt. Hi enim custodiam gregis suscipiunt, qui insidiari gregi dominico non metuunt, contra quos Dei greges custodiri debuerant. Nullum animarum lucra quaerimus, ad nostra quotidie studia vacamus, terrena concupiscimus, humanam gloriam intenta mente captamus. Et quia eo ipso quo caeteris praelati sumus, ad agenda quaelibet majorem licentiam habemus, susceptae benedictionis ministerium vertimus ad ambitionis argumentum; Dei causam relinquimus, ad terrena negotia vacamus; locum sanctitatis accipimus, et terrenis actibus implicamur. Impletum est in nobis profecto quod scriptum est: Et erit sicut populus, sic sacerdos (Osee IV, 9). Sacerdos enim non distat a populo, quando nullo merito suae vulgi transcendit actionem.

14. Hay también otra cosa, carísimos hermanos, que me aflige vehementemente sobre la vida de los Pastores; pero para que no parezca tal vez injurioso a alguien lo que afirmo, yo también me acuso igualmente, aunque, obligado por la necesidad de los tiempos bárbaros, yazgo en estas cosas muy contra mi voluntad. Pues hemos caído en los negocios exteriores, y una cosa hemos recibido por el honor, y otra mostramos por el oficio de la acción. Abandonamos el ministerio de la predicación y, para nuestro castigo, según veo, somos llamados obispos nosotros que tenemos el nombre del honor, no la virtud. Pues abandonan a Dios los que nos han sido encomendados, y callamos. Yacen en actos malvados, y no extendemos la mano de la corrección. Diariamente perecen por muchas iniquidades, y los vemos negligentemente tender al infierno. Pero ¿cuándo podremos corregir la vida ajena nosotros que descuidamos la nuestra? Pues atentos a las preocupaciones seculares, tanto más insensibles nos volvemos por dentro cuanto más estudiosos parecemos hacia las cosas que están fuera. Pues por el uso del cuidado terreno el ánimo se endurece para el deseo celestial; y mientras por su mismo uso se vuelve duro por la acción del mundo, no puede ablandarse para aquellas cosas que pertenecen a la caridad de Dios. De donde bien dice la santa Iglesia sobre sus miembros enfermos: Me pusieron de guardiana en las viñas, mi viña no la guardé (Cant. 1, 5). Nuestras viñas son ciertamente nuestras acciones, las cuales cultivamos con el uso del trabajo cotidiano. Pero puestos como guardianes en las viñas, mínimamente guardamos nuestra propia viña, porque mientras nos implicamos en acciones extrañas, descuidamos el ministerio de nuestra propia acción. Pienso, carísimos hermanos, que Dios no tolera mayor prejuicio de otros que de los sacerdotes, cuando ve dar ejemplos de perversidad de sí mismos a aquellos a quienes puso para la corrección de los demás, cuando pecamos nosotros mismos, que debimos refrenar los pecados. Con frecuencia, lo que es más grave, los sacerdotes que debieron dar lo propio incluso arrebatan lo ajeno. Con frecuencia, si ven a algunos vivir humildemente, si a algunos vivir con continencia, se burlan de ellos. Considerad, pues, qué se hace de los rebaños cuando los pastores se vuelven lobos. Pues asumen la custodia del rebaño estos que no temen acechar al rebaño del Señor, contra quienes los rebaños de Dios debieron ser custodiados. No buscamos ningún lucro de almas, vacamos diariamente a nuestros propios estudios, codiciamos las cosas terrenas, captamos la gloria humana con mente atenta. Y porque por eso mismo que somos antepuestos a los demás tenemos mayor licencia para hacer cualquier cosa, convertimos el ministerio de la bendición recibida en argumento de ambición; abandonamos la causa de Dios, vacamos a los negocios terrenos; recibimos el lugar de la santidad y nos implicamos en actos terrenos. Se ha cumplido en nosotros ciertamente lo que está escrito: Y será como el pueblo, así el sacerdote (Oseas 4, 9). Pues el sacerdote no dista del pueblo cuando por ningún mérito suyo trasciende la acción del vulgo.

15. Imploremus Jeremiae lacrymas; consideret mortem nostram, et deplorans dicat: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum? (Thren. IV, 1.) Aurum quippe obscuratum est, quia sacerdotum vita quondam per gloriam virtutum clara, nunc per actiones infimas ostenditur reproba. Color optimus est mutatus, quia ille sanctitatis habitus per terrena et abjecta opera ad ignominiam despectionis venit. Lapides vero sanctuarii intrinsecus habebantur, nec sumebantur in summi sacerdotis corpore, nisi cum, sancta sanctorum ingrediens, in secreto sui conditoris apparebat. Nos ergo, fratres charissimi, nos sumus lapides sanctuarii qui apparere semper debemus in secreto Dei; quos nunquam necesse est foris conspici, id est nunquam in extraneis actionibus videri. Sed dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum, quia hi qui per vitam et orationem intus semper esse debuerant per vitam reprobam foris vacant. Ecce jam pene nulla est saeculi actio quam non sacerdotes administrent. Dum ergo, in sancto habitu constituti, exteriora sunt quae exhibent, quasi sanctuarii lapides foris jacent. Quia enim Graeca voce platea a latitudine vocatur, sanctuarii lapides a plateis sunt cum religiosi quique lata mundi itinera sectantur. Nec solum in plateis, sed et in capite platearum dispersi sunt, quia et per desiderium hujus mundi opera peragunt, et tamen de religioso habitu culmen honoris quaerunt. In capite ergo platearum dispersi sunt, quia et jacent per ministerium operis, et honorari volunt de imagine sanctitatis.

16. Quanto autem mundus gladio feriatur aspicitis, quibus quotidie percussionibus intereat populus videtis. Cujus hoc nisi nostro praecipue peccato agitur? Ecce depopulatae urbes, eversa castra, Ecclesiae ac monasteria destructa, in solitudinem agri redacta sunt. Sed nos pereunti populo auctores mortis existimus, qui esse debuimus duces ad vitam. Ex nostro etenim peccato populi turba prostrata est, quia, nostra faciente negligentia, ad vitam erudita non est. Quid autem animas hominum nisi cibum Domini dixerimus, quae ad hoc sunt conditae, ut in ejus corpore trajiciantur, id est ut in aeternae Ecclesiae augmentum tendant? Sed hujus cibi condimentum nos esse debuimus. Sicut enim paulo superius praefati sumus, missis praedicatoribus dicitur: Vos estis sal terrae (Matth. V, 13). Si igitur cibus Dei est populus, condimentum cibi sacerdotes esse debuerunt.

15. Imploremos las lágrimas de Jeremías; considere nuestra muerte, y deplorando diga: ¿Cómo se ha oscurecido el oro, se ha mudado el color óptimo, se han dispersado las piedras del santuario en el cabo de todas las plazas? (Lam. 4, 1). El oro ciertamente se ha oscurecido, porque la vida de los sacerdotes, antaño clara por la gloria de las virtudes, ahora se muestra reprobada por las acciones más ínfimas. El color óptimo se ha mudado, porque aquel hábito de santidad ha llegado a la ignominia del desprecio por las obras terrenas y abyectas. En verdad las piedras del santuario se tenían en el interior, ni se tomaban sobre el cuerpo del sumo sacerdote sino cuando, entrando en el lugar santísimo, aparecía en el secreto de su Creador. Nosotros, pues, hermanos carísimos, nosotros somos las piedras del santuario que debemos aparecer siempre en el secreto de Dios; a quienes nunca es necesario ser vistos fuera, es decir, nunca ser vistos en acciones extrañas. Pero se han dispersado las piedras del santuario en el cabo de todas las plazas, porque estos que por la vida y la oración debieron estar siempre dentro, vacan fuera por una vida reprobada. He aquí que ya casi no hay acción del mundo que los sacerdotes no administren. Mientras, pues, constituidos en el hábito santo, son exteriores las cosas que exhiben, yacen fuera como piedras del santuario. Porque, ya que en la voz griega platea se llama por la latitud, las piedras del santuario están de las plazas cuando cualesquiera religiosos siguen los anchos caminos del mundo. Y no solo en las plazas, sino también en el cabo de las plazas están dispersos, porque tanto realizan obras por el deseo de este mundo, como sin embargo buscan la cumbre del honor por el hábito religioso. En el cabo, pues, de las plazas están dispersos, porque tanto yacen por el ministerio de la obra, como quieren ser honrados por la imagen de la santidad.

16. Por otra parte, veis con qué gran espada es golpeado el mundo, veis con qué diarias percusiones perece el pueblo. ¿Por pecado de quién se hace esto sino especialmente por el nuestro? He aquí ciudades despobladas, campamentos derribados, iglesias y monasterios destruidos, los campos han sido reducidos a una soledad. Pero nosotros existimos como autores de muerte para el pueblo que perece, nosotros que debimos ser guías a la vida. Pues por nuestro pecado la turba del pueblo está postrada, porque, por nuestra negligencia, no fue instruida para la vida. ¿Y qué llamaremos a las almas de los hombres sino el alimento del Señor, que han sido creadas para esto, para que sean trasladadas a su cuerpo, esto es, para que tiendan al aumento de la Iglesia eterna? Pero nosotros debimos ser el condimento de este alimento. Pues como un poco más arriba prefijamos, se dice a los predicadores enviados: Vosotros sois la sal de la tierra (Mat. 5, 13). Si, pues, el pueblo es el alimento de Dios, los sacerdotes debieron ser el condimento del alimento.

Sed quia dum nos ab orationis et eruditionis sanctae usu cessamus, sal infatuatum est, condire non valet cibos Dei, atque idcirco ab auctore non sumitur, quia exigente fatuitate nostra, minime conditur. Pensemus ergo qui unquam per linguam nostram conversi, qui de perverso suo opere nostra increpatione correpti, poenitentiam egerunt, quis luxuriam ex nostra eruditione deseruit, quis avaritiam, quis superbiam declinavit? Pensemus quod lucrum Deo fecimus nos, qui, accepto talento, ab eo ad negotium missi sumus. Etenim dicit: Negotiamini dum venio (Luc. XIX, 13). Ecce jam venit, ecce de nostro negotio lucrum requirit. Quale ei animarum lucrum de nostra negotiatione monstrabimus? Quot ejus conspectui animarum manipulos de praedicationis nostrae segete illaturi sumus?

17. Ponamus ante oculos nostros illum tantae districtionis diem, quo judex veniet, et rationem cum servis suis, quibus talenta credidit ponet (Ibid.). Ecce in majestate terribili, inter angelorum atque archangelorum choros videbitur. In illo tanto examine electorum omnium et reproborum multitudo deducetur, et unusquisque quid sit operatus ostendetur. Ibi Petrus cum Judaea conversa, quam post se traxit, apparebit. Ibi Paulus conversum, ut ita dixerim, mundum ducens. Ibi Andreas post se Achaiam, ibi Joannes Asiam, Thomas Indiam, in conspectum sui regis conversam ducet. Ibi omnes dominici gregis arietes cum animarum lucris apparebunt, qui sanctis suis praedicationibus Deo post se subditum gregem trahunt. Cum igitur tot pastores cum gregibus suis ante aeterni pastoris oculos venerint, nos miseri quid dicturi sumus, qui ad Dominum nostrum post negotium vacui redimus, qui pastorum nomen habuimus et oves quas ex nutrimento nostro debeamus ostendere non habemus? Hic pastores vocati sumus, et ibi gregem non ducimus.

18. Sed nunquid si nos negligimus, omnipotens Deus deserit oves suas? Nullo modo; nam ipse eas, sicut per prophetam pollicitus est, per semetipsum pascit (Ezech. XXXIV), omnesque quos praeordinavit ad vitam, flagellorum stimulis, compunctionis spiritu erudit. Et per nos quidem fideles ad sanctum baptisma veniunt, nostris precibus benedicuntur, et per impositionem nostrarum manuum a Deo Spiritum sanctum percipiunt, atque ipsi ad regnum coelorum pertingunt, et ecce nos per negligentiam nostram deorsum tendimus.

Pero porque mientras cesamos del uso de la oración y de la instrucción santa, la sal se ha vuelto fatua, no puede condimentar los alimentos de Dios, y por eso no es tomada por el Autor, porque por la exigencia de nuestra fatuidad, mínimamente se condimenta. Pensemos, pues, quién alguna vez por nuestra lengua se ha convertido, quién corregido de su obra perversa por nuestra increpación ha hecho penitencia, quién ha abandonado la lujuria por nuestra instrucción, quién la avaricia, quién ha declinado la soberbia. Pensemos qué lucro hemos hecho para Dios nosotros que, recibido el talento, hemos sido enviados por Él al negocio. Pues dice: Negociad hasta que yo venga (Lc. 19, 13). He aquí que ya viene, he aquí que requiere lucro de nuestro negocio. ¿Qué lucro de almas le mostraremos de nuestra negociación? ¿Cuántos gavillas de almas de la cosecha de nuestra predicación vamos a introducir a su vista?

17. Pongamos ante nuestros ojos aquel día de tanta severidad, en que vendrá el Juez, y pondrá la razón con sus siervos, a quienes confió los talentos (Ibíd.). He aquí que se verá en majestad terrible, entre los coros de los ángeles y de los arcángeles. En aquel tan gran examen, se deducirá la multitud de todos los elegidos y de los reprobados, y se mostrará qué ha obrado cada uno. Allí aparecerá Pedro con la Judea convertida, que arrastró tras de sí. Allí Pablo llevando, por así decirlo, al mundo convertido. Allí Andrés llevará tras de sí a Acaya, allí Juan a Asia, Tomás a la India, las llevará convertidas ante la vista de su Rey. Allí aparecerán todos los carneros del rebaño del Señor con los lucros de las almas, que por sus santas predicaciones atraen tras de sí a Dios al rebaño súbdito. ¿Qué diremos nosotros miserables, cuando tantos pastores con sus rebaños hayan venido ante los ojos del eterno Pastor, que volvemos vacíos a nuestro Señor después del negocio, que tuvimos el nombre de pastores y no tenemos ovejas que debamos mostrar procedentes de nuestro nutrimento? Aquí somos llamados pastores, y allí no llevamos rebaño.

18. Pero, ¿acaso si nosotros somos negligentes, Dios omnipotente desampara a sus ovejas? De ningún modo; pues Él mismo, como prometió por el profeta, las apacienta por sí mismo (Ez. 34), e instruye a todos los que preordinó para la vida con los estímulos de los azotes, con el espíritu de la compunción. Y por nosotros ciertamente los fieles vienen al santo bautismo, son bendecidos con nuestras oraciones, y por la imposición de nuestras manos perciben de Dios el Espíritu Santo, y ellos mismos llegan al reino de los cielos, y he aquí que nosotros por nuestra negligencia tendemos hacia abajo.

Ingrediuntur electi, sacerdotum manibus expiati, coelestem patriam; et sacerdotes ipsi per vitam reprobam ad inferni supplicia festinant. Cui ergo rei, cui similes dixerim sacerdotes malos, nisi aquae baptismatis, quae peccata baptizatorum diluens, illos ad regnum coeleste mittit, et ipsa postea in cloacas descendit? Timeamus haec, fratres, conveniat actioni nostrae ipsum ministerium nostrum. De peccatorum nostrorum relaxatione quotidie cogitemus, ne nostra vita peccato obligata remaneat, per quam omnipotens Deus quotidie alios solvit. Consideremus sine cessatione quid sumus, pensemus negotium nostrum, pensemus pondus quod suscepimus. Faciamus quotidie nobiscum rationes, quas cum nostro judice habemus. Et sic debemus agere curam nostri, ut non negligamus curam proximi, ut quisquis ad nos jungitur ex linguae nostrae sale condiatur. Cum vacantem quempiam et lubricum videmus, admonendus est ut conjugio frenare studeat iniquitatem suam, quatenus per hoc quod licet discat superare quod non licet. Cum conjugatum videmus, admonendus est ut sic exerceat curam saeculi, ne postponat amorem Dei; sic placeat voluntati conjugis, ut non displiceat conditori. Cum clericum videmus, admonendus est quatenus sic vivat, ut exemplum vitae saecularibus praebeat, ne si quid in illo juste reprehenditur, ex ejus vitio ipsa religionis nostrae aestimatio gravetur. Cum monachum videmus, admonendus est ut reverentiam habitus sui in actu, in locutione, in cogitatione sua semper circumspiciat, ut ea quae mundi sunt perfecte deserat, et quod ostendit humanis oculis habitu, hoc ante Dei oculos moribus praetendat. Iste itaque jam sanctus est, admoneatur ut crescat; ille vero adhuc iniquus est, admoneatur ut se corrigat, quatenus quisquis se ad sacerdotem junxerit, sale sermonis illius conditus recedat. Haec, fratres, vobiscum sollicite cogitate, haec et proximis vestris impendite; omnipotenti Deo fructum vos reddere de negotio quod accepistis parate. Sed ista quae dicimus melius apud vos orando quam loquendo obtinebimus.

OREMUS. Deus, qui nos pastores in populos vocare voluisti, praesta, quaesumus, ut hoc quod humano ore dicimur, in tuis oculis esse valeamus. Per Dominum nostrum, etc.

HOMILIA XVIII.

Habita ad populum in basilica sancti Petri apostoli, Dominica in Passione. LECTIO. EVANG. SEC. JOAN. VIII, 45-69.

Entran los elegidos, expiados por las manos de los sacerdotes, en la patria celestial; y los sacerdotes mismos por una vida reprobada se apresuran a los suplicios del infierno. ¿A qué cosa, pues, a qué diré que son semejantes los malos sacerdotes sino al agua del bautismo, la cual, lavando los pecados de los bautizados, los envía al reino celestial, y ella misma después desciende a las cloacas? Temamos esto, hermanos, convenga al ministerio nuestro nuestra misma acción. Pensemos diariamente en la relajación de nuestros pecados, para que nuestra vida no permanezca obligada al pecado, por la cual Dios omnipotente diariamente suelta a otros. Consideremos sin cesar qué somos, pensemos en nuestro negocio, pensemos en el peso que hemos asumido. Hagamos diariamente cuentas con nosotros mismos, las cuales tenemos con nuestro juez. Y así debemos ejercer el cuidado de nosotros, que no descuidemos el cuidado del prójimo, para que quienquiera que se una a nosotros sea condimentado por la sal de nuestra lengua. Cuando vemos a alguien vacante y resbaladizo, debe ser amonestado para que estudie refrenar su iniquidad con el matrimonio, para que por esto que es lícito aprenda a superar lo que no es lícito. Cuando vemos a un casado, debe ser amonestado para que de tal modo ejerza el cuidado del siglo, que no posponga el amor de Dios; de tal modo agrade a la voluntad del cónyuge, que no desagrade al Creador. Cuando vemos a un clérigo, debe ser amonestado para que viva de tal modo que ofrezca ejemplo de vida a los seglares, no sea que si algo en él es justamente reprendido, por su vicio se grave la estimación misma de nuestra religión. Cuando vemos a un monje, debe ser amonestado para que siempre mire en torno a la reverencia de su hábito en el acto, en la locución, en su pensamiento, para que abandone perfectamente aquellas cosas que son del mundo, y lo que muestra a los ojos humanos con el hábito, esto lo pretenda con sus costumbres ante los ojos de Dios. Este, pues, ya es santo, sea amonestado para que crezca; aquel, en cambio, todavía es inicuo, sea amonestado para que se corrija, para que quienquiera que se haya unido a un sacerdote, se retire condimentado por la sal de su sermón. Pensad solícitamente estas cosas con vosotros, hermanos, y gastad estas también con vuestros prójimos; preparaos para devolver fruto a Dios omnipotente del negocio que recibisteis. Pero estas cosas que decimos las obtendremos mejor entre vosotros orando que hablando.

OREMOS. Dios, que quisiste llamarnos pastores entre los pueblos, concede, te rogamos, que esto que somos llamados por la boca humana, podamos serlo ante tus ojos. Por nuestro Señor, etc.

HOMILÍA XVIII.

Pronunciada ante el pueblo en la basílica de san Pedro apóstol, el domingo de Pasión. LECCIÓN. EVANGELIO SEGÚN JUAN VIII, 45-69.

In illo tempore, dicebat Jesus turbis Judaeorum, et principibus sacerdotum: Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Qui ex Deo est verba Dei audit; propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Responderunt igitur Judaei, et dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, et daemonium habes? Respondit Jesus: Ego daemonium non habeo, sed honorifico Patrem meum; et vos inhonorastis me. Ego autem non quaero gloriam meam, est qui quaerat et judicet. Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in aeternum. Dixerunt ergo Judaei: Nunc cognovimus quia daemonium habes. Abraham mortuus est, et prophetae, et tu dicis: Si quis sermonem meum servaverit mortem non gustabit in aeternum. Nunquid tu major es patre nostro Abraham, qui mortuus est? et prophetae mortui sunt. Quem teipsum facis? Respondit Jesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est Pater meus qui glorificat me quem vos dicitis quia Deus vester est, et non cognovistis eum. Ego autem novi eum. Et si dixero quia non scio eum, ero similis vobis, mendax; sed scio eum, et sermonem ejus servo. Abraham pater vester exsultavit ut videret diem meum; vidit et gavisus est. Dixerunt ergo Judaei ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, et Abraham vidisti? Dixit eis Jesus: Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret ego sum. Tulerunt ergo lapides ut jacerent in eum. Jesus autem abscondit se, et exivit de templo.

1. Pensate, fratres charissimi, mansuetudinem Dei. Relaxare peccata venerat, et dicebat: Quis ex vobis arguet me de peccato? Non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorem non esse, qui ex virtute divinitatis poterat peccatores justificare. But it is very terrible what is added: Qui ex Deo est verba Dei audit; propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Si enim ipse verba Dei audit qui ex Deo est, et audire verba ejus non potest quisquis ex illo non est, interroget se unusquisque si verba Dei in aure cordis percipit, et intelliget unde sit. Coelestem patriam desiderare Veritas jubet, carnis desideria conteri, mundi gloriam declinare, aliena non appetere, propria largiri. Penset ergo apud se unusquisque vestrum si haec vox Dei in cordis ejus aure convaluit, et quia jam ex Deo sit agnoscit. Nam sunt nonnulli qui praecepta Dei nec aure corporis percipere dignantur. Et sunt nonnulli qui haec quidem corporis aure percipiunt, sed nullo ea mentis desiderio complectuntur. Et sunt nonnulli qui libenter verba Dei suscipiunt, ita ut etiam in fletibus compungantur, sed post lacrymarum tempus ad iniquitatem redeunt. Hi profecto verba Dei non audiunt, qui haec exercere opere contemnunt. Vitam ergo vestram, fratres charissimi, ante mentis oculos revocate, et alta consideratione pertimescite hoc quod ex ore Veritatis sonat: Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Sed hoc quod de reprobis Veritas loquitur, ipsi hoc de semtipsis reprobi suis operibus ostendunt. Nam sequitur: Responderunt igitur Judaei, et dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, et daemonium habes?

En aquel tiempo, decía Jesús a las turbas de los judíos, y a los príncipes de los sacerdotes: ¿Quién de vosotros me redargüirá de pecado? Si digo la verdad, ¿por qué no me creéis? El que es de Dios las palabras de Dios oye; por eso vosotros no las oís, porque no sois de Dios. Respondieron, pues, los judíos, y le dijeron: ¿No decimos bien nosotros que tú eres samaritano, y que tienes demonio? Respondió Jesús: Yo no tengo demonio, sino que honro a mi Padre; y vosotros me habéis deshonrado. Yo, empero, no busco mi gloria; hay quien la busque y juzgue. En verdad, en verdad os digo: si alguno guardare mi palabra, no verá muerte para siempre. Dijeron, pues, los judíos: Ahora hemos conocido que tienes demonio. Abraham murió, y los profetas; y tú dices: Si alguno guardare mi palabra, no gustará muerte para siempre. ¿Acaso eres tú mayor que nuestro padre Abraham, que murió? y los profetas murieron. ¿A quién te haces a ti mismo? Respondió Jesús: Si yo me glorifico a mí mismo, mi gloria nada es. Es mi Padre el que me glorifica, de quien vosotros decís que es vuestro Dios. Y no le habéis conocido; mas yo le conozco. Y si dijere que no le conozco, seré semejante a vosotros, mentiroso; mas le conozco, y guardo su palabra. Abraham vuestro padre se regocijó de ver mi día; lo vio y se alegró. Dijeron, pues, los judíos a él: Cincuenta años aún no tienes, ¿y a Abraham has visto? Dijo a ellos Jesús: En verdad, en verdad os digo: antes que Abraham fuese hecho, yo soy. Tomaron, pues, piedras para lanzárselas. Mas Jesús se escondió, y salió del templo.

1. Pensad, hermanos carísimos, en la mansedumbre de Dios. Había venido a relajar los pecados, y decía: ¿Quién de vosotros me redargüirá de pecado? No se digna mostrar por la razón que no es pecador quien por la virtud de la divinidad podía justificar a los pecadores. Pero es muy terrible lo que se añade: El que es de Dios las palabras de Dios oye; por eso vosotros no las oís, porque no sois de Dios. Pues si oye las palabras de Dios quien es de Dios, y no puede oír sus palabras quienquiera que no es de Él, interróguese cada uno si percibe las palabras de Dios en el oído del corazón, y entenderá de dónde es. La Verdad manda desear la patria celestial, quebrantar los deseos de la carne, declinar la gloria del mundo, no apetecer lo ajeno, dar de lo propio. Pensemos, pues, entre sí cada uno de vosotros si esta voz de Dios ha cobrado fuerza en el oído de su corazón, y reconoce que ya es de Dios. Pues hay algunos que ni siquiera con el oído del cuerpo se dignan percibir los preceptos de Dios. Y hay algunos que perciben estos ciertamente con el oído del cuerpo, pero con ningún deseo de la mente los abrazan. Y hay algunos que gustosamente reciben las palabras de Dios, de tal modo que incluso se compungen en llantos, pero después del tiempo de las lágrimas vuelven a la iniquidad. Estos ciertamente no oyen las palabras de Dios, que desprecian ejercitar estas cosas con la obra. Por tanto, hermanos carísimos, revocad vuestra vida ante los ojos de la mente, y con alta consideración temed grandemente esto que suena de la boca de la Verdad: Por eso vosotros no las oís, porque no sois de Dios. Pero esto que la Verdad habla de los reprobados, los mismos reprobados muestran esto de sí mismos con sus obras. Pues sigue: Respondieron, pues, los judíos, y le dijeron: ¿No decimos bien nosotros que tú eres samaritano, y que tienes demonio?

2. Accepta autem tanta contumelia, quid Dominus respondeat audiamus: Ego daemonium non habeo, sed honorifico Patrem meum, et vos inhonorastis me. Quia enim Samaritanus interpretatur custos, et ipse veraciter custos est de quo Psalmista ait: Nisi Dominus custodierit civitatem, in vanum vigilant qui custodiunt eam (Psal. CXXVI, 1); et cui per Isaiam dicitur: Custos quid de nocte? custos quid de nocte? (Isai. XXI, 11.) respondere noluit Dominus: Samaritanus non sum; sed, Ego daemonium non habeo. Duo quippe ei illata fuerunt: unum negavit, aliud tacendo consensit. Custos namque humani generis venerat; et si Samaritanum se non esse diceret, esse se custodem negaret. Sed tacuit quod recognovit, et patienter repulit quod dictum fallaciter audivit, dicens: Ego daemonium non habeo. In quibus verbis quid aliud nisi superbia nostra confunditur? quae si exagitata vel leviter fuerit, atrociores injurias reddit, quam acceperat: facit mala quae potest, minatur et quae facere non potest. Ecce injuriam suscipiens Dominus non irascitur, non contumeliosa verba respondet. Qui si eisdem ista dicentibus respondere voluisset: Daemonium vos habetis, verum profecto diceret, quia nisi impleti essent daemonio, tam perversa de Deo loqui non possent. Sed accepta injuria etiam quod verum erat dicere Veritas noluit, ne non dixisse veritatem, sed provocatus contumeliam reddidisse videretur. Ex qua re quid nobis innuitur, nisi ut eo tempore quo a proximis ex falsitate contumelias accipimus, eorum etiam vera mala taceamus, ne ministerium justae correptionis in arma vertamus furoris? Sed quia quisquis Dei zelo utitur a pravis hominibus dehonestatur, in semetipso nobis Dominus patientiae praebuit exemplum, qui ait: Sed honorifico Patrem meum, et vos inhonorastis me. Sed quid nobis ad ista faciendum sit, adhuc exemplo nos admonet, cum subjungit: Ego autem non quaero gloriam meam, est qui quaerat et judicet. Scimus certe quod scriptum est, quia Pater omne judicium dedit Filio, et tamen ecce idem Filius injurias accipiens gloriam suam non quaerit. Illatas contumelias Patris judicio reservat, ut nobis profecto insinuet quantum nos esse patientes debemus, dum se adhuc ulcisci non vult et ipse qui judicat. Cum vero malorum perversitas crescit non solum praedicatio frangi non debet, sed etiam augeri. Quod suo Dominus exemplo nos admonet, qui postquam habere daemonium dictus est praedicationis suae beneficia largius impendit, dicens: Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in aeternum. Sed sicut bonis necesse est ut meliores etiam per contumelias existant, ita semper reprobi de beneficio pejores fiunt.

2. Pero recibida tan gran contumelia, oigamos qué responde el Señor: Yo no tengo demonio, sino que honro a mi Padre, y vosotros me habéis deshonrado. Porque, como samaritano se interpreta "guardián", y Él mismo es verdaderamente el guardián de quien dice el Salmista: Si el Señor no guardare la ciudad, en vano vigilan los que la guardan (Sal. 126, 1); y a quien se dice por Isaías: Guardián, ¿qué de la noche? guardián, ¿qué de la noche? (Is. 21, 11), no quiso el Señor responder: No soy samaritano; sino: Yo no tengo demonio. Pues dos cosas le fueron atribuidas: una la negó, con la otra consintió callando. Pues había venido como guardián del género humano; y si dijera que no era samaritano, negaría que fuera guardián. Pero calló lo que reconoció, y pacientemente repelió lo que oyó decir falazmente, diciendo: Yo no tengo demonio. En cuyas palabras, ¿qué otra cosa sino nuestra soberbia es confundida? la cual, si fuese agitada aunque sea levemente, devuelve injurias más atroces de las que había recibido: hace los males que puede, y amenaza incluso con los que no puede hacer. He aquí que recibiendo injuria el Señor no se irrita, no responde con palabras contumeliosas. El cual, si hubiera querido responder a los que decían estas cosas: Vosotros tenéis demonio, diría ciertamente la verdad, porque si no estuvieran llenos de demonio, no podrían hablar cosas tan perversas de Dios. Pero recibida la injuria, la Verdad no quiso decir ni siquiera lo que era verdad, para que no pareciera no haber dicho la verdad, sino haber devuelto contumelia provocado. Por lo cual, ¿qué se nos insinúa sino que en aquel tiempo en que recibimos de los prójimos contumelias por falsedad, callemos también sus males verdaderos, para que no convirtamos el ministerio de la justa corrección en armas del furor? Pero porque quienquiera que usa el celo de Dios es deshonrado por hombres malvados, en sí mismo nos dio el Señor ejemplo de paciencia, quien dice: Pero honro a mi Padre, y vosotros me habéis deshonrado. Pero qué debemos hacer nosotros ante esto, todavía nos amonesta con el ejemplo, cuando añade: Yo, empero, no busco mi gloria; hay quien la busque y juzgue. Sabemos ciertamente lo que está escrito, que el Padre dio todo juicio al Hijo, y sin embargo he aquí que el mismo Hijo recibiendo injurias no busca su gloria. Reserva las contumelias inferidas al juicio del Padre, para que nos insinúe ciertamente cuán pacientes debemos ser nosotros, mientras todavía no quiere vengarse Él mismo que juzga. Cuando, empero, crece la perversidad de los malos, no solo no debe quebrarse la predicación, sino incluso aumentarse. Lo cual nos amonesta el Señor con su ejemplo, quien después que se dijo que tenía demonio, otorgó los beneficios de su predicación más largamente, diciendo: En verdad, en verdad os digo: si alguno guardare mi palabra, no verá muerte para siempre. Pero así como es necesario para los buenos que existan incluso mejores por las contumelias, así siempre los reprobados se vuelven peores por el beneficio.

Nam accepta praedicatione iterum dicunt: Nunc cognovimus quia daemonium habes. Quia enim aeternae morti inhaeserant, et eamdem mortem cui inhaeserant non videbant, dum solam mortem carnis aspicerent, in Veritatis sermone caligabant, dicentes: Abraham mortuus est, et prophetae mortui sunt, et tu dicis: Si quis sermonem meum servaverit, mortem non gustabit in aeternum? Unde et ipsi Veritati eumdem Abraham et prophetas quasi venerantes praeferunt. Sed aperta nobis ratione ostenditur quia qui Deum nesciunt Dei quoque famulos falso venerantur.

3. Et notandum quod vidit eos Dominus aperta sibi impugnatione resistere, et tamen eis se iterata non desinit voce praedicare, dicens: Abraham pater vester exsultavit ut videret diem meum; vidit, et gavisus est (Genes. XVIII, 1, seq.). Tunc quippe diem Domini Abraham vidit, cum in figura summae Trinitatis tres angelos hospitio suscepit; quibus profecto susceptis, sic tribus quasi uni locutus est, quia etsi in personis numerus Trinitatis est, in natura unitas divinitatis est. Sed carnales mentes audientium oculos a carne non sublevant, dum in eo solam carnis aetatem pensant, dicentes: Quinquaginta annos nondum habes, et Abraham vidisti? Quos benigne Redemptor noster a carnis suae intuitu submovet, et ad divinitatis contemplationem trahit, dicens: Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Ante enim praeteriti temporis est, Sum praesentis. Et quia praeteritum et futurum tempus Divinitas non habet, sed semper esse habet, non ait: Ante Abraham ego fui, sed Ante Abraham ego sum. Unde et ad Moysen dicitur: Ego sum qui sum. Et, Dices aliis Israel: Qui est misit me ad vos (Exod. III, 14). Ante ergo et post Abraham habuit, qui et accedere potuit per exhibitionem praesentiae, et recedere per cursum vitae. Veritas vero semper esse habet, quia ei quidquam nec priori tempore incipitur, nec subsequenti terminatur. Sed sustinere ista aternitatis verba mentes infidelium non valentes, ad lapides currunt, et quem intelligere non poterant, obruere quaerebant

4. Quid autem contra furorem lapidantium Dominus fecerit ostenditur cum protinus subinfertur: Jesus autem abscondit se, et exivit de templo. Mirum valde est, fratres charissimi, cur persecutores suos Dominus se abscondendo declinaverit, qui si divinitatis suae potentiam exercere voluisset, tacito nutu mentis in suis eos ictibus ligaret, aut in poena subitae mortis obrueret. Sed quia pati venerat, exercere judicium nolebat. Certe sub ipso passionis tempore et quantum poterat ostendit, et tamen hoc ad quod venerat pertulit.

Pues recibida la predicación dicen de nuevo: Ahora hemos conocido que tienes demonio. Porque, habiéndose adherido a la muerte eterna, y no veían la misma muerte a la que se habían adherido, mientras solo miraban la muerte de la carne, se oscurecían en la palabra de la Verdad, diciendo: Abraham murió, y los profetas murieron, ¿y tú dices: Si alguno guardare mi palabra, no gustará muerte para siempre? De donde ellos mismos anteponen al mismo Abraham y a los profetas, como venerándolos, a la Verdad misma. Pero con abierta razón se nos muestra que los que no conocen a Dios también veneran falsamente a los siervos de Dios.

3. Y debe notarse que el Señor vio que ellos se resistían con abierta impugnación, y sin embargo no deja de predicarles con voz reiterada, diciendo: Abraham vuestro padre se regocijó de ver mi día; lo vio y se alegró (Gén. 18, 1 y ss.). Entonces ciertamente vio Abraham el día del Señor, cuando en figura de la suma Trinidad recibió a tres ángeles en hospitalidad; a los cuales ciertamente recibidos, habló a los tres como a uno, porque aunque en las personas hay número de Trinidad, en la naturaleza hay unidad de divinidad. Pero las mentes carnales de los oyentes no levantan sus ojos de la carne, mientras piensan en Él solo la edad de la carne, diciendo: Cincuenta años aún no tienes, ¿y a Abraham has visto? A quienes benignamente nuestro Redentor aparta del intuito de su carne, y los atrae a la contemplación de la divinidad, diciendo: En verdad, en verdad os digo: antes que Abraham fuese hecho, yo soy. "Antes", pues, es de tiempo pasado; "soy", de presente. Y porque la Divinidad no tiene tiempo pasado y futuro, sino que siempre tiene el ser, no dijo: Antes de Abraham yo fui; sino: Antes que Abraham fuese hecho, yo soy. De donde también se dice a Moisés: Yo soy el que soy. Y: Dirás a los hijos de Israel: El que es me envió a vosotros (Éx. 3, 14). Antes, pues, y después tuvo Abraham, quien pudo tanto acercarse por la exhibición de la presencia, como retirarse por el curso de la vida. Pero la Verdad siempre tiene el ser, porque para ella nada se empieza en un tiempo anterior, ni se termina en uno subsiguiente. Pero no pudiendo las mentes de los infieles sostener estas palabras de eternidad, corren a las piedras, y a quien no podían entender, buscaban abrumar.

4. Qué hizo el Señor contra el furor de los que le apedreaban se muestra cuando inmediatamente se añade: Mas Jesús se escondió, y salió del templo. Es muy admirable, hermanos carísimos, por qué el Señor declinó a sus perseguidores escondiéndose, quien si hubiera querido ejercer la potencia de su divinidad, con un tácito signo de la mente los ligaría en sus mismos golpes, o los abrumaría en la pena de una muerte súbita. Pero porque había venido a padecer, no quería ejercer juicio. Ciertamente bajo el tiempo mismo de la pasión tanto mostró cuanto pudo, y sin embargo soportó esto para lo que había venido.

Nam cum persecutoribus suis se quaerentibus diceret: Ego sum (Joan. XVIII, 6), sola hac voce eorum superbiam perculit, et omnes in terram stravit. Qui ergo et hoc in loco potuit manus lapidantium non se abscondendo evadere, cur abscondit se, nisi quod homo inter homines factus Redemptor noster, alia nobis verbo loquitur, alia exemplo? Quid autem nobis hoc exemplo loquitur, nisi ut, etiam cum resistere possumus, iram superbientium humiliter declinemus? Unde et per Paulum dicitur: Date locum irae (Rom XII, 19). Quanta humilitate iram proximi fugere debeat, perpendat homo, si furores irascentium abscondendo se declinavit Deus. Nemo ergo se contra acceptas contumelias erigat, nemo conviciis convicium reddat. Imitatione etenim Dei, gloriosius est injuriam tacendo fugere, quam respondendo superare.

5. Sed contra hoc superbia dicit in corde: Turpe est ut, accepta injuria, taceas. Quisquis conspicit quia contumeliam accipis et taces, non putat quia patientiam exhibes, sed crimina agnoscis. Sed unde vox ista in corde nostro contra patientiam nascitur, nisi quia in imis cogitationem fiximus et dum in terra gloriam quaerimus, placere ei qui nos de coelo conspicit non curamus? Accepta ergo contumelia, meditemur in opere vocem Dei: Ego non quaero gloriam meam, est qui quaerat et judicet. Hoc autem quod de Domino scriptum est, Abscondit se, intelligi et aliter potest. Multa quippe Judaeis praedicaverat, sed praedicationis ejus verba deridebant. Deteriores quoque ex praedicatione facti sunt, qui usque ad jaciendos lapides pervenerunt. Et quid abscondendo se Dominus significat, nisi quod eis ipsa veritas absconditur, qui ejus verba sequi contemnunt? Eam quippe quam non invenit humilem veritas fugit mentem. Et quam multi sunt hodie qui Judaeorum duritiam detestantur, quia praedicationem Domini audire noluerunt, et tamen quales illos arguunt fuisse ad fidem, tales ipsi sunt ad operationem. Praecepta Domini audiunt, miracula cognoscunt, sed converti a suis pravitatibus renuunt. Ecce vocat, et redire nolumus. Ecce sustinet, et ejus patientiam dissimulamus. Dum ergo tempus est, fratres, pravitatem suam unusquisque deserat, Dei patientiam pertimescat, ne quem nunc tranquillum despicit, iratum postmodum nequaquam evadere possit.

HOMILIA XIX.

Habita ad populum in basilica beati Laurentii martyris, Dominica in Septuagesima.

Lectio evang.

SEC. MATTH. XX, 1-16.

Pues cuando dijo a sus perseguidores que le buscaban: Yo soy (Jn. 18, 6), con sola esta voz hirió la soberbia de ellos, y a todos los postró en tierra. El cual, pues, pudo también en este lugar evadir las manos de los que le apedreaban no escondiéndose, ¿por qué se escondió sino porque nuestro Redentor, hecho hombre entre los hombres, unas cosas nos habla con la palabra, otras con el ejemplo? ¿Qué nos habla con este ejemplo sino que, aun cuando podemos resistir, declinemos humildemente la ira de los soberbios? De donde también se dice por Pablo: Dad lugar a la ira (Rom. 12, 19). Con cuánta humildad debe huir el hombre de la ira del prójimo, considérelo si Dios declinó los furores de los que se airaban escondiéndose. Nadie, pues, se levante contra las contumelias recibidas, nadie devuelva reproche por reproche. Pues por imitación de Dios, es más glorioso huir de la injuria callando que superarla respondiendo.

5. Pero contra esto la soberbia dice en el corazón: "Es vergonzoso que, recibida una injuria, calles. Quienquiera que ve que recibes una afrenta y callas, no piensa que exhibes paciencia, sino que reconoces culpas". Pero ¿de dónde nace esta voz en nuestro corazón contra la paciencia, sino de que hemos fijado nuestro pensamiento en las cosas más bajas? Y mientras buscamos la gloria en la tierra, ¿no nos cuidamos de complacer a Aquel que nos mira desde el cielo? Por tanto, recibida la contumelia, meditemos en la acción la voz de Dios: Yo no busco mi gloria; hay quien la busque y juzgue. Por otra parte, esto que está escrito del Señor, se escondió, también puede entenderse de otro modo. En efecto, muchas cosas había predicado a los judíos, pero ellos se burlaban de las palabras de su predicación. También se hicieron peores por la predicación, los cuales llegaron hasta a arrojar piedras. ¿Y qué significa el Señor al esconderse, sino que la misma Verdad se oculta de aquellos que desprecian seguir sus palabras? Pues la Verdad huye de aquella mente que no encuentra humilde. Y cuántos hay hoy que detestan la dureza de los judíos porque no quisieron oír la predicación del Señor, y sin embargo, tales son ellos en sus obras como arguyen que fueron aquellos en su fe. Oyen los preceptos del Señor, conocen sus milagros, pero rehúsan convertirse de sus perversidades. He aquí que llama, y no queremos volver. He aquí que nos sostiene, e ignoramos su paciencia. Mientras hay tiempo, por tanto, hermanos, abandone cada uno su perversidad y tema la paciencia de Dios, no sea que a quien ahora desprecia como tranquilo, no pueda de ningún modo escapar después cuando esté airado.

HOMILÍA XIX.

Pronunciada ante el pueblo en la basílica del bienaventurado Lorenzo mártir, en el domingo de Septuagésima.

LECTURA DEL EVANGELIO SEGÚN MATEO XX, 1-16.

In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum coelorum homini patrifamilias qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, et dixit illis: Ite et vos in vineam meam, et quod justum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam et nonam horam, et fecit similiter. Circa undecimam vero exiit, et invenit alios stantes, et dicit illis: Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite et vos in vineam meam. Cum sero autem factum esset, dicit Dominus vineae procuratori suo: Voca operarios, et redde illis mercedem, incipiens a novissimis usque ad primos. Cum venissent ergo qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem et primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi. Acceperunt autem et ipse singulos denarios. Et accipientes murmurabant adversus patrem familias, dicentes: Hi novissimi una hora fecerunt, et pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei et aestus? At ille, respondens uni eorum, dixit: Amice, non facio tibi injuriam. Nonne ex denario convenisti mecum? Tolle quod tuum est, et vade. Volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequam est quia ego bonus sum? Sic erunt novissimi primi, et primi novissimi. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

1. In explanatione sua multa ad loquendum sancti Evangelii lectio postulat, quam volo, si possum, sub brevitate perstringere, ne vos et extensa processio, et prolixa expositio videatur onerare. Regnum coelorum homini patrifamilias simile dicitur, qui ad excolendam vineam suam operarios conducit. Quis vero patrisfamilias similitudinem rectius tenet quam conditor noster, qui regit quos condidit, et electos suos sic in hoc mundo possidet, quasi subjectos dominus in domo? Qui habet vineam, universalem scilicet Ecclesiam, quae, ab Abel justo usque ad ultimum electum qui in fine mundi nasciturus est, quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit. Hic itaque paterfamilias ad excolendam vineam suam mane, hora tertia, sexta, nona, et undecima operarios conducit, quia a mundi hujus initio usque in finem ad erudiendam plebem fidelium praedicatores congregare non destitit. Mane etenim mundi fuit ab Adam usque ad Noe, hora vero tertia a Noe usque ad Abraham, sexta quoque ab Abraham usque ad Moysen, nona autem a Moyse usque ad adventum Domini, undecima vero ab adventu Domini usque ad finem mundi. In qua praedicatores sancti apostoli missi sunt, qui mercedem plenam et tarde venientes acceperunt.

En aquel tiempo, dijo Jesús a sus discípulos esta parábola: El reino de los cielos es semejante a un padre de familia que salió muy de mañana a contratar obreros para su viña. Y habiendo hecho un convenio con los obreros por un denario al día, los envió a su viña. Y saliendo hacia la hora tercera, vio a otros que estaban ociosos en la plaza, y les dijo: Id también vosotros a mi viña, y os daré lo que sea justo. Y ellos fueron. De nuevo salió hacia la hora sexta y novena, e hizo lo mismo. Pero hacia la hora undécima salió, y encontró a otros que estaban allí, y les dice: ¿Por qué estáis aquí todo el día ociosos? Le dicen: Porque nadie nos ha contratado. Él les dice: Id también vosotros a mi viña. Y cuando se hizo tarde, el señor de la viña dice a su administrador: Llama a los obreros y dales su salario, empezando por los últimos hasta los primeros. Habiendo venido, pues, los que habían llegado hacia la hora undécima, recibieron cada uno un denario. Al venir también los primeros, pensaron que recibirían más; pero recibieron también ellos cada uno un denario. Y al recibirlo, murmuraban contra el padre de familia, diciendo: Estos últimos han trabajado una sola hora, y los has hecho iguales a nosotros, que hemos soportado el peso del día y del calor. Pero él, respondiendo a uno de ellos, dijo: Amigo, no te hago injuria; ¿no conviniste conmigo en un denario? Toma lo que es tuyo y vete; pues quiero dar a este último lo mismo que a ti. ¿O no me es lícito hacer lo que quiero? ¿O es tu ojo malo porque yo soy bueno? Así serán los últimos primeros, y los primeros últimos. Porque muchos son los llamados, pero pocos los elegidos.

1. En su explicación, la lectura del santo Evangelio requiere decir muchas cosas, que quiero, si puedo, tocar brevemente, no sea que tanto la procesión extendida como la larga exposición os resulten pesadas. El reino de los cielos se dice que es semejante a un padre de familia que contrata obreros para cultivar su viña. ¿Quién posee más rectamente la semejanza de un padre de familia que nuestro Creador, que rige a los que creó, y posee a sus elegidos en este mundo como un señor posee a sus súbditos en su casa? Aquel que tiene una viña, a saber, la Iglesia universal, la cual, desde el justo Abel hasta el último elegido que nazca al fin del mundo, tantos santos ha producido como sarmientos (*palmites*) ha enviado. Así pues, este padre de familia contrata obreros para cultivar su viña de mañana, a la hora tercera, sexta, novena y undécima, porque desde el principio de este mundo hasta el fin no ha dejado de congregar predicadores para instruir al pueblo de los fieles. Pues la mañana del mundo fue desde Adán hasta Noé, la hora tercera desde Noé hasta Abraham, la sexta desde Abraham hasta Moisés, la novena desde Moisés hasta la venida del Señor, y la undécima desde la venida del Señor hasta el fin del mundo. En la cual fueron enviados como predicadores los santos apóstoles, quienes recibieron una recompensa plena llegando tarde.

Ad erudiendam ergo Dominus plebem suam, quasi ad excolendam vineam suam, nullo tempore destitit operarios mittere, quia et prius per patres, et postmodum per legis doctores et prophetas, ad extremum vero per apostolos, dum plebis suae mores excoluit, quasi per operarios in vineae cultura laboravit. Quamvis, in quolibet modulo vel mensura, quisquis cum fide recta bonae actionis exstitit hujus vineae operarius fuit. Operator ergo mane, hora tertia, sexta et nona, antiquus ille Hebraicus populus designatur, qui in electis suis ab ipso mundi exordio, dum recta fide Deum studuit colere, quasi non destitit in vineae cultura laborare. Ad undecimam vero gentiles vocantur, quibus et dicitur: Quid hic statis tota die otiosi? Qui enim, transacto tam longo mundi tempore, pro vita sua laborare neglexerant, quasi tota die otiosi stabant. Sed pensate, fratres, quid inquisiti respondeant: Dicunt enim: Quia nemo nos conduxit. Nullus quippe ad eos patriarcha, nullus propheta venerat. Et quid est dicere: Ad laborem nos nemo conduxit, nisi, vitae nobis vias nullus praedicavit? Quid ergo nos, a bono opere cessantes, in excusatione nostra dicturi sumus, qui pene a matris utero ad fidem venimus, qui verba vitae ab ipsis cunabulis audivimus, qui ab uberibus sanctae Ecclesiae potum supernae praedicationis sumpsimus cum lacte carnis?

2. Possumus vero et easdem diversitates horarum, etiam ad unumquemque hominem per aetatum momenta distinguere. Mane quippe intellectus nostri pueritia est. Hora autem tertia adolescentia intelligi potest, quia quasi jam sol in altum proficit, dum calor aetatis crescit. Sexta vero juventus est, quia velut in centro sol figitur, dum in ea plenitudo roboris solidatur. Nona autem senectus intelligitur, in qua sol velut ab alto axe descendit, quia ea aetas a calore juventutis deficit. Undecima vero hora ea est aetas quae decrepita vel veterana dicitur. Unde Graeci valde seniores, non γέροντας sed πρεσβυτέρους appellant, ut plus quam senes esse insinuent quos provectiores vocant. Quia ergo ad vitam bonam alius in pueritia, alius in adolescentia, alius in juventute, alius in senectute, alius in decrepita aetate perducitur, quasi diversis horis operarii ad vineam vocantur. Mores ergo vestros, fratres charissimi, aspicite, et si jam Dei operarii estis videte. Penset unusquisque quid agat, et consideret si in Domini vinea laboret. Qui enim in hac vita ea quae sua sunt quaerit adhuc ad Dominicam vineam non venit. Illi namque Domino laborant, qui non sua, sed lucra dominica cogitant, qui zelo charitatis, studio pietatis inserviunt, animabus lucrandis in vigilant, perducere et alios secum ad vitam festinant. Nam qui sibi vivit, qui carnis suae voluptatibus pascitur, recte otiosus redarguitur, quia fructum divini operis non sectatur.

Por tanto, el Señor en ningún momento dejó de enviar obreros para instruir a su pueblo, como para cultivar su viña; porque primero por medio de los padres, y después por medio de los doctores de la ley y los profetas, y finalmente por los apóstoles, mientras cultivaba las costumbres de su pueblo, trabajó como a través de obreros en el cultivo de la viña. Aunque, en cualquier medida o grado, quienquiera que haya existido con la fe recta de la buena acción fue un obrero de esta viña. Por consiguiente, el obrero de la mañana, de la hora tercera, sexta y novena designa a aquel antiguo pueblo hebreo, el cual en sus elegidos desde el mismo origen del mundo, mientras estudió a cultivar a Dios con recta fe, no dejó de trabajar como en el cultivo de la viña. Pero a la undécima hora son llamados los gentiles, a quienes también se les dice: *¿Por qué estáis aquí todo el día ociosos?* Pues aquellos que, pasado tan largo tiempo del mundo, habían descuidado trabajar por su vida, estaban como ociosos todo el día. Pero pensad, hermanos, qué responden al ser interrogados: pues dicen: *Porque nadie nos ha contratado*. En efecto, ningún patriarca, ningún profeta había llegado a ellos. ¿Y qué es decir: "Nadie nos contrató para el trabajo", sino que nadie nos predicó los caminos de la vida? ¿Qué diremos, pues, nosotros, que cesamos del buen trabajo, para nuestra excusa, nosotros que casi desde el vientre materno llegamos a la fe, que oímos las palabras de vida desde las mismas cunas, que recibimos la bebida de la predicación celestial con la leche de la carne de los pechos de la santa Iglesia?

2. Podemos también distinguir estas mismas diversidades de horas según los momentos de las edades para cada hombre. Pues la mañana es la infancia de nuestro entendimiento. Pero la hora tercera puede entenderse como la adolescencia, porque ahora el sol avanza como hacia lo alto, mientras crece el calor de la edad. La sexta es la juventud, porque el sol se fija como en el centro, mientras en ella se consolida la plenitud del vigor. La novena se entiende como la vejez, en la cual el sol desciende como desde el eje alto, porque esa edad decae del calor de la juventud. Pero la undécima hora es aquella edad que se llama decrépita o veterana. De donde los griegos llaman a los muy ancianos no *gerontas* sino *presbyteros*, para insinuar que son más que ancianos, a quienes llaman más avanzados (*provectiores*). Porque, por tanto, uno es conducido a la buena vida en la infancia, otro en la adolescencia, otro en la juventud, otro en la vejez, y otro en la edad decrépita, se llaman obreros a la viña como a diversas horas. Mirad, pues, vuestras costumbres, hermanos carísimos, y ved si ya sois obreros de Dios. Pese cada uno lo que hace, y considere si trabaja en la viña del Señor. Pues quien en esta vida busca las cosas que son suyas, todavía no ha llegado a la viña del Señor. Pues trabajan para el Señor quienes no piensan en sus propias ganancias sino en las del Señor, quienes sirven con celo de caridad y estudio de piedad, quienes vigilan para ganar almas, y se apresuran a conducir también a otros consigo a la vida. Pues quien vive para sí mismo, quien se alimenta de los placeres de su carne, es justamente reprendido como ocioso, porque no sigue el fruto de la obra divina.

3. Qui vero et usque ad aetatem ultimam Deo vivere neglexerit, quasi usque ad undecimam otiosus stetit. Unde recte usque ad undecimam torpentibus dicitur: Quid hic statis tota die otiosi? Ac si aperte dicatur: Et si Deo vivere in pueritia et juventute noluistis, saltem in ultima aetate resipiscite, et ad vitae vias cum jam laboraturi multum non estis, vel sero venite. Et tales ergo paterfamilias vocat, et plerumque ante remunerantur, quia prius ad regnum de corpore exeunt quam hi qui jam a pueritia vocati esse videbantur. An non ad undecimam horam venit latro, qui etsi non habuit per aetatem, habuit tamen sero per poenam, qui Deum in cruce confessus est, et pene cum voce sententiae spiritum exhalavit vitae? A novissimo autem reddere denarium paterfamilias coepit, quia ad paradisi requiem prius latronem quam Petrum perduxit. Quanti patres ante legem, quanti sub lege fuerunt, et tamen hi qui in Domini adventu vocati sunt ad coelorum regnum sine aliqua tarditate pervenerunt. Eumdem ergo denarium accipiunt qui laboraverunt ad undecimam quem exspectaverunt toto desiderio qui laboraverunt ad primam, quia aequalem vitae aeternae retributionem sortiti sunt cum his qui a mundi initio vocati fuerant, hi qui in mundi fine ad Dominum venerunt. Unde et hi qui in labore praecesserant, murmurantes dicunt: Hi novissimi una hora fecerunt, et pares illos nobis fecisti qui portavimus pondus diei et aestus? Pondus enim diei et aestus portaverunt hi quos a mundi initio, quia diu hic contigit vivere, necesse fuit etiam longiora carnis tentamenta tolerare. Unicuique enim pondus diei et aestus ferre est per longioris vitae tempora carnis suae calore fatigari.

4. Sed quaeri potest quomodo murmurasse dicti sunt, qui saltem sero ad regnum vocantur? Coelorum etenim regnum nullus murmurans accipit, nullus qui accipit murmurare potest. Sed quia antiqui patres usque ad adventum Domini, quantumlibet juste vixerint, ducti ad regnum non sunt, nisi ille descenderet qui paradisi claustra hominibus interpositione suae mortis aperiret, eorum hoc ipsum murmurasse est quod et recte pro percipiendo regno vixerunt, et tamen diu ad percipiendum regnum dilati sunt.

3. Pero aquel que haya descuidado vivir para Dios hasta su última edad, ha estado ocioso, por así decirlo, hasta la undécima hora. De donde rectamente se dice a los que están entumecidos hasta la undécima hora: *¿Por qué estáis aquí todo el día ociosos? * Como si se dijera abiertamente: "Y si no quisisteis vivir para Dios en la infancia y en la juventud, al menos en la última edad volved en vosotros, y venid, aunque sea tarde, a los caminos de la vida, cuando ya no habéis de trabajar mucho". Y a tales personas llama el padre de familia, y frecuentemente son remuneradas antes, porque salen del cuerpo hacia el reino antes que aquellos que parecían haber sido llamados ya desde la infancia. ¿O acaso no llegó a la undécima hora el ladrón, quien aunque no tuvo tiempo por su edad, lo tuvo sin embargo tarde por su castigo, el cual confesó a Dios en la cruz, y casi con la voz de su sentencia exhaló el espíritu de vida? El padre de familia comenzó a pagar el denario por el último, porque condujo al ladrón al descanso del paraíso antes que a Pedro. Cuántos padres hubo antes de la ley, cuántos bajo la ley, y sin embargo estos que fueron llamados en el advenimiento del Señor llegaron al reino de los cielos sin tardanza alguna. Por tanto, reciben el mismo denario los que trabajaron a la undécima hora que el que esperaron con todo deseo los que trabajaron a la primera, porque han sorteado una igual retribución de vida eterna con aquellos que habían sido llamados desde el principio del mundo, estos que al fin del mundo vinieron al Señor. De donde también estos que habían precedido en el trabajo, murmurando dicen: *Estos últimos han trabajado una sola hora, y los has hecho iguales a nosotros, que hemos soportado el peso del día y del calor*. Pues soportaron el peso del día y del calor aquellos a quienes desde el principio del mundo, porque les tocó vivir aquí mucho tiempo, fue necesario tolerar también más largas tentaciones de la carne. Pues para cada uno llevar el peso del día y del calor es fatigarse por el calor de su propia carne a través de los tiempos de una vida más larga.

4. Pero puede preguntarse cómo se dice que murmuraron aquellos que al menos tarde son llamados al reino. Pues ningún murmurador recibe el reino de los cielos, ni ninguno que lo recibe puede murmurar. Pero porque los antiguos padres, por más justamente que vivieron, no fueron conducidos al reino hasta el advenimiento del Señor, a no ser que descendiera Aquel que abriera a los hombres los claustros del paraíso por la interposición de su muerte, este mismo fue su murmurar: que vivieron rectamente para percibir el reino, y sin embargo fueron dilatados mucho tiempo en percibir el reino.

Quos enim post peractam justitiam inferni loca quamvis tranquilla susceperunt, eis profecto et laborasse fuit in vinea, et murmurasse. Quasi ergo post murmurationem denarium accipiunt, qui post longa inferni tempore ad gaudia regni pervenerunt. Nos autem qui ad undecimam venimus, post laborem non murmuramus, et denarium accipimus, quia post Mediatoris adventum, in hoc mundo venientes, ad regnum ducimur mox ut de corpore eximus, et illud sine mora percipimus, quod antiqui patres cum magna percipere dilatione meruerunt. Unde et idem paterfamilias dicit: Volo et huic novissimo dare sicut et tibi. Et quia ipsa regni perceptio ejus est bonitas voluntatis, recte subjungit: Aut non licet mihi quod volo facere? Stulta enim quaestio est hominis contra benignitatem Dei. Non querendum quippe esset si non dat quod non debet, sed si non daret quod deberet. Unde apte subditur: An oculus tuus nequam est quia ego bonus sum? Nemo autem se de opere, nemo de tempore extollat, cum hac expleta sententia subsequenter Veritas clamet: Sic erunt novissimi primi, et primi novissimi. Ecce enim etsi jam scimus quae vel quanta bona egimus, adhuc supernus judex qua subtilitate haec examinet ignoramus. Et quidem gaudendum cuique summopere est in regno Dei esse vel ultimum.

5. Sed post haec terribile est valde quod sequitur: Multi enim sunt vocati, pauci vero electi, quia et ad fidem plures veniunt, et ad coeleste regnum pauci perducuntur. Ecce enim ad hodiernam festivitatem quam multi convenimus, Ecclesiae parietes implemus, sed tamen quis sciat quam pauci sunt qui in illo electorum Dei grege numerentur? Ecce enim vox omnium Christum clamat, sed vita omnium non clamat. Plerique Deum vocibus sequuntur, moribus fugiunt. Hinc etenim Paulus dicit: Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant (Tit. I, 16). Hinc Jacobus ait: Fides sine operibus mortua est (Jac. II, 20, 26). Hinc per Psalmistam Dominus dicit: Annuntiavi et locutus sum, multiplicati sunt super numerum (Psal. XXXIX, 6). Vocante enim Domino, super numerum multiplicantur fideles, quia nonnunquam etiam hi ad fidem veniunt, qui ad electorum numerum non pertingunt. Hic enim fidelibus per confessionem admisti sunt, sed propter vitam reprobam illic numerari in sorte fidelium non merentur.

Pues a aquellos a quienes, después de cumplida la justicia, los lugares del infierno (*inferni loca*), aunque tranquilos, los recibieron, para ellos ciertamente fue tanto haber trabajado en la viña como haber murmurado. Como si, por tanto, después de la murmuración recibieran el denario aquellos que tras largos tiempos del infierno llegaron a los gozos del reino. Pero nosotros, que llegamos a la undécima hora, no murmuramos después del trabajo, y recibimos el denario, porque viniendo a este mundo después del advenimiento del Mediador, somos conducidos al reino tan pronto como salimos del cuerpo, y percibimos sin demora aquello que los antiguos padres merecieron percibir con gran dilación. De donde también el mismo padre de familia dice: *Quiero dar a este último lo mismo que a ti*. Y porque la misma percepción del reino es de su buena voluntad, rectamente añade: *¿O no me es lícito hacer lo que quiero?* Pues necia es la pregunta del hombre contra la benignidad de Dios. En efecto, no debería preguntarse si no da lo que no debe, sino si no diera lo que debiera. De donde aptamente se añade: *¿O es tu ojo malo porque yo soy bueno?* Nadie, pues, se ensalce por su obra, nadie por su tiempo, cuando, cumplida esta sentencia, la Verdad clama posteriormente: *Así serán los últimos primeros, y los primeros últimos*. Pues he aquí que, aunque ya sepamos qué o cuántas cosas buenas hemos hecho, todavía ignoramos con qué sutileza el Juez supremo examinará esto. Y ciertamente, cada uno debe alegrarse sumamente de ser siquiera el último en el reino de Dios.

5. Pero después de esto, es muy terrible lo que sigue: *Porque muchos son los llamados, pero pocos los elegidos*, porque muchos llegan a la fe, y pocos son conducidos al reino celestial. Pues he aquí que en la festividad de hoy cuántos nos hemos reunido, llenamos las paredes de la Iglesia; pero, sin embargo, ¿quién sabe cuán pocos son los que se cuentan en aquel rebaño de los elegidos de Dios? Pues he aquí que la voz de todos clama "Cristo", pero la vida de todos no clama. Muchos siguen a Dios con sus voces, pero huyen de Él con sus costumbres. De aquí que Pablo diga: *Los que confiesan conocer a Dios, pero con sus hechos lo niegan* (Tit. 1, 16). De aquí que Santiago diga: *La fe sin obras está muerta* (Sant. 2, 20, 26). De aquí que por el Salmista el Señor diga: *He anunciado y hablado: se han multiplicado sobremanera* (Sal. 39, 6). Pues al llamar el Señor, se multiplican sobremanera los fieles, porque a veces llegan a la fe incluso aquellos que no alcanzan el número de los elegidos. Pues aquí están mezclados con los fieles por la confesión, pero por una vida réproba no merecen ser contados allá en la suerte de los fieles.

Hoc ovile sanctae Ecclesiae haedos cum agnis recipit; sed, attestante Evangelio, cum judex venerit, bonos a malis separat, sicut pastor segregat oves ab haedis (Matth. XXV, 32). Neque etenim possunt qui hic carnis suae voluptatibus serviunt, illic in ovium grege numerari. Illic eos a sorte humilium judex separat, qui se hic in superbiae cornibus exaltant. Regnum coelorum percipere nequeunt qui hic et in coelesti fide positi toto desiderio terram quaerunt.

6. Et multos tales intra Ecclesiam, fratres charissimi, cernitis, sed eos nec imitari nec desperare debetis. Quid enim sit hodie aspicimus, sed quid cras futurus sit unusquisque nescimus. Plerumque et qui post nos venire cernitur per agilitatem nos boni operis antecedit, et vix eum cras sequimur quem hodie praeire videbamur. Certe cum Stephanus pro fide moreretur, Saulus lapidantium vestimenta servabat. Omnium ergo lapidantium manibus ipse lapidavit, qui ad lapidandum omnes exertos reddidit, et tamen eumdem ipsum in sancta Ecclesia laboribus antecessit quem persequendo martyrem fecit. Duo ergo sunt quae sollicite pensare debemus. Quia enim multi vocati, sed pauci electi sunt, primum est ut de se quisque minime praesumat, quia etsi jam ad fidem vocatus est, utrum perenni regno dignus sit nescit. Secundum vero est ut unusquisque proximum, quem fortasse jacere in vitiis conspicit, desperare non audeat, quia divinae misericordiae divitias ignorat.

7. Rem, fratres, quae nuper contigit refero, ut si vos peccatores ex corde esse conspicitis, omnipotentis Dei misericordiam amplius ametis. Praesenti anno in monasterio meo, quod juxta beatorum martyrum Joannis et Pauli Ecclesiam situm est, frater quidam ad conversionem venit, devote susceptus est, sed ipse devotius est conversatus (Dialog. lib. IV, cap. 38). Hunc ad monasterium frater suus corpore, non corde secutus est. Nam valde conversionis vitam et habitum detestans, in monasterio ut hospes habitabat, et, monachorum vitam moribus fugiens, recedere a monasterii habitatione non poterat, quia vel quid ageret vel unde viveret non habebat. Erat ejus pravitas cunctis onerosa, sed hunc omnes aequanimiter pro fratris ejus amore tolerabant. Nam, superbus et lubricus, si qua post hoc saeculum sequeretur vita nesciebat, irridebat vero si quis illi hanc praedicare voluisset. Itaque cum habitu saeculari vivebat in monasterio, verbis levis, motibus instabilis, mente tumidus, veste compositus, actione dissipatus.

Este redil de la santa Iglesia recibe cabritos con corderos; pero, como atestigua el Evangelio, cuando venga el Juez, separa a los buenos de los malos, como el pastor separa a las ovejas de los cabritos (Mat. 25, 32). Pues no pueden aquellos que aquí sirven a los placeres de su carne ser contados allá en el rebaño de las ovejas. Allí el Juez los separa de la suerte de los humildes, a quienes aquí se ensalzan en los cuernos de la soberbia. No pueden percibir el reino de los cielos quienes aquí, incluso establecidos en la fe celestial, buscan la tierra con todo su deseo.

6. Y veis a muchos de estos dentro de la Iglesia, hermanos carísimos, pero ni debéis imitarlos ni desesperar de ellos. Pues vemos qué es uno hoy, pero no sabemos qué será mañana. Y frecuentemente aquel que se ve venir detrás de nosotros nos antecede por la agilidad de la buena obra, y apenas seguimos mañana a quien hoy parecíamos aventajar. Ciertamente, cuando Esteban moría por la fe, Saulo guardaba las vestiduras de los que lo apedreaban. Él mismo, por tanto, apedreó con las manos de todos los que apedreaban, pues hizo a todos más activos para el apedreamiento; y, sin embargo, en la santa Iglesia antecedió con sus trabajos a aquel mismo a quien persiguiendo hizo mártir. Hay, por tanto, dos cosas que debemos sopesar con solicitud. Porque muchos son los llamados pero pocos los elegidos, la primera es que cada uno presuma lo menos posible de sí mismo, porque aunque ya haya sido llamado a la fe, no sabe si es digno del reino perenne. La segunda es que cada uno no se atreva a desesperar de su prójimo, a quien tal vez ve yacer en los vicios, porque ignora las riquezas de la divina misericordia.

7. Relato un hecho, hermanos, que ocurrió recientemente, para que si os veis pecadores de corazón, améis más la misericordia de Dios omnipotente. En el presente año, en mi monasterio, que está situado junto a la iglesia de los bienaventurados mártires Juan y Pablo, un hermano vino a la conversión; fue recibido devotamente, pero él mismo vivió aún más devotamente (*Diálogos*, lib. IV, cap. 38). Su propio hermano lo siguió al monasterio en el cuerpo, pero no en el corazón. Pues detestando grandemente la vida y el hábito de la conversión, vivía en el monasterio como huésped; y huyendo de la vida de los monjes con sus costumbres, no podía alejarse de la habitación del monasterio, porque no tenía ni qué hacer ni de qué vivir. Su perversidad era onerosa para todos, pero todos lo toleraban ecuánimemente por el amor a su hermano. Pues, soberbio y escurridizo, no sabía si seguía alguna vida después de este mundo; es más, se burlaba si alguien hubiera querido predicárselo. Así pues, vivía con hábito secular en el monasterio, ligero en palabras, inestable en sus movimientos, hinchado en su mente, compuesto en su vestido, disipado en su acción.

Mense autem Julio nuper elapso, hujus quam nostis pestilentiae clade percussus est, qui, ad extremum veniens, urgeri coepit ut animam redderet. Et ultima jam corporis parte praemortua, vitalis virtus in solo pectore et lingua remanserat. Fratres aderant, ejusque exitum, in quantum Deo largiente poterant, oratione tuebantur. At ille subito ad devorandum se draconem venire conspiciens, magnis vocibus coepit clamare, dicens: Ecce draconi ad devorandum datus sum, qui propter vestram praesentiam devorare me non potest. Quid mihi moras facitis? Date locum ut ei devorare me liceat. Cumque hunc fratres ut signum sibi crucis imprimeret admonerent, respondebat virtute qua poterat, dicens: Volo me signare, sed non possum, quia a dracone premor. Spumae oris ejus faciem meam liniunt, guttur meum ejus ore suffocatur. Ecce ab eo brachia mea comprimuntur, qui jam et caput meum in suo ore absorbuit. Cumque hoc ille pallens et tremens et moriens diceret, coeperunt fratres vehementius orationibus insistere, et oppressum draconis praesentia suis precibus adjuvare. Tunc repente liberatus, magnis coepit vocibus clamare, dicens: Deo gratias; ecce discessit, ecce exiit, ante orationes vestras fugit draco qui me acceperat. Mox autem serviturum se Deo, et esse monachum devovit, atque a tempore illo nuncusque febribus premitur, doloribus fatigatur. Morti quidem subtractus est, sed adhuc plenius vitae restitutus non est. Quia enim longis et diuturnis iniquitatibus pressus est, longo languore fatigatur, et durum cor ignis purgationis durior concremat, quia divina dispensatione agitur ut prolixiora vitia aegritudo prolixior exurat. Quis illum unquam servari ad conversionem crederet? Quis tantam Dei misericordiam considerare sufficiat? Ecce juvenis pravus draconem vidit in morte cui servivit in vita, nec vidit ut vitam funditus perderet, sed ut cui servierat sciret, sciendo resisteret, ipsumque resistendo superaret, et eum a quo prius non videns tenebatur vidit postea ne teneretur. Quae ergo lingua narrare viscera divinae misericordiae sufficiat? Quis spiritus tantae pietatis divitias non obstupescat? Has divinae pietatis divitias consideravit Psalmista, cum diceret: Adjutor meus, tibi psallam, quia tu Deus susceptor meus es, Deus meus misericordia mea (Psal. LVIII, 18). Ecce perpendens in quibus laboribus humana sit vita constituta, Deum appellavit adjutorem; et quia a tribulatione praesenti in requiem aeternam nos suscipit, appellat etiam susceptorem. Sed considerans quod mala nostra aspicit et portat, culpas nostras tolerat, et tamen nos per poenitentiam ad praemia reservat, noluit Deum misericordem dicere, sed hunc ipsam misericordiam vocavit, dicens: Deus meus misericordia mea (Ibid.).

Pero en el mes de julio recientemente pasado, fue herido por el azote de esta peste que conocéis, el cual, llegando a su fin, comenzó a ser urgido para entregar su alma. Y con la última parte de su cuerpo ya muerta, la fuerza vital permanecía solo en su pecho y lengua. Los hermanos estaban presentes, y protegían su salida, en cuanto podían por la largueza de Dios, con la oración. Pero él, viendo de repente que venía hacia él un dragón para devorarlo, comenzó a clamar a grandes voces, diciendo: "He aquí que he sido entregado a un dragón para ser devorado, el cual por vuestra presencia no puede devorarme. ¿Por qué me demoráis? Dad lugar para que le sea lícito devorarme". Y cuando los hermanos lo amonestaban para que se imprimiera la señal de la cruz, respondía con la fuerza que podía, diciendo: "Quiero santiguarme, pero no puedo, porque estoy oprimido por el dragón. Las espumas de su boca manchan mi cara, mi garganta es sofocada por su boca. He aquí que mis brazos están comprimidos por él, que ya también ha absorbido mi cabeza en su boca". Y diciendo esto él, pálido, temblando y muriendo, comenzaron los hermanos a insistir más vehementemente en las oraciones, y a ayudar con sus preces al oprimido por la presencia del dragón. Entonces, liberado de repente, comenzó a clamar a grandes voces, diciendo: "Gracias a Dios; he aquí que se ha retirado, he aquí que ha salido; ante vuestras oraciones huyó el dragón que me había tomado". Pronto hizo voto de que serviría a Dios y sería monje; y desde aquel tiempo hasta ahora es oprimido por fiebres y fatigado por dolores. Ciertamente fue sustraído de la muerte, pero aún no ha sido plenamente restituido a la vida. Porque como fue oprimido por largas y prolongadas iniquidades, es fatigado por un largo languidecer, y el fuego de una purga más dura quema su corazón endurecido, porque se hace por disposición divina para que una enfermedad más prolífica consuma vicios más prolíficos. ¿Quién creería jamás que sería preservado para la conversión? ¿Quién será suficiente para considerar tan gran misericordia de Dios? He aquí que el joven perverso vio en la muerte al dragón a quien sirvió en la vida; y no lo vio para perder la vida por completo, sino para saber a quién había servido, y sabiéndolo, resistirle, y resistiéndole, vencerlo; y a quien antes no veía cuando era retenido, lo vio después para no ser retenido. ¿Qué lengua, por tanto, bastará para narrar las entrañas de la misericordia divina? ¿Qué espíritu no se asombrará ante las riquezas de tanta piedad? Estas riquezas de la piedad divina consideró el Salmista cuando dijo: *Mi ayudador, a ti cantaré, porque tú, Dios, eres mi protector, Dios mi misericordia* (Sal. 58, 18). He aquí que, sopesando en qué trabajos está constituida la vida humana, llamó a Dios ayudador; y porque nos recibe de la tribulación presente al descanso eterno, lo llama también protector. Pero considerando que mira y soporta nuestros males, tolera nuestras culpas, y sin embargo nos reserva por la penitencia para los premios, no quiso llamar a Dios misericordioso, sino que llamó a este la misericordia misma, diciendo: *Dios mío, mi misericordia.*

Revocemus ergo ante oculos mala quae fecimus, pensemus ex quanta Dei benignitate toleramur, consideremus quae sunt pietatis ejus viscera, ut non solum culpas indulgeat, sed coeleste regnum poenitentibus etiam post culpas promittat. Atque ex omnibus medullis cordis dicamus singuli, dicamus omens: Deus meus misericordia mea, qui vivis et regnas trinus in unitate, et unus in trinitate, per infinita saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XX.

Habita ad populum in basilica sancti Joannis Baptistae, Sabbato Quatuor temporum ante Natalem Christi.

LECTIO S. EVANG. SEC. LUC. III, 1-11.

Anno quinto decimo imperii Tiberii Caesaris, procurante Pontio Pilato Judaeam, tetrarcha autem Galilaeae Herode, Philippo autem fratre ejus tetrarcha Ituraeae et Trachonitidis regionis, et Lysania Abilinae tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna et Caipha, factum est verbum Domini super Joannem, Zachariae filium, in deserto. Et venit in omnem regionem Jordanis, praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum, sicut scriptum est in libro sermonum Isaiae prophetae: Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus. Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur. Et erunt prava in directa, et aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare Dei. Dicebat ergo ad turbas quae exibant ut baptizarentur ab ipso: Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos poenitentiae; et ne coeperitis dicere: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae. Jam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Et interrogabant eum turbae, dicentes: Quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti, et qui habet escas similiter faciat.

1. Redemptoris nostri praecursor quo tempore praedicationis verbum acceperit, memorato Romanae reipublicae principe, et Judaeae regibus, designatur, cum dicitur: Anno quinto decimo imperii Tiberii Caesaris, procurante Pontio Pilato Judaeam, tetrarcha autem Galilaeae Herode, Philippo autem fratre ejus tetrarcha Ituraeae et Trachonitidis regionis, et Lysania Abilinae tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna et Caipha, factum est verbum Domini super Joannem, Zachariae filiunt in deserto.

Evoquemos, pues, ante nuestros ojos los males que hicimos, sopesemos con cuánta benignidad de Dios somos tolerados, consideremos cuáles son las entrañas de su piedad, para que no solo perdone las culpas, sino que prometa el reino celestial a los penitentes incluso después de las culpas. Y digamos cada uno desde toda la médula del corazón, digamos todos: *Dios mío, mi misericordia*, que vives y reinas trino en unidad y uno en trinidad, por los infinitos siglos de los siglos. Amén.

HOMILÍA XX.

Pronunciada ante el pueblo en la basílica de San Juan Bautista, el sábado de las Cuatro Témporas antes de la Natividad de Cristo.

LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN LUCAS III, 1-11.

En el año decimoquinto del imperio de Tiberio César, siendo Poncio Pilato gobernador de Judea, y Herodes tetrarca de Galilea, y su hermano Felipe tetrarca de Iturea y de la región de Traconítide, y Lisanias tetrarca de Abilene; bajo los sumos sacerdotes Anás y Caifás, se dirigió la palabra del Señor a Juan, hijo de Zacarías, en el desierto. Y vino a toda la región del Jordán, predicando el bautismo de penitencia para el perdón de los pecados; según está escrito en el libro de los sermones del profeta Isaías: Voz del que clama en el desierto: Preparad el camino del Señor, enderezad sus sendas. Todo valle será rellenado, y todo monte y colina serán rebajados. Y lo torcido se enderezará, y los caminos ásperos serán llanos. Y toda carne verá la salvación de Dios. Decía, pues, a las multitudes que salían para ser bautizadas por él: Engendros de víboras, ¿quién os enseñó a huir de la ira venidera? Haced, pues, frutos dignos de penitencia; y no comencéis a decir: Tenemos a Abraham por padre. Porque os digo que Dios es poderoso para suscitar hijos de Abraham de estas piedras. Pues ya el hacha está puesta a la raíz de los árboles. Por tanto, todo árbol que no hace buen fruto será cortado y arrojado al fuego. Y las multitudes le preguntaban, diciendo: ¿Qué haremos, pues? Respondiendo, les decía: El que tiene dos túnicas, dé al que no tiene, y el que tiene comida haga lo mismo.

1. El tiempo en que el precursor de nuestro Redentor recibió la palabra de predicación se designa mencionando al príncipe de la república romana y a los reyes de Judea, cuando se dice: *En el año decimoquinto del imperio de Tiberio César, siendo Poncio Pilato gobernador de Judea, y Herodes tetrarca de Galilea, y su hermano Felipe tetrarca de Iturea y de la región de Traconítide, y Lisanias tetrarca de Abilene; bajo los sumos sacerdotes Anás y Caifás, se dirigió la palabra del Señor a Juan, hijo de Zacarías, en el desierto*.

Quia enim illum praedicare veniebat, qui et ex Judaea quosdam, et multos ex gentibus redempturus erat, per regem gentium et principes Judaeorum praedicationis ejus tempora designantur. Quia autem Gentilitas colligenda erat, et Judaea pro culpa perfidiae dispergenda, ipsa quoque descriptio terreni principatus ostendit, quoniam et in Romana republica unus praefuisse describitur, et in Judaeae regno per quartam partem plurimi principabantur. Voce etenim Redemptoris nostri dicitur: Omne regnum in seipsum divisum desolabitur (Luc. XI, 17). Liquet ergo quod ad finem regni Judaea pervenerat, quae tot regibus divisa subjacebat. Apte quoque non solum quibus regibus, sed etiam quibus sacerdotibus actum sit demonstratur; quia illum Joannes Baptista praedicaret qui simul rex et sacerdos existeret, Lucas evangelista praedicationis ejus tempora per regnum et sacerdotium designavit.

2. Et venit in omnem regionem Jordanis, praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum. Cunctis legentibus liquet quia Joannes non solum baptismum poenitentiae praedicavit, verum etiam quibusdam dedit, sed tamen baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit. Remissio etenim peccatorum in solo nobis baptismo Christi tribuitur. Notandum itaque quod dicitur: Praedicans baptismum paenitentiae in remissionem peccatorum, quoniam baptismum quod peccata solveret, quia dare non poterat, praedicabat: ut sicut incarnatum Verbum Patris praecurrebat verbo praedicationis, ita baptismum poenitentiae, quo peccata solvuntur, praecurreret suo baptismate, quo peccata solvi non possunt; ut quia ejus sermo praecurrebat praesentiam Redemptoris, ipsum quoque ejus baptisma praecedendo fieret umbra veritatis.

3. Sicut scriptum est in libro sermonum Isaiae prophetae: Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus (Isai. XL, 3). Idem vero Joannes Baptista requisitus quis esset, respondit, dicens: Ego vox clamantis in deserto (Joan. I, 23). Qui, sicut ante per nos dictum est, ideo vox a propheta vocatus est, quia verbum praeibat. Quid autem clamaret aperitur cum subditur: Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus. Omnis qui fidem rectam et bona opera praedicat, quid aliud quam venienti Domino ad corda audientium viam parat? ut haec vis gratiae penetret, ut lumen veritatis illustret, ut rectas Deo semitas faciat, dum mundas in animo cogitationes per sermonem bonae praedicationis format. Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur. Quid hoc loco vallium nomine nisi humiles, quid montium et collium nisi superbi homines designantur?

Porque venía a predicar a Aquel que había de redimir a algunos de Judea y a muchos de entre los gentiles, los tiempos de su predicación se designan a través del rey de los gentiles y de los príncipes de los judíos. Y porque la gentilidad había de ser reunida y Judea dispersada por la culpa de su perfidia, la misma descripción del principado terrenal muestra que en la república romana se describe a uno presidiendo, y en el reino de Judea muchos gobernaban a través de la cuarta parte (*tetrarca*). Pues por la voz de nuestro Redentor se dice: *Todo reino dividido contra sí mismo será desolado* (Luc. 11, 17). Queda claro, pues, que Judea había llegado al fin de su reino, el cual yacía sujeto dividido entre tantos reyes. Aptamente se demuestra también no solo bajo qué reyes, sino también bajo qué sacerdotes se hizo; porque Juan el Bautista predicaría a Aquel que sería a la vez Rey y Sacerdote, Lucas el evangelista designó los tiempos de su predicación a través del reino y del sacerdocio.

2. *Y vino a toda la región del Jordán, predicando el bautismo de penitencia para el perdón de los pecados*. Queda claro para todos los lectores que Juan no solo predicó el bautismo de penitencia, sino que también lo dio a algunos; pero, sin embargo, no pudo dar su bautismo para el perdón de los pecados. Pues el perdón de los pecados se nos concede únicamente en el bautismo de Cristo. Debe notarse, por tanto, lo que se dice: *Predicando el bautismo de penitencia para el perdón de los pecados*, puesto que predicaba un bautismo que disolvería los pecados porque no podía darlo; para que así como antecedía al Verbo encarnado del Padre con la palabra de predicación, así antecediera al bautismo de penitencia, por el cual los pecados son disueltos, con su propio bautismo, por el cual los pecados no pueden ser disueltos; para que porque su discurso antecedía a la presencia del Redentor, también su mismo bautismo, al preceder, se hiciera sombra de la verdad.

3. *Como está escrito en el libro de los sermones del profeta Isaías: Voz del que clama en el desierto: Preparad el camino del Señor, enderezad sus sendas* (Is. 40, 3). El mismo Juan el Bautista, al ser interrogado sobre quién era, respondió diciendo: *Yo soy la voz del que clama en el desierto* (Jn. 1, 23). El cual, como ya dijimos antes, fue llamado voz por el profeta porque precedía al Verbo. Qué era lo que clamaba se abre cuando se añade: *Preparad el camino del Señor, enderezad sus sendas*. Todo el que predica la fe recta y las buenas obras, ¿qué otra cosa hace sino preparar el camino al Señor que viene a los corazones de los oyentes? Para que esta fuerza de la gracia penetre, para que la luz de la verdad ilustre, para que enderece las sendas para Dios, mientras forma pensamientos limpios en el ánimo mediante el discurso de la buena predicación. *Todo valle será rellenado, y todo monte y colina serán rebajados*. ¿Qué se designa en este lugar con el nombre de valles sino los hombres humildes, qué con los montes y colinas sino los hombres soberbios?

In adventu ergo Redemptoris valles impletae, montes vero et colles humiliati sunt, quia juxta ejus vocem: Omnis qui se exaltat humiliabitur, et omnis qui se humiliat exaltabitur (Luc. XIV, 11; XVIII, 14). Vallis etenim impleta crescit, mons autem et collis humiliatus decrescit, quia nimirum in fide Mediatoris Dei et hominum hominis Christi Jesu et gentilitas plenitudinem gratiae accepit, et Judaea per errorem perfidiae hoc unde tumebat perdidit. Omnis enim vallis implebitur, quia corda humilium sacrae doctrinae eloquio virtutum gratia replebuntur, juxta hoc quod scriptum est: Qui emittit fontes in convallibus (Psal. CIII, 10). Et unde rursum dicitur: Et convalles abundabunt frumento (Psal. LXIV, 14). A montibus namque aqua dilabitur; quia superbas mentes veritatis doctrina deserit. Sed fontes in convallibus surgunt, quia mentes humilium verbum praedicationis accipiunt. Jam videmus, jam convalles frumento abundare conspicimus, quia illorum ora pabulo veritatis impleta sunt qui mites ac simplices huic mundo despicabiles esse videbantur.

4. Ipsum quoque Joannem Baptistam, quia mira sanctitate praeditum populus viderat, illum hunc esse singulariter celsum ac solidum montem credebat, de quo scriptum est: In novissimo dierum erit mons domus Domini praeparatus in vertice montium (Mich. IV, 1). Nam hunc esse Christum putabat, sicut per Evangelium dicitur: Aestimante autem populo et cogitantibus omnibus in cordibus suis de Joanne, ne forte ipse esset Christus, quem et requirebant dicentes: Nunquid Christus es tu (Luc. III, 15)? But unless the same John were a valley in his own eyes, he would not have been filled with the spirit of grace. Qui ut hoc quod erat ostenderet, dixit: Venit fortior me post me, cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamenti ejus (Marc. I, 7). Et rursum ait: Qui habet sponsam sponsus est, amicus autem sponsi qui stat et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc autem gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me autem minui (Joan. III, 29, 30). Ecce cum pro mira operatione virtutum talis esset, ut Christus esse crederetur, non solum Christum non esse se respondit, sed etiam corrigiam calceamenti ejus solvere, id est incarnationis ejus mysterium perscrutari non se dignum esse perhibuit. Ejus esse sponsam Ecclesiam credebant, qui hunc quia Christus esse existimabant. Sed ait: Qui habet sponsam sponsus est (Ibid.). Ac si diceret: Ego sponsus non sum, sed amicus sponsi sum. Nec propter vocem suam, sed in voce sponsi se gaudere perhibebat, quia non ideo laetabatur in corde, quoniam a populis humiliter audiebatur loquens, sed quia ipse veritatis vocem audiebat intus ut loqueretur foris. Quod bene gaudium impletum dicit, quia quisquis de sua voce gaudet, plenum gaudium non habet. A quo et subditur: Illum oportet crescere, me autem minui (Ibid.).

En el advenimiento del Redentor, por tanto, los valles fueron rellenados, pero los montes y colinas fueron rebajados, porque según su voz: *Todo el que se ensalza será humillado, y todo el que se humilla será ensalzado* (Luc. 14, 11; 18, 14). Pues el valle rellenado crece, pero el monte y la colina rebajados decrecen; porque ciertamente en la fe del Mediador de Dios y de los hombres, el hombre Cristo Jesús, la gentilidad recibió la plenitud de la gracia, y Judea por el error de su perfidia perdió aquello de lo que se hinchaba. Pues *todo valle será rellenado*, porque los corazones de los humildes se llenarán de la gracia de las virtudes por la elocuencia de la sagrada doctrina, según aquello que está escrito: *El que hace brotar fuentes en los valles* (Sal. 103, 10). Y de donde rursum se dice: *Y los valles abundarán en trigo* (Sal. 64, 14). Pues de los montes se desliza el agua, porque la doctrina de la verdad abandona las mentes soberbias. Pero las fuentes brotan en los valles, porque las mentes de los humildes reciben la palabra de la predicación. Ya vemos, ya contemplamos los valles abundar en trigo, porque sus bocas están llenas del alimento de la verdad, aquellos que parecían ser mansos y sencillos y despreciables para este mundo.

4. Al mismo Juan el Bautista, porque el pueblo lo había visto dotado de una admirable santidad, creía que él era aquel monte singularmente excelso y sólido del cual está escrito: *En los últimos días el monte de la casa del Señor estará preparado en la cima de los montes* (Miq. 4, 1). Pues pensaban que él era el Cristo, como se dice por el Evangelio: *Como el pueblo estuviera a la expectativa y todos pensaran en sus corazones acerca de Juan, si tal vez él fuera el Cristo, a quien también preguntaban diciendo: ¿Eres tú el Cristo?* (Luc. 3, 15). Pero si el mismo Juan no fuera un valle en sí mismo, no habría sido lleno del espíritu de la gracia. El cual, para mostrar lo que era, dijo: *Viene tras de mí uno más fuerte que yo, a quien no soy digno de soltar la correa de sus sandalias* (Mc. 1, 7). Y de nuevo dice: *El que tiene a la esposa es el esposo; pero el amigo del esposo que está y lo oye, se alegra con gozo por la voz del esposo. Este gozo mío, pues, está cumplido.* *A Él le conviene crecer, pero a mí menguar* (Jn. 3, 29, 30). He aquí que cuando por su admirable operación de virtudes era tal que se creía que era el Cristo, no solo respondió que no era el Cristo, sino que incluso afirmó no ser digno de soltar la correa de su sandalia, esto es, de escudriñar el misterio de su encarnación. Creían que la Iglesia era la esposa de aquel que juzgaban que era el Cristo por ser él mismo el Cristo. Pero dice: *El que tiene a la esposa es el esposo* (Ibid.). Como si dijera: "Yo no soy el esposo, sino que soy el amigo del esposo". Y no afirmaba alegrarse por su propia voz, sino en la voz del esposo, porque no se alegraba en su corazón porque fuera escuchado humildemente por los pueblos al hablar, sino porque él mismo oía la voz de la verdad en su interior para hablar hacia fuera. Lo cual bien dice que es un gozo cumplido, porque quienquiera que se alegra de su propia voz, no tiene un gozo pleno. De donde también se añade: *A Él le conviene crecer, pero a mí menguar* (Ibid.).

5. Qua in re quaerendum est in quo crevit Christus, in quo imminutus est Joannes, nisi quod populus Joannis, abstinentiam videns, remotum hunc ab hominibus esse conspiciens, eum esse Christum putabat; Christum vero cum publicanis comedentem, inter peccatores ambulantem intuens, eum non Christum, sed esse prophetam credebat. Sed dum per accessum temporis et Christus qui propheta esse putabatur Christus est agnitus, et Joannes qui Christus esse credebatur propheta esse innotuit, impletum est quod de Christo suus praecursor praedixit: Illum oportet crescere, me autem minui (Ibid.). In aestimatione quippe populi et Christus crevit, quia agnitus est quod erat; et Joannes decrevit, quia cessavit dici quod non erat. Igitur quoniam et idem Joannes ideo in sanctitate perstitit, quia in cordis humilitate perduravit; et multi idcirco ceciderunt, quia apud semetipsos elata cogitatione tumuerunt, dicatur recte: Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur, quia donum humiles accipiunt, quod a se corda superbientium repellunt.

6. Sequitur: Et erunt prava in directa, et aspera in vias planas. Prava directa fiunt cum malorum corda per injustitiam detorta ad justitiae regulam diriguntur (Isai. XL, 4). Et aspera in vias planas immutantur cum immites atque iracundae mentes per infusionem supernae gratiae ad lenitatem mansuetudinis redeunt. Quando enim verbum veritatis ab iracunda mente non recipitur, quasi asperitas itineris gressum pergentis repellit. Sed cum mens iracunda per acceptam mansuetudinis gratiam, correptionis vel exhortationis verbum recipit, ibi planam viam praedicator invenit, ubi prius prae asperitate itineris pergere, id est praedicationis gressum ponere non valebat.

7. Sequitur: Et videbit omnis caro salutare Dei. Quia omnis caro accipitur omnis homo, salutare Dei, videlicet Christum, in hac vita omnis homo videre non potuit. Ubi ergo in hac sententia propheta prophetiae oculum nisi ad extremi judicii diem tendit? Ubi cum apertis coelis, ministrantibus angelis, consedentibus apostolis, in sede majestatis suae Christus apparuerit, omnes hunc et electi et reprobi pariter videbunt, ut et justi de munere retributionis sine fine gaudeant, et injusti in ultione supplicii in perpetuum gemant. Nam quia ad hoc ista sententia intendit, quod in extremo examine ab omni carne videbitur, recte subjungitur: Dicebat autem ad turbas quae exibant ut baptizarentur ab eo: Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Ventura enim ira est animadversio ultionis extremae, quam tunc fugere peccator non valet, qui nunc ad lamenta poenitentiae non recurrit.

5. En este asunto debe preguntarse en qué creció Cristo y en qué fue disminuido Juan, sino en que el pueblo, viendo la abstinencia de Juan y contemplándolo alejado de los hombres, pensaba que él era el Cristo; pero contemplando a Cristo comiendo con los publicanos y caminando entre pecadores, creía que no era el Cristo, sino que era un profeta. Pero mientras por el transcurso del tiempo tanto Cristo, que era tenido por profeta, fue reconocido como Cristo, y Juan, que se creía que era el Cristo, se dio a conocer como profeta, se cumplió lo que su precursor predijo de Cristo: *A Él le conviene crecer, pero a mí menguar* (Jn. 3, 30). Ciertamente, en la estimación del pueblo Cristo creció, porque fue reconocido como lo que era; y Juan disminuyó, porque dejó de ser llamado lo que no era. Por tanto, puesto que el mismo Juan persistió en la santidad porque perduró en la humildad del corazón, y muchos cayeron por esto, porque se hincharon ante sí mismos con pensamiento exaltado, dígase rectamente: *Todo valle será rellenado, y todo monte y colina serán rebajados*, porque los humildes reciben el don que los corazones de los soberbios repelen de sí mismos.

6. Sigue: *Y lo torcido se enderezará, y los caminos ásperos serán llanos*. Lo torcido se hace derecho cuando los corazones de los malos, desviados por la injusticia, se dirigen a la regla de la justicia (Is. 40, 4). Y lo áspero se transforma en caminos llanos cuando las mentes duras e iracundas vuelven a la suavidad de la mansedumbre por la infusión de la gracia celestial. Pues cuando la palabra de verdad no es recibida por una mente iracunda, es como si la aspereza del camino repeliera el paso del que avanza. Pero cuando la mente iracunda, por la gracia de la mansedumbre recibida, recibe la palabra de corrección o de exhortación, allí encuentra un camino llano el predicador, donde antes por la aspereza del camino no podía avanzar, esto es, poner el paso de la predicación.

7. Sigue: *Y toda carne verá la salvación de Dios*. Puesto que toda carne se entiende como todo hombre, todo hombre en esta vida no pudo ver la salvación de Dios, a saber, a Cristo. ¿Hacia dónde dirige el profeta el ojo de la profecía en esta sentencia sino hacia el día del juicio final? Donde, con los cielos abiertos, los ángeles sirviendo, los apóstoles sentados juntos, Cristo aparezca en la sede de su majestad, y todos, tanto los elegidos como los réprobos por igual, lo verán, para que tanto los justos se alegren sin fin por el don de la retribución, como los injustos giman para siempre en la venganza del suplicio. Porque como esta sentencia apunta a esto, que será visto por toda carne en el examen final, rectamente se añade: *Decía, pues, a las multitudes que salían para ser bautizadas por él: Engendros de víboras, ¿quién os enseñó a huir de la ira venidera? * Pues la ira venidera es la advertencia de la venganza final, de la cual no puede huir el pecador entonces, quien ahora no recurre a los lamentos de la penitencia.

Et notandum quod malae soboles, malorum parentum actiones imitantes, genimina viperarum vocantur, quia per hoc quod bonis invident, eosque persequuntur, quod quibusdam mala retribuunt, quod laesiones proximis exquirunt, quoniam in his omnibus priorum suorum carnalium vias sequuntur, quasi venenati filii de venenatis parentibus nati sunt.

8. Sed quia jam peccavimus, quia usu malae consuetudinis involuti sumus, dicat quid nobis faciendum sit, ut fugere a ventura ira valeamus. Sequitur: Facite ergo fructus dignos poenitentiae. In quibus verbis notandum est quod amicus sponsi non solum fructus poenitentiae, sed dignos poenitentiae admonet esse faciendos. Aliud namque est poenitentiae fructum facere, aliud dignum poenitentiae fructum facere. Ut enim secundum dignos poenitentiae fructus loquamur, sciendum est quia quisquis illicita nulla commisit, huic jure conceditur ut licitis utatur; sicque pietatis opera faciat, ut tamen, si noluerit, ea quae mundi sunt non relinquat. At si quis in fornicationis culpam, vel fortasse, quod est gravius, in adulterium lapsus est, tanto a se licita debet abscindere quanto se meminit et illicita perpetrasse. Neque enim par fructus boni operis esse debet ejus qui minus et ejus qui amplius deliquit, aut ejus qui in nullis et ejus qui in quibusdam facinoribus cecidit, et ejus qui in multis est lapsus. Per hoc ergo quod dicitur: Facite dignos fructus poenitentiae, uniuscujusque conscientia convenitur, ut tanto majora quaerat bonorum operum lucra per poenitentiam, quanto graviora sibi intulit damna per culpam.

9. Sed Judaei de generis nobilitate gloriantes, idcirco se agnoscere peccatores nolebant, quia de Abrahae stirpe descenderant. Quibus recte dicitur: Et ne coeperitis dicere, Patrem habemus Abraham; dico enim vobis quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae. Quid enim lapides nisi corda gentilium fuerunt, ad intellectum Dei omnipotentis insensibilia? sicut etiam quibusdam ex Judaeis dicitur: Auferam cor lapideum de carne vestra (Ezech. XI, 19). Nec immerito lapidum nomine gentes significatae sunt, quia lapides coluerunt. Unde scriptum est: Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis (Psal. CXIII, 8). De quibus nimirum lapidibus filii Abrahae suscitati sunt, quia dum dura corda gentilium in Abrahae semine, id est in Christo crediderunt, ejus filii facti sunt, cujus semini sunt uniti. Unde et eisdem gentibus per egregium praedicatorem dicitur: Si autem vos Christi, ergo Abrahae semen estis (Galat. III, 29). Si igitur nos per fidem Christi, Abrahae jam semen existimus, Judaei propter perfidiam Abrahae filii esse desierunt.

Y debe notarse que la descendencia mala, imitando las acciones de los padres malos, se llaman "engendros de víboras", porque por el hecho de que envidian a los buenos y los persiguen, que retribuyen mal por algunas cosas, y que buscan lesiones para los prójimos, puesto que en todas estas cosas siguen los caminos de sus predecesores carnales, son como hijos venenosos nacidos de padres venenosos.

8. Pero porque ya hemos pecado, porque estamos envueltos en el uso de la mala costumbre, diga qué debemos hacer para que podamos huir de la ira venidera. Sigue: *Haced, pues, frutos dignos de penitencia*. En estas palabras debe notarse que el amigo del esposo amonesta que deben hacerse no solo frutos de penitencia, sino "dignos de penitencia". Pues una cosa es hacer fruto de penitencia, otra hacer fruto digno de penitencia. Pues para que hablemos según los frutos dignos de penitencia, debe saberse que a quien no ha cometido nada ilícito, a este se le concede con derecho que use de las cosas lícitas; y que de tal modo haga obras de piedad que, sin embargo, si no quisiera, no abandone las cosas que son del mundo. Si alguno ha caído en la culpa de la fornicación, o tal vez, lo que es más grave, en el adulterio, tanto más debe apartar de sí las cosas lícitas cuanto recuerda que ha perpetrado incluso cosas ilícitas. Pues no debe ser igual el fruto de la buena obra del que delinquió menos y del que delinquió más, o del que cayó en ningún crimen y del que cayó en algunos, y del que ha caído en muchos. Por esto, pues, que se dice: *Haced frutos dignos de penitencia*, se interpela la conciencia de cada uno, para que busque ganancias tanto mayores de buenas obras por la penitencia cuanto más graves daños se infirió a sí mismo por la culpa.

9. Pero los judíos, gloriándose de la nobleza de su estirpe, por eso mismo no querían reconocerse pecadores, porque habían descendido de la estirpe de Abraham. A quienes rectamente se dice: *Y no comencéis a decir: Tenemos a Abraham por padre. Porque os digo que Dios es poderoso para suscitar hijos de Abraham de estas piedras*. Pues ¿qué fueron las piedras sino los corazones de los gentiles, insensibles al entendimiento de Dios omnipotente? Como también se dice a algunos de los judíos: *Quitaré el corazón de piedra de vuestra carne* (Ez. 11, 19). Ni inmerecidamente con el nombre de piedras fueron significados los gentiles, porque adoraron piedras. De donde está escrito: *Sean semejantes a ellos los que los hacen, y todos los que confían en ellos* (Sal. 113, 8). De cuyas piedras, ciertamente, fueron suscitados hijos de Abraham, porque mientras los duros corazones de los gentiles creyeron en la simiente de Abraham, esto es, en Cristo, se hicieron hijos de Aquel a cuya simiente están unidos. De donde también se dice a los mismos gentiles por el egregio predicador: *Si vosotros sois de Cristo, por tanto sois simiente de Abraham* (Gál. 3, 29). Si, por tanto, nosotros por la fe de Cristo ya existimos como simiente de Abraham, los judíos por su perfidia han dejado de ser hijos de Abraham.

Quia vero in illo tremendi examinis die parentes boni malis filiis prodesse non possint testatur propheta qui dicit: Noe, Daniel et Job si fuerint in medio eorum, vivo ego, dicit Dominus Deus, quia filium et filiam non liberabunt, sed ipsi justitia sua liberabunt animas suas (Ezech. XIV, 14). Et rursum, quia boni filii nihil malis parentibus prosint, sed ad reatum potius malorum parentum proficiat bonitas filiorum, ipsa per se Veritas non credentibus Judaeis dicit: Si ego in Beelzebub ejicio daemonia, filii vestri in quo ejiciunt? Ideo ipsi judices vestri erunt (Luc. XI, 19).

10. Sequitur: Jam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis enim arbor non faciens fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur. Arbor hujus mundi est universum genus humanum. Securis vero est Redemptor noster, qui velut ex manubrio et ferro tenetur ex humanitate, sed incidit ex divinitate. Quae videlicet securis jam ad radicem arboris posita est, quia etsi per patientiam exspectat, videtur tamen quid factura est. Omnis enim arbor non faciens fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur, quia unusquisque perversus paratam citius gehennae concremationem invenit, qui hic fructum boni operis facere contemnit. Et notandum quod securim non juxta ramos positam, sed ad radicem dicit. Cum enim malorum filii tolluntur, quid aliud quam rami infructuosae arboris absciduntur? Cum vero tota simul progenies cum parente tollitur, infructuosa arbor a radice abscisa est, ne jam remaneat unde prava iterum soboles succrescat. In quibus Joannis Baptistae verbis constat quod audientium corda turbata sunt, cum protinus subinfertur: Et interrogabant eum turbae, dicentes: Quid ergo faciemus? Perculsae enim terrore fuerant quae consilium quaerebant.

11. Sequitur: Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti; et qui habet escas similiter faciat. Per hoc quod tunica plus est necessaria usui nostro quam pallium, ad fructum dignum poenitentiae pertinet ut non solum exteriora quaeque et minus necessaria, sed ipsa valde nobis necessaria dividere cum proximis debeamus, scilicet vel escam qua carnaliter vivimus, vel tunicam qua vestimur. Quia enim in lege scriptum est: Diliges proximum tuum sicut teipsum (Matth. XXII, 39, ex Lev. XIX, 18), minus proximum amare convincitur qui non cum eo in necessitate illius etiam ea quae sibi sunt necessaria partitur. Idirco ergo de dividendis cum proximo duabus tunicis datur praeceptum, quia hoc de una dici non potuit, quoniam si una dividatur, nemo vestitur. In dimidia quippe tunica et nudus remanet qui accipit, et nudus qui dedit. Inter haec autem sciendum est quantum misericordiae opera valeant, cum ad fructum dignos poenitentiae ipsa prae caeteris praecipiuntur.

Que los padres buenos no pueden aprovechar a los hijos malos en aquel día del tremendo examen lo atestigua el profeta que dice: *Si Noé, Daniel y Job estuvieran en medio de ellos, vivo yo, dice el Señor Dios, que no librarán a hijo ni a hija, sino que ellos mismos por su justicia librarán sus almas* (Ez. 14, 14, 20). Y de nuevo, que los hijos buenos en nada aprovechan a los padres malos, sino que más bien la bondad de los hijos redunde en el reato de los padres malos, la Verdad misma dice a los judíos que no creen: *Si yo expulso los demonios por Beelzebub, ¿vuestros hijos por quién los expulsan? Por eso ellos mismos serán vuestros jueces* (Luc. 11, 19).

10. Sigue: *Pues ya el hacha está puesta a la raíz de los árboles.* *Por tanto, todo árbol que no hace buen fruto será cortado y arrojado al fuego.* El árbol de este mundo es todo el género humano. El hacha, en cambio, es nuestro Redentor, que es sostenido como por el mango y el hierro a través de su humanidad, pero corta a través de su divinidad. Esta hacha, ciertamente, ya está puesta a la raíz del árbol, porque aunque espera por paciencia, se ve, sin embargo, qué es lo que va a hacer. *Pues todo árbol que no hace buen fruto será cortado y arrojado al fuego*, porque cada perverso encuentra preparada más pronto la quema de la Gehena, quien aquí desprecia hacer el fruto de la buena obra. Y debe notarse que dice que el hacha está puesta no junto a las ramas, sino a la raíz. Pues cuando son quitados los hijos de los malos, ¿qué otra cosa sino las ramas de un árbol infructuoso son cortadas? Pero cuando toda la progenie es quitada junto con el padre, el árbol infructuoso ha sido cortado desde la raíz, para que ya no quede de donde crezca de nuevo una descendencia depravada. En cuyas palabras de Juan el Bautista consta que los corazones de los oyentes se turbaron, cuando inmediatamente se añade: *Y las multitudes le preguntaban, diciendo: ¿Qué haremos, pues?* Pues habían sido heridas por el terror las que buscaban consejo.

11. Sigue: *Respondiendo, les decía: El que tiene dos túnicas, dé al que no tiene, y el que tiene comida haga lo mismo.* Por el hecho de que la túnica es más necesaria para nuestro uso que la capa (*pallium*), pertenece al fruto digno de penitencia que debamos dividir con los prójimos no solo las cosas exteriores y menos necesarias, sino las mismas cosas que nos son muy necesarias, a saber, o el alimento con el que vivimos carnalmente, o la túnica con la que nos vestimos. Pues porque está escrito en la ley: *Amarás a tu prójimo como a ti mismo* (Mat. 22, 39, de Lev. 19, 18), se convence de amar menos al prójimo quien no parte con él en su necesidad incluso aquellas cosas que le son necesarias a sí mismo. Por eso, pues, se da el precepto sobre dividir dos túnicas con el prójimo, porque esto no pudo decirse de una sola, ya que si una sola se divide, nadie se viste. Pues en media túnica queda desnudo tanto el que recibe como el que dio. Entre estas cosas, sin embargo, debe saberse cuánto valen las obras de misericordia, cuando se prescriben ante las demás para los frutos dignos de penitencia.

Hinc etiam per semetipsam Veritas dicit: Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis (Luc. XI, 41). Hinc rursus ait: Date, et dabitur vobis (Ibid., VI, 38). Hinc scriptum est: Ignem ardentem exstinguit aqua, et eleemosyna resistit peccatis (Eccli. III, 33). Hinc iterum dicitur: Conclude eleemosynam in sinu pauperis et haec pro te exorabit (Ibid., XXIX, 15). Hinc bonus pater innocentem filium admonet, dicens: Si multum tibi fuerit, abundanter tribue; si exiguum fuerit, etiam exiguum libenter stude impartiri (Tob. IV, 9).

12. Ut autem quanta esset virtus in continentia et susceptione indigentium Redemptor noster ostenderet, dicit: Qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet; et qui recipit justo in nomine justi, mercedem justi accipiet (Matth. X, 41). In quibus verbis notandum est quia non ait: mercedem de propheta, vel mercedem de justo; sed: mercedem prophetae, atque mercedem justi accipiet. Aliud est enim merces de propheta, aliud merces prophetae, atque aliud merces de justo, aliud merces justi. Quid est enim dicere, Mercedem prophetae accipiet, nisi quia is qui prophetam sua largitate sustentat, quamvis ipse prophetiam non habeat, apud omnipotentem tamen Dominum prophetiae praemia habebit? Iste enim fortasse justus est, et quanto in hoc mundo nihil possidet, tanto loquendi pro justitia fiduciam majorem habet. Hunc dum ille sustentat qui in hoc mundo aliquid possidet, et fortasse adhuc pro justitia loqui libere non praesumit, justitiae illius libertatem sibi participem facit, ut cum eo pariter justitiae praemia recipiat, quem sustentando adjuvit, quatenus eamdem justitiam libere loqui potuisset. Ille prophetiae spiritu plenus est, sed tamen corporeo eget alimento. Et si corpus non reficitur, certum est quod vox ipsa subtrahatur. Qui ergo alimentum prophetae propter hoc quod propheta est, tribuit, prophetiae illius vires ad loquendum dedit. Cum propheta ergo mercedem prophetae recipiet, quia etsi spiritu prophetiae plenus non fuit, hoc tamen ante Dei oculos exhibuit, quod adjuvit. Hinc est quod de quibusdam peregrinantibus fratribus Caio per Joannem dicitur: Pro nomine enim Christi profecti sunt, nihil accipientes a gentilibus. Nos ergo debemus suscipere hujusmodi, ut cooperatores simus veritatis (III Joan., 7, 8). Qui enim spiritalia dona habentibus temporalia subsidia tribuit, in ipsis donis spiritalibus cooperator existit. Nam cum pauci sint qui spiritalia dona percipiunt, et multi qui rebus temporalibus abundant, per hoc se divites virtutibus pauperum inserunt, quo eisdem sanctis pauperibus de suis divitiis solatiantur.

De aquí que también por sí misma la Verdad diga: *Dad limosna, y he aquí que todas las cosas son limpias para vosotros* (Luc. 11, 41). De aquí que de nuevo diga: *Dad, y se os dará* (Ibíd., 6, 38). De aquí que esté escrito: *Al fuego ardiente lo extingue el agua, y la limosna resiste a los pecados* (Ecli. 3, 33). De aquí que de nuevo se diga: *Encierra la limosna en el seno del pobre y ella rogará por ti* (Ibíd., 29, 15). De aquí que el buen padre amoneste al hijo inocente, diciendo: *Si tuvieras mucho, da abundantemente; si tuvieras poco, estudia impartir de buen grado incluso lo poco* (Tob. 4, 9).

12. Para que nuestro Redentor mostrara cuánta virtud hay en la continencia y en la acogida de los indigentes, dice: *El que recibe a un profeta en nombre de profeta, recibirá recompensa de profeta; y el que recibe a un justo en nombre de justo, recibirá recompensa de justo* (Mat. 10, 41). En estas palabras debe notarse que no dice: recompensa de parte del profeta, o recompensa de parte del justo; sino: recibirá la recompensa del profeta, y la recompensa del justo. Pues una cosa es la recompensa de parte del profeta, otra la recompensa del profeta; y una cosa es la recompensa de parte del justo, otra la recompensa del justo. ¿Qué significa decir: *Recibirá la recompensa del profeta*, sino que aquel que sustenta a un profeta con su largueza, aunque él mismo no tenga profecía, tendrá sin embargo ante el Señor omnipotente los premios de la profecía? Aquel es tal vez justo, y cuanto nada posee en este mundo, tanto mayor confianza tiene para hablar en favor de la justicia. Mientras aquel que posee algo en este mundo sustenta a este, y tal vez aún no presume hablar libremente por la justicia, se hace partícipe de la libertad de justicia de aquel, para recibir junto con él los premios de la justicia, a quien ayudó sustentándolo, en la medida en que él mismo hubiera podido hablar libremente esa misma justicia. Aquel está lleno del espíritu de profecía, pero sin embargo carece de alimento corporal. Y si el cuerpo no se restaura, es cierto que la voz misma se retira. El que, por tanto, dio alimento al profeta por el hecho de que es profeta, dio al profeta las fuerzas para hablar. Recibirá, pues, con el profeta la recompensa del profeta, porque aunque no estuvo lleno del espíritu de profecía, exhibió sin embargo esto ante los ojos de Dios, que ayudó. De aquí que sobre ciertos hermanos peregrinos se diga a Gayo por medio de Juan: *Pues por el nombre de Cristo partieron, nada recibiendo de los gentiles.* *Nosotros, pues, debemos acoger a tales, para que seamos cooperadores de la verdad* (3 Juan 7, 8). Pues quien concede subsidios temporales a los que tienen dones espirituales, existe como cooperador en esos mismos dones espirituales. Pues habiendo pocos que perciben dones espirituales, y muchos que abundan en cosas temporales, por esto se insertan los ricos en las virtudes de los pobres, en lo que consuelan a esos mismos santos pobres de sus riquezas.

Unde cum per Isaiae vocem derelictae Dominus gentilitati, id est sanctae Ecclesiae, spiritalium virtutum merita, tanquam deserto arbusta, promitteret, ulmum quoque pariter promisit, dicens: Ponam desertum in stagna aquarum, et terram inviam in rivos aquarum; dabo in solitudine cedrum et spinam, myrtum et lignum olivae; ponam in deserto abietem, ulmum et buxum simul, ut videant et sciant, et recogitent et intelligant pariter (Isai. XLI, 18, 20).

13. Desertum quippe Dominus in stagna aquarum posuit, et terram inviam in rivos aquarum, quia gentilitati, quae prius per ariditatem mentis nullos bonorum operum fructus ferebat, fluenta sanctae praedicationis dedit, et ipsa, ad quam prius pro asperitate suae siccitatis via praedicatoribus non patebat, doctrinae postmodum rivos emanavit. Cui adhuc ex magno munere promittitur: Dabo in solitudine cedrum et spinam (Ibid., 19). Cedrum, quia magni odoris est, atque imputribilis naturae, jure accipimus in promissione. De spina vero, cum peccanti homini dictum sit: Terra tua spinas et tribulos germinabit tibi (Genes. III, 18), quid mirum si sanctae Ecclesiae illud promittitur quod peccanti homini pro poena multiplicatur? Sed cedri signantur nomine hi qui virtutes et signa exhibent in sua operatione, qui dicere cum Paulo valent: Christi bonus odor sumus Deo (II Cor. II, 15). Quorum corda ita in aeterno amore solidata sunt, ut eadem jam terreni amoris putredo nulla corrumpat. Per spinam vero signati sunt doctrinae spiritalis viri, qui dum de peccatis ac virtutibus disserunt, et modo aeterna supplicia minantur, modo coelestis regni gaudia promittunt, corda audientium pungunt. Sicque mentem dolore compunctionis perforant, ut ab eorum oculis, quasi quidam sanguis animae, lacrymae decurrant. Myrtus vero temperativae virtutis est, ita ut dissoluta membra temperando restringat. Quid itaque per myrtum nisi hi signati sunt qui afflictionibus proximorum compati sciunt, eorumque tribulationem per compassionem temperant? juxta hoc quod scriptum est: Gratias autem Deo, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt (II Cor. I, 4). Qui dum afflictis proximis verbum vel opem consolationis ferunt, eos procul dubio ad statum rectitudinis restringunt, ne immoderata tribulatione in desperationem solvantur.

De donde, cuando por la voz de Isaías el Señor prometía a la gentilidad abandonada, esto es, a la santa Iglesia, los méritos de las virtudes espirituales, como arbustos en el desierto, también prometió igualmente el olmo, diciendo: *Pondré el desierto en estanques de aguas, y la tierra inviable en corrientes de aguas; daré en la soledad el cedro y la espina, el mirto y el olivo; pondré en el desierto el abeto, el olmo y el boj a la vez, para que vean y sepan, y recapaciten y entiendan a la vez* (Is. 41, 18, 20).

13. Ciertamente, el Señor ha puesto el desierto en estanques de aguas, y la tierra inviable en corrientes de aguas, porque a la gentilidad, que antes por la aridez de la mente no producía ningún fruto de buenas obras, le dio los raudales de la santa predicación, y aquella misma tierra, a la que antes por la aspereza de su sequedad no se abría camino para los predicadores, emanó después corrientes de doctrina. A ella todavía se le promete por un gran don: *Daré en la soledad el cedro y la espina* (Ibíd., 19). El cedro, porque es de gran fragancia y de naturaleza incorruptible, lo aceptamos con razón en la promesa. En cuanto a la espina, habiéndose dicho al hombre pecador: *Tu tierra te germinará espinas y abrojos* (Gén. 3, 18), ¿qué maravilla si se promete a la santa Iglesia aquello que se multiplica para el hombre pecador como castigo? Pero con el nombre de cedros se designa a aquellos que exhiben virtudes y signos en su operación, que pueden decir con Pablo: *Somos el buen olor de Cristo para Dios* (2 Cor. 2, 15). Cuyos corazones están de tal modo consolidados en el amor eterno, que ninguna putrefacción del amor terrenal los corrompe ya. Por la espina, en cambio, se designa a los hombres de doctrina espiritual, que mientras discurren sobre los pecados y las virtudes, y ora amenazan con los suplicios eternos, ora prometen los gozos del reino celestial, punzan los corazones de los oyentes. Y así perforan la mente con el dolor de la compunción, de modo que de sus ojos, como si fuera una cierta sangre del alma, corren las lágrimas. El mirto, ciertamente, es de una virtud temperante, de tal modo que restringe los miembros disueltos templándolos. ¿Qué, pues, se designa por el mirto, sino aquellos que saben compadecerse de las aflicciones de los prójimos y templan su tribulación por medio de la compasión? según aquello que está escrito: *Gracias a Dios, que nos consuela en toda nuestra tribulación, para que podamos también nosotros mismos consolar a los que están en toda angustia* (2 Cor. 1, 4). Quienes, mientras llevan una palabra o la ayuda del consuelo a sus prójimos afligidos, sin duda los restringen al estado de rectitud, para que no se disuelvan en la desesperación por una tribulación inmoderada.

Quos autem per olivam, nisi misericordes accipimus? quia et Graece ἔλεος misericordia vocatur, et quasi olivae liquor ante omnipotentis Dei oculos misericordiae fructus lucet. Cui adhuc in promissione subjungitur: Ponam in deserto abietem, ulmum et buxum simul (Isai. XLI, 19). Qui per abietem, quae valde crescendo ad aeris alta sustollitur, nisi hi designati sunt qui, intra sanctam Ecclesiam adhuc in terrenis corporibus positi jam coelestia contemplantur? Et quamvis nascendo de terra exierunt, contemplando tamen jam juxta aethera verticem mentis extollunt. Et quid per ulmum nisi saecularium mentes expressae sunt? Quae dum terrenis adhuc curis inserviunt, nullum virtutum spiritalium fructum ferunt. Sed etsi fructum proprium ulmus non habet, portare tamen vitem cum fructu solet, quia et saeculares viri intra sanctam Ecclesiam, quamvis spiritalium virtutum dona non habeant, dum tamen sanctos viros donis spiritalibus plenos sua largitate sustentant, quid aliud quam vitem cum botris portant? Buxus autem quos alios designat, quae in altum non proficit, et quamvis fructum non habeat, viriditatem tamen habet, nisi eos qui intra sanctam Ecclesiam adhuc ex aetatis infirmitate bona opera ferre non valent, sed tamen parentum fidelium credulitatem sequentes, fidem perpetuae viriditatis tenent? Post quae omnia apte subjungitur: Ut videant et sciant, et recogitent et intelligant pariter. Ad hoc enim cedrus in Ecclesia ponitur, ut quisquis a proximo odorem virtutum spiritalium trahit, ipse quoque in aeternae vitae dilectione non torpeat, sed ad bonorum coelestium desideria ignescat. Ad hoc spina ponitur, ut qui praedicationis ejus verbo compunctus fuerit, ipse quoque exemplo illius discat corda sequentium praedicationis verbo compungere. Ad hoc myrtus ponitur, ut qui in ardore tribulationis ab ore vel opere promixi compatientis, temperamentum consolationis acceperit, ipse etiam discat quemadmodum afflictis proximis suae consolationis temperamentum proferat. Ad hoc oliva ponitur, ut qui alienae misericordiae opera cognoscit discat quemadmodum debeat indigenti proximo et ipse misereri. Ad hoc abies ponitur, ut quisquis vim contemplationis ejus agnoverit, ipse quoque ad contemplanda aeterna praemia succendatur. Ad hoc ulmus ponitur, ut quisquis intuitus fuerit eum qui habere virtutum fructum spiritalium non valet, sed tamen eos qui spiritalibus donis pleni sunt sustentat, ipse quoque sanctorum vitae quanta valet largitate inserviat, et coelestium bonorum botros quos gignendo non valet sustentando ferat. Ad hoc buxus ponitur, ut qui habere multos adhuc in infirmitate positos verae fidei viriditatem considerat, etiam esse ipse infidelis erubescat.

¿A quiénes aceptamos por el olivo, sino a los misericordiosos? porque también en griego *eleos* se llama la misericordia, y como el licor del olivo, el fruto de la misericordia brilla ante los ojos del Dios omnipotente. A esto todavía se añade en la promesa: *Pondré en el desierto el abeto, el olmo y el boj a la vez* (Is. 41, 19). ¿Quiénes son designados por el abeto, que creciendo mucho se eleva a las alturas del aire, sino aquellos que, situados todavía en cuerpos terrenales dentro de la santa Iglesia, contemplan ya las cosas celestiales? Y aunque al nacer salieron de la tierra, sin embargo, contemplando elevan ya el vértice de su mente cerca de los éteres. ¿Y qué se expresa por el olmo sino las mentes de los seculares? Los cuales, mientras todavía sirven a los cuidados terrenales, no dan ningún fruto de virtudes espirituales. Pero aunque el olmo no tiene fruto propio, suele sin embargo sostener la vid con fruto, porque también los hombres seculares dentro de la santa Iglesia, aunque no tengan los dones de las virtudes espirituales, mientras sin embargo sustentan a los hombres santos llenos de dones espirituales con su largueza, ¿qué otra cosa hacen sino sostener la vid con racimos? ¿A qué otros designa el boj, que no progresa en altura, y aunque no tenga fruto, tiene sin embargo verdor, sino a aquellos que dentro de la santa Iglesia todavía no pueden producir buenas obras por la debilidad de la edad, pero sin embargo, siguiendo la creencia de sus padres fieles, mantienen la fe de perpetuo verdor? Después de todo lo cual se añade aptamente: *Para que vean y sepan, y recapaciten y entiendan a la vez.* Pues para esto se pone el cedro en la Iglesia, para que quienquiera que atraiga del prójimo el olor de las virtudes espirituales, él mismo tampoco se entumezca en el amor de la vida eterna, sino que se encienda para los deseos de los bienes celestiales. Para esto se pone la espina, para que quien haya sido compungido por la palabra de su predicación, él mismo también aprenda por el ejemplo de aquel a compungir los corazones de los que le siguen con la palabra de la predicación. Para esto se pone el mirto, para que quien en el ardor de la tribulación haya recibido de la boca o de la obra del prójimo que se compadece el temperamento del consuelo, él mismo aprenda también de qué manera ofrecer el temperamento de su consuelo a los prójimos afligidos. Para esto se pone el olivo, para que quien conoce las obras de la misericordia ajena aprenda de qué manera debe él mismo tener misericordia del prójimo indigente. Para esto se pone el abeto, para que quienquiera que reconozca la fuerza de su contemplación, él mismo también se encienda para contemplar los premios eternos. Para esto se pone el olmo, para que quienquiera que haya mirado a aquel que no puede tener el fruto espiritual de las virtudes, pero sin embargo sustenta a los que están llenos de dones espirituales, él mismo también sirva a la vida de los santos con cuanta largueza pueda, y sostenga los racimos de los bienes celestiales que no puede producir engendrando. Para esto se pone el boj, para que quien considera que muchos situados todavía en la debilidad tienen el verdor de la verdadera fe, también él mismo se avergüence de ser infiel.

Bene ergo descriptis prius arboribus dicitur: Ut videant et sciant, et recogitent et intelligant. Ubi et apte subjungitur Pariter, quia cum intra sanctam Ecclesiam diversi hominum mores diversi sunt ordines, necesse est ut omnes simul discant, dum in ea spiritales viri diversae qualitatis, aetatis et ordinis, ad imitandum simul videntur. Sed ecce nos, dum monstrare ulmum quaerimus, per multa arbusta longius evagati sumus. Ad hoc itaque propter quod prophetae testimonium protulimus revertamur. Qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet, quia etsi fructum ulmus non habet, vitem tamen cum fructibus portans, haec ipsa sua efficit, quae bene sustentat aliena.

14. Quia vero ad magna nos opera Joannes admonet, dicens: Facite ergo fructus dignos poenitentiae (Matth. III, 8; Luc. III, 8). Et rursus: Qui habet duas tunicas, det non habenti; et qui habet escas, similiter faciat (Luc. III, 11); jam patenter datur intelligi quid est quod Veritas dicit: A diebus Joannis Baptistae usque nunc regnum coelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud (Matth. XI, 12). Quae supernae verba sententiae nobis sunt magnopere perscrutanda. Nam quaerendum est quomodo vim perpeti regnum coelorum possit. Quis enim coelo violentiam irrogat? et rursum quaerendum est si pati vim regnum coelorum potest, cur eamdem vim a diebus Joannis Baptistae, et non etiam ante pertulerit? Sed cum lex dicat: Si quis haec vel illa fecerit, morte moriatur, cunctis legentibus liquet quia peccatores quosque poena suae severitatis perculit, non autem per poenitentiam ad vitam reduxit. Cum vero Joannes Baptista Redemptoris gratiam praecurrens, poenitentiam praedicat, ut peccator qui ex culpa mortuus est per conversionem vivat, profecto a diebus Joannis Baptistae regnum coelorum vim patitur. Quid est autem regnum coelorum, nisi locus justorum? Solis enim justis coelestis patriae praemia debentur, ut humiles, casti, mites, atque misericordes ad gaudia superna perveniant. Cum vero quis vel superbia tumidus, vel carnis facinore pollutus, vel iracundia accensus, vel crudelitate impius, post culpas ad poenitentiam redit, et vitam aeternam percipit, quasi in locum peccator intrat alienum. A diebus ergo Joannis Baptistae regnum coelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud, quia qui poenitentiam peccatoribus indixit, quid aliud quam regno coelorum fieri violentiam docuit?

Bien, pues, descritos primero los árboles, se dice: *Para que vean y sepan, y recapaciten y entiendan.* Donde también se añade aptamente *A la vez*, porque siendo diversos los comportamientos de los hombres dentro de la santa Iglesia y diversos los órdenes, es necesario que todos aprendan simultáneamente, mientras en ella se ven a la vez para ser imitados hombres espirituales de diversa cualidad, edad y orden. Pero he aquí que, mientras buscamos mostrar el olmo, nos hemos divagado demasiado lejos por muchos arbustos. Volvamos, pues, a aquello por lo cual presentamos el testimonio del profeta. *El que recibe a un profeta en nombre de profeta, recibirá recompensa de profeta*, porque aunque el olmo no tenga fruto, sin embargo sosteniendo la vid con frutos, hace propios estos mismos frutos que bien sustenta en otro.

14. Pero porque Juan nos amonesta a grandes obras, diciendo: *Haced pues frutos dignos de penitencia* (Mat. 3, 8; Luc. 3, 8). Y de nuevo: *El que tiene dos túnicas, dé al que no tiene; y el que tiene comida, haga lo mismo* (Luc. 3, 11); ya se da a entender claramente qué es lo que la Verdad dice: *Desde los días de Juan el Bautista hasta ahora el reino de los cielos padece violencia, y los violentos lo arrebatan* (Mat. 11, 12). Cuyas palabras de la sentencia suprema deben ser por nosotros escrutadas con gran empeño. Pues debe preguntarse cómo puede el reino de los cielos padecer violencia. ¿Pues quién infiere violencia al cielo? Y de nuevo debe preguntarse si el reino de los cielos puede padecer violencia, por qué padeció esa misma violencia desde los días de Juan el Bautista, y no también antes. Pero como la ley dice: *Si alguien hiciera esto o aquello, muera de muerte*, es patente para todos los que leen que hirió a todos los pecadores con la pena de su severidad, pero no los redujo a la vida por medio de la penitencia. En cambio, cuando Juan el Bautista, precediendo a la gracia del Redentor, predica la penitencia, para que el pecador que por la culpa está muerto viva por la conversión, ciertamente desde los días de Juan el Bautista el reino de los cielos padece violencia. ¿Pero qué es el reino de los cielos, sino el lugar de los justos? Pues solo a los justos se deben los premios de la patria celestial, para que los humildes, los castos, los mansos y los misericordiosos lleguen a los gozos supremos. Pero cuando alguien, o hinchado por la soberbia, o manchado por un crimen de la carne, o encendido por la ira, o impío por la crueldad, vuelve a la penitencia después de las culpas y percibe la vida eterna, entra como pecador en lugar ajeno. Desde los días, pues, de Juan el Bautista el reino de los cielos padece violencia, y los violentos lo arrebatan, porque quien prescribió la penitencia a los pecadores, ¿qué otra cosa enseñó sino que se hiciera violencia al reino de los cielos?

15. Recogitemus ergo, fratres charissimi, mala quae fecimus, et nosmetipsos assiduis lamentis atteramus. Haereditatem justorum, quam non tenuimus per vitam, rapiamus per poenitentiam. Vult a nobis omnipotens Deus talem violentiam perpeti. Nam regnum coelorum rapi vult nostris fletibus, quod nostris meritis non debetur. A spei ergo certitudine nulla nos malorum nostrorum qualitas, nulla quantitas frangat. Praestat magnam veniae fiduciam latro ille venerabilis, qui non inde venerabilis, unde latro; nam latro ex crudelitate, venerabilis ex confessione. Cogitate ergo, cogitate quam sint incomprehensibilia in omnipotenti Deo misericordiae viscera. Latro iste, cruentis manibus abstractus a fauce itineris, suspensus est in patibulo crucis; ibi confessus, ibi sanatus est, ibi audire meruit: Hodie mecum eris in paradiso (Luc. XXIII, 43). Quid est hoc? Quis tantam bonitatem Dei dicere, quis aestimare sufficiat? De ipsa poena criminis pervenit ad praemia virtutis. Idirco autem omnipotens Deus electos suos in quibusdam lapsibus cadere permisit, ut aliis in culpa jacentibus, si toto ad eum corde consurgant, spem veniae reddat, et eis per lamenta poenitentiae viam pietatis aperiat. Exerceamus ergo nosmetipsos in lamentis, exstinguamus fletibus et dignis poenitentiae fructibus culpas quas fecimus; ad indulgentiam nobis tempora indulta non pereant, quia qui multos a suis iniquitatibus jam sanatos aspicimus, quid aliud quam supernae misericordiae pignus tenemus?

LIBER SECUNDUS.

HOMILIA XXI.

Habita ad populum in basilica beatae Mariae virginis, die sancto Paschae.

LECTIO. S. EVANG. SEC. MARC. XVI, 1-7.

In illo tempore, Maria Magdalene, et Maria Jacobi, et Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Jesum. Et valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum, orto jam sole. Et dicebant ad invicem: Quis revolvet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes, viderunt revolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum, viderunt juvenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, et obstupuerunt. Qui dixit illis: Nolite expavescere. Jesum quaeritis Nazarenum crucifixum, surrexit, non est hic. Ecce locus ubi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis ejus, et Petro, quia praecedet vos in Galilaeam. Ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

15. Recapacitemos, pues, hermanos carísimos, sobre los males que hemos hecho, y desgastémonos a nosotros mismos con asiduos lamentos. La herencia de los justos, que no retuvimos por la vida, arrebatémosla por la penitencia. Dios omnipotente quiere padecer de nosotros tal violencia. Pues quiere que el reino de los cielos sea arrebatado por nuestros llantos, lo cual no se debe a nuestros méritos. Por tanto, ninguna cualidad de nuestros males, ninguna cantidad nos rompa de la certeza de la esperanza. Proporciona una gran confianza de perdón aquel ladrón venerable, que no es venerable por aquello por lo que fue ladrón; pues ladrón por la crueldad, venerable por la confesión. Considerad, pues, considerad cuán incomprensibles son las entrañas de la misericordia en el Dios omnipotente. Aquel ladrón, apartado con las manos ensangrentadas de las gargantas del camino, fue suspendido en el patíbulo de la cruz; allí confesó, allí fue sanado, allí mereció oír: *Hoy estarás conmigo en el paraíso* (Luc. 23, 43). ¿Qué es esto? ¿Quién bastaría para decir, quién para estimar tan grande bondad de Dios? Desde la misma pena del crimen llegó a los premios de la virtud. Por esto mismo, además, Dios omnipotente permitió a sus elegidos caer en ciertos lapsos, para que a otros que yacen en la culpa, si resurgen hacia Él con todo el corazón, les devuelva la esperanza del perdón y les abra el camino de la piedad por los lamentos de la penitencia. Ejercitémonos, pues, a nosotros mismos en los lamentos, extingamos con llantos y frutos dignos de penitencia las culpas que cometimos; no perezcan los tiempos que nos han sido concedidos para la indulgencia, porque nosotros que vemos a muchos ya sanados de sus iniquidades, ¿qué otra cosa tenemos sino una prenda de la misericordia suprema?

LIBRO SEGUNDO

HOMILÍA XXI

Pronunciada ante el pueblo en la basílica de la bienaventurada Virgen María, en el santo día de Pascua.

LECTURA. DEL S. EVANG. SEGÚN MARCOS 16, 1-7.

En aquel tiempo, María Magdalena, y María la de Santiago, y Salomé compraron aromas para que, viniendo, ungieran a Jesús. *Y muy de mañana, el primer día de la semana, vienen al monumento, ya salido el sol.* *Y decían entre sí: ¿Quién nos revolverá la piedra de la puerta del monumento?* *Y mirando, vieron la piedra revuelta.* *Pues era muy grande.* *Y entrando en el monumento, vieron a un joven sentado a la derecha, cubierto con una estola blanca, y se quedaron estupefactas.* *El cual les dijo: No os espantéis.* *Buscáis a Jesús Nazareno crucificado; resucitó, no está aquí.* *He aquí el lugar donde lo pusieron.* *Pero id, decid a sus discípulos y a Pedro que os precede a Galilea.* *Allí lo veréis, como os dijo.*

1. Multis vobis lectionibus, fratres charissimi, per dictatum loqui consuevi; sed quia, lassescente stomacho, ea quae dictavero legere ipse non possum, quosdam vestrum minus libenter audientes intueor. Unde nunc a memetipso exigere contra morem volo ut inter sacra missarum solemnia lectionem sancti Evangelii non dictando, sed colloquendo edisseram. Sicque excipiatur ut loquimur, quia collocutionis vox corda torpentia plus quam sermo lectionis excitat, et quasi quadam manu sollicitudinis ut evigilent pulsat. Et quidem ad hoc opus me sufficere posse non video; sed tamen vires quas imperitia denegat charitas ministrat. Scio namque qui dixit: Aperi os tuum, et ego adimplebo illud (Psal. LXXX, 11). Bonum ergo opus nobis in voluntate sit, nam ex divino adjutorio erit in perfectione. Dat loquendi ausum ipsa etiam resurrectionis Dominicae tanta solemnitas, quia et indignum valde est ut eo die laudes debitas taceat lingua carnis, quo videlicet die caro resurrexit auctoris.

2. Audistis, fratres charissimi, quod sanctae mulieres quae Dominum fuerant secutae cum aromatibus ad monumentum venerunt, et ei, quem viventem dilexerant, etiam mortuo, studio humanitatis obsequuntur. Sed res gesta aliquid in sancta Ecclesia signat gerendum. Sic quippe necesse est ut audiamus quae facta sunt, quatenus cogitemus etiam quae nobis sint ex eorum imitatione facienda. Et nos ergo in eum qui est mortuus credentes, si, odore virtutum referti, cum opinione bonorum operum Dominum quaerimus, ad monumentum profecto illius cum aromatibus venimus. Illae autem mulieres angelos vident, quae cum aromatibus venerunt, quia videlicet illae mentes supernos cives aspiciunt, quae cum virtutum odoribus ad Dominum per sancta desideria proficiscuntur. Notandum vero nobis est quidnam sit quod in dextris sedere angelus cernitur. Quid namque per sinistram nisi vita praesens, quid vero per dextram nisi perpetua vita designatur? Unde in Canticis canticorum scriptum est: Laeva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me (Cant. II, 6). Quia ergo Redemptor noster jam praesentis vitae corruptionem transierat, recte angelus qui nuntiare perennem ejus vitam venerat in dextera sedebat. Qui stola candida coopertus apparuit, quia festivitatis nostrae gaudia nuntiavit. Candor etenim vestis splendorem nostrae denuntiat solemnitatis. Nostrae dicamus, an suae? Sed ut fateamur verius, et suae dicamus et nostrae. Illa quippe Redemptoris nostri resurrectio et nostra festivitas fuit, quia nos ad immortalitatem reduxit; et angelorum festivitas exstitit, quia nos revocando ad coelestia eorum numerum implevit. In sua ergo ac nostra festivitate angelus in albis vestibus apparuit, quia dum nos per resurrectionem Dominicam ad superna reducimur, coelestis patriae damna reparantur.

1. En muchas lecturas, hermanos carísimos, he acostumbrado a hablaros a través de lo dictado; pero porque, al desfallecer mi estómago, no puedo yo mismo leer aquellas cosas que he dictado, percibo que algunos de vosotros escuchan con menos agrado. Por lo cual ahora, contra la costumbre, quiero exigir de mí mismo que durante las sagradas solemnidades de las misas exponga la lectura del santo Evangelio no dictando, sino conversando. Y recíbase tal como hablamos, porque la voz de la conversación excita los corazones aletargados más que el discurso de la lectura, y como con una cierta mano de solicitud pulsa para que despierten. Y ciertamente no veo que yo pueda ser suficiente para esta obra; pero sin embargo la caridad suministra las fuerzas que la impericia niega. Pues conozco a quien dijo: *Abre tu boca, y yo la llenaré* (Sal. 80, 11). Esté, pues, en nuestra voluntad la buena obra, pues por el auxilio divino estará en la perfección. Da la osadía de hablar incluso esa misma gran solemnidad de la resurrección del Señor, porque es muy indigno que calle las debidas alabanzas la lengua de la carne en aquel día, en el cual día precisamente resucitó la carne del Autor.

2. Habéis oído, hermanos carísimos, que las santas mujeres que habían seguido al Señor vinieron con aromas al monumento, y con afán de humanidad obsequian a aquel a quien habían amado vivo, incluso muerto. Pero el hecho realizado significa algo que ha de realizarse en la santa Iglesia. Pues de tal modo es necesario que oigamos lo que se hizo, en cuanto que recapacitemos también qué cosas deben ser hechas por nosotros a partir de su imitación. Y nosotros, pues, creyendo en aquel que está muerto, si, repletos del olor de las virtudes, buscamos al Señor con la reputación de las buenas obras, venimos ciertamente a su monumento con aromas. Pero aquellas mujeres que vinieron con aromas ven ángeles, porque precisamente aquellas mentes ven a los ciudadanos supremos, las cuales se dirigen al Señor a través de santos deseos con los olores de las virtudes. Pero debemos notar qué es aquello de que se vea al ángel sentado a la derecha. ¿Pues qué se designa por la izquierda sino la vida presente, y qué por la derecha sino la vida perpetua? De donde en el Cantar de los Cantares está escrito: *Su izquierda bajo mi cabeza, y su derecha me abrazará* (Cant. 2, 6). Porque, por tanto, nuestro Redentor ya había pasado la corrupción de la vida presente, rectamente el ángel que había venido a anunciar su vida perenne estaba sentado a la derecha. El cual apareció cubierto con una estola blanca, porque anunció los gozos de nuestra festividad. Pues la blancura de la vestidura denuncia el esplendor de nuestra solemnidad. ¿Digamos nuestra, o suya? Pero para que confesemos con más verdad, digamos tanto suya como nuestra. Pues aquella resurrección de nuestro Redentor fue tanto nuestra festividad, porque nos redujo a la inmortalidad; y existió como festividad de los ángeles, porque al revocarnos a las cosas celestiales completó su número. En su festividad, pues, y en la nuestra, apareció el ángel con vestiduras blancas, porque mientras nosotros somos reducidos a las cosas supremas por la resurrección del Señor, se reparan las pérdidas de la patria celestial.

3. Sed quid advenientes feminas affatur audiamus: Nolite expavescere. Ac si aperte dicat: Paveant illi qui non amant adventum supernorum civium; pertimescant qui, carnalibus desideriis pressi, ad eorum se societatem pertingere posse desperant. Vos autem cur pertimescitis, quae vestros concives videtis? Unde et Matthaeus angelum apparuisse describens, ait: Erat aspectus ejus sicut fulgur, et vestimenta ejus sicut nix (Matth. XXVIII, 3). In fulgure etenim terror timoris est, in nive autem blandimentum candoris. Quia vero omnipotens Deus et terribilis peccatoribus, et blandus est justis, recte testis resurrectionis ejus angelus et in fulgure vultus, et in candore habitus demonstratur, ut de ipsa sua specie et terreret reprobos, et mulceret pios. Unde recte quoque populum per deserta gradientem columna ignis in nocte et columna nubis praeibat in die (Exod. XIII, 21, 22). In igne enim terror est, in nube autem visionis lene blandimentum; dies vero vita justi, et nox accipitur vita peccatoris. Unde et conversis peccatoribus Paulus dicit: Fuistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino (Ephes. V, 8). In die ergo per nubem columna monstrata est, et in nocte per ignem, quia omnipotens Deus et blandus justis, et terribilis apparebit injustis. Istos in judicio veniens per lenitatis mansuetudinem demulcet, illos vero per justitiae districtionem terret.

4. Sed jam quid angelus subjungat audiamus: Jesum quaeritis Nazarenum. Jesus Latino eloquio salutaris, id est salvator interpretatur. At vero multi tunc Jesus dici poterant, non tamen substantialiter, sed nuncupative. Ideo et locus subjungitur, ut de quo Jesu dictum sit manifestetur: Nazarenum. Et causam protinus subdidit: Crucifixum. Atque addidit: Surrexit, non est hic. Non est hic dicitur per praesentiam carnis, qui tamen nusquam deerit per praesentiam majestatis. Sed ite, dicite discipulis ejus et Petro, quia praecedet vos in Galilaeam. Quaerendum nobis est cur, nominatis discipulis, Petrus designatur ex nomine. Sed si hunc angelus nominatim non exprimeret, qui magistrum negaverat, venire inter discipulis non auderet. Vocatur ergo ex nomine, ne desperaret ex negatione. Qua in re considerandum nobis est cur omnipotens Deus eum quem cunctae Ecclesiae praeferre disposuerat ancillae vocem pertimescere et seipsum negare permisit. Quod nimirum magnae actum esse pietatis dispensatione cognoscimus, ut is qui futurus erat Pastor Ecclesiae in sua culpa disceret qualiter aliis misereri debuisset. Prius itaque eum ostendit sibi, et tunc praeposuit caeteris, ut ex sua infirmitate cognosceret quam misericorditer aliena infirma toleraret.

3. Pero oigamos qué dice a las mujeres que llegaban: *No os espantéis.* Como si dijera abiertamente: Pavoneen aquellos que no aman el advenimiento de los ciudadanos supremos; teman sobremanera quienes, oprimidos por los deseos carnales, desconfían de poder alcanzar la sociedad de ellos. Pero vosotras, ¿por qué teméis sobremanera, vosotras que veis a vuestros conciudadanos? De donde también Mateo, describiendo que apareció un ángel, dice: *Su aspecto era como un relámpago, y sus vestiduras como la nieve* (Mat. 28, 3). Pues en el relámpago está el terror del miedo, y en la nieve el halago de la blancura. Porque ciertamente Dios omnipotente es tanto terrible para los pecadores como suave para los justos, rectamente el ángel, testigo de su resurrección, es demostrado tanto en el relámpago del rostro como en la blancura del hábito, para que por su misma especie tanto aterrara a los réprobos como acariciara a los piadosos. De donde rectamente también precedía al pueblo que caminaba por los desiertos una columna de fuego en la noche y una columna de nube en el día (Éxod. 13, 21, 22). Pues en el fuego está el terror, y en la nube el suave halago de la visión; pero se toma el día como la vida del justo, y la noche la vida del pecador. De donde también Pablo dice a los pecadores convertidos: *Fuisteis en algún tiempo tinieblas, pero ahora luz en el Señor* (Ef. 5, 8). En el día, pues, fue mostrada la columna por la nube, y en la noche por el fuego, porque Dios omnipotente aparecerá tanto suave para los justos como terrible para los injustos. Viniendo al juicio, acaricia a estos por la mansedumbre de la lenidad, pero a aquellos los aterra por la severidad de la justicia.

4. Pero ya oigamos qué añade el ángel: *Buscáis a Jesús Nazareno.* Jesús en el habla latina se interpreta como saludable, esto es, salvador. Pero ciertamente muchos podían entonces llamarse Jesús, no sin embargo sustancialmente, sino por apelación. Por eso también se añade el lugar, para que se manifieste de qué Jesús se ha dicho: *Nazareno.* Y añadió inmediatamente la causa: *Crucificado.* Y agregó: *Resucitó, no está aquí.* Se dice que no está aquí por la presencia de la carne, el cual sin embargo en ninguna parte faltará por la presencia de la majestad. *Pero id, decid a sus discípulos y a Pedro que os precede a Galilea.* Debemos preguntarnos por qué, nombrados los discípulos, Pedro es designado por su nombre. Pero si el ángel no expresara a este por su nombre, el que había negado al maestro no se atrevería a venir entre los discípulos. Se le llama, pues, por su nombre, para que no desesperara por la negación. En cuya cuestión debemos considerar por qué Dios omnipotente permitió que aquel a quien había dispuesto preferir a toda la Iglesia temiera la voz de una criada y se negara a sí mismo. Lo cual precisamente reconocemos que fue hecho por la dispensación de una gran piedad, para que el que había de ser el futuro Pastor de la Iglesia aprendiera en su propia culpa de qué manera debía compadecerse de los demás. Primero, pues, se lo mostró a sí mismo, y entonces lo antepuso a los demás, para que por su propia debilidad reconocerla cuán misericordiosamente debía tolerar las debilidades ajenas.

5. Bene autem de Redemptore nostro dicitur: Praecedet vos in Galilaeam, ibi eum videbitis, sicut dixit vobis. Galilaea namque transmigratio facta interpretatur. Jam quippe Redemptor noster a passione ad resurrectionem, a morte ad vitam, a poena ad gloriam, a corruptione ad incorruptionem transmigraverat. Et prius post resurrectionem in Galilaea a discipulis videtur, quia resurrectionis ejus gloriam post laeti videbimus, si modo a vitiis ad virtutum celsitudinem transmigramus. Qui ergo in sepulcro nuntiatur, in transmigratione ostenditur, quia is qui in mortificatione carnis agnoscitur in transmigratione mentis videtur. Haec, fratres charissimi, pro tanta diei solemnitate, de lectionis evangelicae expositione transcurrimus, sed libet ut de hac eadem solemnitate aliquid subtilius loquamur.

6. Duae etenim vitae erant, quarum unam novimus, alteram nesciebamus. Una quippe mortalis est, altera immortalis, una corruptionis, altera incorruptionis; una mortis, altera resurrectionis. Sed venit Mediator Dei et hominum homo Christus Jesus, suscepit unam, et ostendit alteram. Unam pertulit moriendo, et ostendit alteram resurgendo. Si ergo nobis mortalem vitam scientibus resurrectionem promitteret carnis, et tamen hanc visibiliter non exhiberet, quis ejus promissionibus crederet? Factus itaque homo apparuit in carne, mori dignatus est ex voluntate, resurrexit ex potestate, et ostendit exemplo quod nobis promisit in praemio. Sed fortasse aliquis dicat: Jure ille surrexit qui, cum Deus esset, teneri a morte non potuit. Ad instruendam ergo ignorantiam nostram, ad roborandam infirmitatem nostram, suae resurrectionis exemplum nobis sufficere noluit. Solus in illo tempore mortuus est, et tamen solus minime resurrexit. Nam scriptum est: Multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt (Matth. XXVII, 52). Ablata ergo sunt omnia argumenta perfidiae. Ne quis enim dicat: Sperare de se non debet homo quod in carne sua exhibuit Deus homo, ecce cum Deo homines resurrexisse cognoscimus, et quos puros homines fuisse non dubitamus. Si ergo membra nostri Redemptoris sumus, praesumamus in nobis quod gestum constat in capite. Si multum nos abjicimus, sperare in nobis debemus nos membra ultima quod de membris ejus superioribus audivimus.

7. Ecce vero ad memoriam redit quod crucifixo Dei Filio Judaei insultantes dicebant: Si rex Israel est, descendat de cruce, et credimus ei (Ibid. 42). Qui si de cruce tunc descenderet, nimirum insultantibus cedens, virtutem nobis patientiae non demonstraret. Sed exspectavit paululum, toleravit opprobria, irrisiones sustinuit, servavit patientiam, distulit admirationem; et qui de cruce descendere noluit, de sepulcro surrexit. Plus igitur fuit de sepulcro surgere quam de cruce descendere. Plus fuit mortem resurgendo destruere quam vitam descendendo servare.

5. Bien se dice de nuestro Redentor: *Os precederá a Galilea, allí lo veréis, como os dijo.* Pues Galilea se interpreta como transmigración realizada. Pues ya nuestro Redentor había transmigrado de la pasión a la resurrección, de la muerte a la vida, de la pena a la gloria, de la corrupción a la incorrupción. Y primero es visto por los discípulos en Galilea después de la resurrección, porque después veremos alegres la gloria de su resurrección, si tan solo transmigramos de los vicios a la alteza de las virtudes. El que, pues, es anunciado en el sepulcro, es mostrado en la transmigración, porque el que es reconocido en la mortificación de la carne es visto en la transmigración de la mente. Estas cosas, hermanos carísimos, las hemos recorrido para la exposición de la lectura evangélica por la gran solemnidad del día, pero place que hablemos algo más sutilmente sobre esta misma solemnidad.

6. Porque dos eran las vidas, de las cuales a una conocíamos, y a la otra desconocíamos. Pues una es mortal, la otra inmortal; una de corrupción, la otra de incorrupción; una de muerte, la otra de resurrección. Pero vino el Mediador de Dios y de los hombres, el hombre Cristo Jesús, asumió una y mostró la otra. Padeció una muriendo, y mostró la otra resucitando. Si, pues, prometiera la resurrección de la carne a nosotros que conocemos la vida mortal, y sin embargo no exhibiera ésta visiblemente, ¿quién creería a sus promesas? Hecho, pues, hombre, apareció en la carne, se dignó morir por voluntad, resucitó por potestad, y mostró con el ejemplo lo que nos prometió en el premio. Pero quizás alguien diga: Con razón resucitó Aquél que, siendo Dios, no pudo ser retenido por la muerte. Para instrucción, pues, de nuestra ignorancia, para fortalecimiento de nuestra debilidad, no quiso que el ejemplo de su resurrección nos bastara. Solo murió en aquel tiempo, y sin embargo de ningún modo resucitó solo. Pues está escrito: *Muchos cuerpos de los santos que habían dormido resucitaron* (Mt 27, 52). Se han quitado, pues, todos los argumentos de la perfidia. Para que nadie diga: El hombre no debe esperar de sí lo que exhibió el Dios hombre en su carne, he aquí que conocemos que los hombres han resucitado con Dios, y de quienes no dudamos que fueron puros hombres. Si, pues, somos miembros de nuestro Redentor, presumamos en nosotros lo que consta haberse realizado en la cabeza. Si mucho nos abatimos, debemos esperar en nosotros, los miembros últimos, lo que hemos oído de sus miembros superiores.

7. He aquí que viene a la memoria lo que los judíos decían insultando al Hijo de Dios crucificado: *Si es rey de Israel, baje de la cruz y creeremos en él* (Mt 27, 42). Si Él bajara entonces de la cruz, cediendo a los que le insultaban, ciertamente no nos demostraría la virtud de la paciencia. Pero esperó un poco, toleró los oprobios, sostuvo las burlas, guardó la paciencia, difirió la admiración; y Quien no quiso bajar de la cruz, resucitó del sepulcro. Fue, pues, más resurgir del sepulcro que bajar de la cruz. Fue más destruir la muerte resucitando que conservar la vida bajando.

Sed cum Judaei hunc ad insultationes suas de cruce descendere minime cernerent, cum morientem viderent, eum se vicisse crediderunt, nomen illius se quasi exstinxisse gavisi sunt. Sed ecce de morte nomen ejus per mundum crevit, ex qua hoc infidelis turba exstinxisse se credidit; et quem gaudebat occisum, dolet mortuum, quia hunc ad suam gloriam cognoscit pervenisse per poenam. Quod bene in libro Judicum Samson illius facta significant (Judic. XVI, 1, 2, 3), qui cum Gazam civitatem Philisthinorum fuisset ingressus, Philisthaei, ingressum ejus protinus cognoscentes, civitatem repente obsidionibus circumdederunt, custodes deputaverunt, et Samson fortissimum se jam comprehendisse gavisi sunt. Sed quid Samson fecit agnovimus. Media nocte portas civitatis abstulit, et montis verticem ascendit. Quem, fratres charissimi, hoc in facto, quem nisi Redemptorem nostrum Samson ille significat? Quid Gaza civitas nisi infernum designat? Quid per Philisthaeos nisi Judaeorum perfidia demonstratur? Qui cum mortuum Dominum viderent, ejusque corpus in sepulcro jam positum, custodes illico deputaverunt, et eum qui auctor vitae claruerat, in inferni claustris retentum, quasi Samsonem in Gaza se deprehendisse laetati sunt. Samson vero modia nocte non solum exiit, sed etiam portas tulit, quia videlicet Redemptor noster ante lucem resurgens, non solum liber de inferno exiit, sed et ipsa etiam inferni claustra destruxit. Portas tulit, et montis verticem subiit, quia resurgendo claustra inferni abstulit, et ascendendo coelorum regna penetravit. Hanc ergo resurrectionis ejus gloriam, fratres charissimi, quae et prius demonstrabatur ex signo, et post patuit ex facto, tota mente diligamus, pro ejus amore moriamur. Ecce in resurrectione auctoris nostri ministros ejus angelos concives nostros agnovimus. Ad horum ergo civium illam frequentem solemnitatem festinemus. His, cum necdum visione possumus, desiderio et mente jungamur. Transmigremus a vitiis ad virtutes, ut in Galilaea Redemptorem nostrum videre mereamur. Adjuvet omnipotens Deus ad vitam desiderium nostrum, qui pro nobis in mortem dedit unicum Filium suum, Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum eo vivit et regnat Deus in unitate Spriritus sancti, per omnia saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XXII.

Habita ad populum in basilica beati Joannis, quae appellatur Constantiniana, Sabbato post Pascha. LECTIO S. EVANG. SEC. JOAN. XX, 1---9.

Pero como los judíos no veían en absoluto que Éste bajara de la cruz ante sus insultos, cuando lo veían muriendo, creyeron haberlo vencido, se alegraron como si hubieran extinguido su nombre. Pero he aquí que desde la muerte su nombre creció por el mundo, desde la cual esta turba infiel creyó haberlo extinguido; y a quien se alegraba de ver muerto, le duele verlo difunto, porque conoce que Éste ha llegado a su gloria a través de la pena. Lo cual bien significan los hechos de Sansón en el libro de los Jueces (Jueces 16, 1-3), quien habiendo entrado en Gaza, ciudad de los filisteos, los filisteos, conociendo pronto su entrada, de repente rodearon la ciudad con asedios, asignaron guardias, y se alegraron de haber ya aprehendido al fortísimo Sansón. Pero qué hizo Sansón lo hemos sabido. A media noche se llevó las puertas de la ciudad y subió a la cima del monte. ¿A quién, hermanos carísimos, en este hecho, a quién sino a nuestro Redentor significa aquel Sansón? ¿Qué designa la ciudad de Gaza sino el infierno? ¿Qué se demuestra por los filisteos sino la perfidia de los judíos? Quienes cuando vieron al Señor muerto, y su cuerpo ya puesto en el sepulcro, asignaron guardias al punto, y como si hubieran atrapado a Sansón en Gaza, se alegraron de tener retenido en los claustros del infierno a Aquél que había aparecido como autor de la vida. Pero Sansón no sólo salió a media noche, sino que también se llevó las puertas, porque evidentemente nuestro Redentor resurgiendo antes de la luz, no sólo salió libre del infierno, sino que también destruyó los mismos claustros del infierno. Se llevó las puertas y subió a la cima del monte, porque resucitando se llevó los claustros del infierno, y ascendiendo penetró en los reinos de los cielos. Amemos, pues, con toda nuestra mente esta gloria de su resurrección, hermanos carísimos, la cual tanto antes se demostraba por el signo como después fue patente por el hecho, y muramos por su amor. He aquí que en la resurrección de nuestro autor hemos reconocido a sus ministros los ángeles como conciudadanos nuestros. Apresurémonos, pues, a aquella frecuente solemnidad de estos ciudadanos. A éstos, cuando aún no podemos por la visión, unámonos por el deseo y la mente. Transmigremos de los vicios a las virtudes, para que merezcamos ver a nuestro Redentor en Galilea. Ayude Dios omnipotente a nuestro deseo de vida, Quien por nosotros entregó a la muerte a su Hijo único, nuestro Señor Jesucristo, Quien con Él vive y reina Dios en la unidad del Espíritu Santo, por todos los siglos de los siglos. Amén.

HOMILÍA XXII.

Pronunciada ante el pueblo en la basílica del bienaventurado Juan, que se llama Constantiniana, el Sábado después de Pascua. LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN JUAN 20, 1-9.

In illo tempore, una sabbati Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebrae essent, ad monumentum, et vidit lapidem sublatum a monumento. Cucurrit ergo et venit ad Simonem Petrum, et ad alium discipulum quem diligebat Jesus, et dixit eis: Tulerunt Dominum de monumento, et nescimus ubi posuerunt eum. Exiit ergo Petrus et ille alius discipulus, et venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul; et ille alius discipulus praecucurrit citius Petro, et venit primus ad monumentum. Et cum se inclinasset, vidit linteamina posita, non tamen introivit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, et introivit in monumentum. Et vidit linteamina posita, et sudarium quod fuerat super caput ejus, non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in unum locum. Tunc ergo introivit et ille discipulus qui venerat prior ad monumentum, et vidit, et credidit. Nondum enim sciebant Scripturas, quia oporteret eum a mortuis resurgere.

1. Fractus longa molestia stomachus diu me charitati vestrae de lectionis evangelicae expositione loqui prohibuit. Vox namque ipsa a clamoris virtute succumbit; et quia a multis audiri non valeo, loqui, fateor, inter multos erubesco. Sed hanc in me verecundiam et ipse reprehendo. Quid enim? Nunquid si multis prodesse nequeo, nec paucis curabo? Et si ex messe portare manipulos multos non possum, nunquidnam debeo ad aream vacuus redire? Quamvis enim quantos debeo ferre non valeo, certe vel paucos, certe vel duos, certe vel unum feram. Habet namque ipsa infirmitatis intentio mercedis suae certitudinem, quia supernus arbiter noster, etsi pondus considerat in retributione, tamen vires pensat in pondere.

2. Lectio sancti Evangelii quam modo, fratres, audistis valde in superficie historica est aperta, sed ejus nobis sunt mysteria sub brevitate requirenda. Maria Magdalene, cum adhuc tenebrae essent, venit ad monumentum. Juxta historiam notatur hora, juxta intellectum vero mysticum requirentis signatur intelligentia. Maria etenim auctorem omnium, quem carne viderat mortuum, quaerebat in monumento; et quia hunc minime invenit, furatum credidit. Adhuc ergo erant tenebrae cum venit ad monumentum. Cucurrit citius, discipulisque nuntiavit. Sed illi prae caeteris cucurrerunt, qui prae caeteris amaverunt, videlicet Petrus et Joannes. Currebant autem duo simul, sed Joannes praecucurrit citius Petro, et venit prior ad monumentum, sed ingredi non praesumpsit. Venit vero posterior Petrus, Et intravit. Quid, fratres, quid cursus iste significat? Nunquid haec tam subtilis evangelistae descriptio a mysteriis vacare credenda est? Minime. Neque enim se Joannes et praeisse et non intrasse diceret, si in ipsa sua trepidatione mysterium defuisse credidisset. Quid ergo per Joannem nisi Synagoga, quid per Petrum nisi Ecclesia designatur?

En aquel tiempo, el primer día de la semana, María Magdalena vino temprano, cuando aún estaba oscuro, al monumento, y vio la piedra quitada del monumento. Corrió, pues, y vino a Simón Pedro y al otro discípulo a quien Jesús amaba, y les dijo: Se han llevado al Señor del monumento y no sabemos dónde lo han puesto. Salió, pues, Pedro y aquel otro discípulo y vinieron al monumento. Y corrían los dos juntos; y aquel otro discípulo corrió más aprisa que Pedro y vino primero al monumento. Y habiéndose inclinado, vio los lienzos puestos allí, pero no entró. Vino, pues, Simón Pedro siguiéndole, y entró en el monumento. Y vio los lienzos puestos allí, y el sudario que había estado sobre su cabeza, no puesto con los lienzos, sino aparte, envuelto en un lugar. Entonces entró también aquel discípulo que había venido primero al monumento, y vio, y creyó. Pues aún no sabían las Escrituras, que convenía que Él resucitara de entre los muertos.

1. El estómago quebrantado por una larga molestia me prohibió durante mucho tiempo hablar a vuestra caridad sobre la exposición de la lectura evangélica. Pues la voz misma sucumbe ante la fuerza del clamor; y porque no valgo para ser oído por muchos, confieso que me avergüenzo de hablar entre muchos. Pero yo mismo reprendo en mí esta vergüenza. ¿Pues qué? ¿Acaso si no puedo aprovechar a muchos, no me cuidaré de unos pocos? Y si no puedo llevar muchas gavillas de la cosecha, ¿acaso debo volver vacío a la era? Pues aunque no valgo para llevar tantas como debo, ciertamente llevaré unas pocas, ciertamente dos, ciertamente una. Pues la intención misma de la debilidad tiene la certeza de su recompensa, porque nuestro juez supremo, aunque considera el peso en la retribución, sin embargo pondera las fuerzas en el peso.

2. La lectura del santo Evangelio que acabáis de oír, hermanos, está muy abierta en la superficie histórica, pero sus misterios han de ser buscados por nosotros con brevedad. *María Magdalena, cuando aún estaba oscuro, vino al monumento.* Según la historia se nota la hora, pero según el entendimiento místico se señala la inteligencia de la que busca. Pues María buscaba en el monumento al autor de todas las cosas, a quien había visto muerto en la carne; y porque no lo encontró en absoluto, creyó que había sido robado. Aún, pues, estaban las tinieblas cuando vino al monumento. Corrió más aprisa y lo anunció a los discípulos. Pero corrieron más que los otros aquellos que amaron más que los otros, a saber, Pedro y Juan. *Corrían los dos juntos, pero Juan corrió más aprisa que Pedro y vino primero al monumento,* pero no se atrevió a entrar. Vino, pues, Pedro después, *e entró.* ¿Qué significa, hermanos, qué significa ese correr? ¿Acaso ha de creerse que esta descripción tan sutil del evangelista carece de misterios? En modo alguno. Pues ni Juan diría de sí que se adelantó y que no entró, si hubiera creído que faltaba un misterio en su misma trepidación. ¿Qué, pues, se designa por Juan sino la Sinagoga, qué por Pedro sino la Iglesia?

Nec mirum esse videatur quod per juniorem Synagoga, per seniorem vero Ecclesia signati perhibetur, quia etsi ad Dei cultum prior est Synagoga quam Ecclesia gentium, ad usum tamen saeculi prior est multitudo gentium quam Synagoga, Paulo attestante, qui ait: Quia non prius quod spiritale est, sed quod animale (I Cor. XV, 46). Per seniorem ergo Petrum significatur Ecclesia gentium, per juniorem vero Joannem Synagoga Judaeorum. Cucurrerunt ambo simul, quia, ab ortus sui tempore usque ad occasum, pari et communi via, etsi non pari et communi sensu, gentilitas cum Synagoga cucurrit.

3. Venit Synagoga prior ad monumentum, sed minime intravit, quia legis quidem mandata percepit, prophetias de incarnatione ac passione Dominica audivit, sed credere in mortuum noluit. Vidit enim Joannes posita linteamina, non tamen introivit, quia videlicet Synagoga et Scripturae sacrae sacramenta cognovit, et tamen ad fidem passionis dominicae credendo intrare distulit. Quem diu longeque prophetavit, praesentem vidit, et renuit; hominem esse despexit, Deum carne mortalem factum credere noluit. Quid ergo est, nisi quia et citius cucurrit, et tamen ante monumentum vacua stetit: Venit autem Simon Petrus sequens eum, et introivit in monumentum, quia secuta posterior Ecclesia gentium, mediatorem Dei et hominum hominem Jesum Christum et cognovit carne mortuum, et viventem credidit Deum. Vidit linteamina posita, et sudarium quod fuerat super caput ejus, non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in unum locum. Quid esse, fratres, credimus, quod sudarium capitis Domini cum linteaminibus non invenitur in monumento, nisi quia, Paulo attestante (I Cor. XI, 3), caput Christi Deus, et divinitatis incomprehensibilia sacramenta ab infirmitatis nostrae cognitione disjuncta sunt, ejusque potentia creaturae transcendit naturam? Et notandum quod non solum separatim, sed etiam involutum inveniri dicitur in unum locum. Linteum quippe quod involvitur, ejus nec initium nec finis aspicitur. Recte ergo sudarium capitis involutum inventum est, quia celsitudo divinitatis nec coepit esse, nec desinit; nec per initium nascitur, nec termino coangustatur.

4. Bene autem additur: In unum locum, quia in scissura mentium Deus non est. Deus quippe in unitate est, et illi ejus habere gratiam merentur, qui se ab invicem per sectarum scandala non dividunt. Sed quia solet per sudarium laborantium sudor detergi, potest etiam sudarii nomine exprimi labor Dei, qui in se quidem semper quietus atque incommutabilis permanet, sed tamen laborare se denuntiat cum duras hominum pravitates portat. Unde et per prophetam dicit: Laboravi sustinens (Jerem. VI, 11). Deus autem apparuit in carne, laboravit ex nostra infirmitate.

Y no parezca ser maravilla que por el más joven se diga que es significada la Sinagoga, y por el mayor la Iglesia, porque aunque para el culto de Dios es primera la Sinagoga que la Iglesia de las gentes, para el uso del siglo es primera la multitud de las gentes que la Sinagoga, atestiguándolo Pablo, quien dice: *Que no es primero lo que es espiritual, sino lo que es animal* (1 Cor 15, 46). Por el mayor, pues, Pedro, se significa la Iglesia de las gentes, por el más joven, Juan, la Sinagoga de los judíos. Corrieron ambos juntos, porque, desde el tiempo de su nacimiento hasta el ocaso, por camino igual y común, aunque no con sentido igual y común, la gentilidad corrió con la Sinagoga.

3. Vino la Sinagoga primero al monumento, pero de ningún modo entró, porque ciertamente percibió los mandatos de la ley, oyó las profecías sobre la encarnación y pasión del Señor, pero no quiso creer en Él muerto. Pues Juan vio los lienzos puestos, pero sin embargo no entró, porque evidentemente la Sinagoga también conoció los sacramentos de las sagradas Escrituras, y sin embargo difirió el entrar creyendo a la fe de la pasión del Señor. A Quien profetizó durante mucho y largo tiempo, lo vio presente y lo rechazó; lo despreció por ser hombre, no quiso creer que Dios se había hecho mortal en la carne. ¿Qué es esto, pues, sino que tanto corrió más aprisa, y sin embargo permaneció vacía ante el monumento? *Pero vino Simón Pedro siguiéndole, y entró en el monumento,* porque habiéndole seguido después la Iglesia de las gentes, tanto conoció al mediador de Dios y de los hombres, el hombre Jesús Cristo, como muerto en la carne, y lo creyó Dios vivo. *Vio los lienzos puestos allí, y el sudario que había estado sobre su cabeza, no puesto con los lienzos, sino aparte, envuelto en un lugar.* ¿Qué creemos ser esto, hermanos, que el sudario de la cabeza del Señor no se encuentra en el monumento con los lienzos, sino porque, atestiguándolo Pablo (1 Cor 11, 3), la cabeza de Cristo es Dios, y los sacramentos incomprensibles de la divinidad están disjuntos del conocimiento de nuestra debilidad, y su potencia trasciende la naturaleza de la criatura? Y debe notarse que se dice que se encuentra no sólo aparte, sino también envuelto en un lugar. Pues un lienzo que se envuelve, no se ve en él ni principio ni fin. Rectamente, pues, el sudario de la cabeza fue hallado envuelto, porque la alteza de la divinidad ni comenzó a ser, ni cesa; ni nace por un principio, ni se estrecha por un término.

4. Pero bien se añade: *En un lugar,* porque Dios no está en la división de las mentes. Pues Dios está en la unidad, y merecen tener su gracia aquellos que no se dividen unos de otros por los escándalos de las sectas. Pero porque por el sudario suele limpiarse el sudor de los que trabajan, puede también expresarse por el nombre de sudario el trabajo de Dios, Quien en sí mismo ciertamente permanece siempre quieto e inconmutable, pero sin embargo denuncia que trabaja cuando soporta las duras depravaciones de los hombres. De donde también dice por el profeta: *He trabajado sosteniendo* (Jer 6, 11). Pero Dios apareció en la carne, trabajó por nuestra debilidad.

Quem laborem passionis ejus dum increduli viderunt, eum venerari noluerunt. Quem enim videbant carne mortalem, dedignati sunt credere immortalem esse divinitate. Unde etiam Jeremias ait: Reddes eis vicem, Domine, juxta opera manuum suarum, dabis eis scutum cordis laborem tuum (Thren. III, 64, 65). Ne enim praedicationis spicula eorum corda penetrarent, dum passionis ejus laborem dedignati sunt, quasi eumdem laborem illius pro scuto tenuerunt, ut eo ad se transire ejus verba non permitterent, quo eum laborare usque ad mortem viderunt. Quid autem nos nisi nostri capitis, id est Dei membra sumus? Per linteamina itaque corporis, laborum ligamenta signantur, quae nunc electos omnes, id est ejus membra constringunt. Sudarium ergo quod super caput ejus fuerat seorsum invenitur, quia ipsa Redemptoris nostri passio longe a nostra passione disjuncta est, quoniam ipse sine culpa pertulit quod nos cum culpa toleramus. Ipse sponte morti succumbere voluit, ad quam nos venimus inviti.

5. Sequitur: Tunc ergo introivit et ille discipulus qui venerat prior ad monumentum. Postquam intravit Petrus, ingressus est et Joannes. Posterior intravit qui prior venerat. Notandum, fratres, est quod in fine mundi ad Redemptoris fidem etiam Judaea colligetur, Paulo attestante, qui ait: Donec plenitudo gentium intraret, et sic omnis Israel salvus fieret (Rom. XI, 25, 26). Et vidit et credidit. Quid, fratres, quid aestimandus est credidisse? Nunquid quia Dominus resurrexerat, quem quaerebat? Non utique, quia adhuc tenebrae erant ad monumentum, et subjuncta quoque verba contradicunt cum dicitur: Nondum enim sciebant Scripturas, quia oporteret eum a mortuis resurgere. Quid ergo vidit, et quid credidit? Vidit linteamina posita, et credidit quod mulier dixerat, de monumento Dominum fuisse sublatum. Qua in re divinae dispensationis magnitudo pensanda est, quod discipulorum corda et accenduntur ut quaerant, et differuntur ne inveniant, quatenus infirmitas animi ipso suo moerore cruciata, et purgatior ad inveniendum fiat, et tanto validius teneat cum invenerit, quanto tardius invenerit quod quaerebat.

6. Haec sub brevitate, fratres charissimi, de evangelica lectione transcurrimus; nunc restat ut de ipsa tantae solemnitatis nobilitate aliquid loquamur. Hanc enim recte nobilitatem solemnitatis dicam, quia solemnitates caeteras antecedit. Sicut enim in sacro eloquio sancta sanctorum, vel Cantica canticorum, pro sui magnitudine dicuntur, ita haec festivitas recte dici potest solemnitas solemnitatum. Ex hac quippe solemnitate exemplum nobis resurrectionis datum est, spes coelestis patriae aperta, et facta superni regni jam praesumptibilis gloria.

El cual trabajo de su pasión mientras los incrédulos lo vieron, no quisieron venerarlo. Pues a Quien veían mortal en la carne, se dignaron creer que era inmortal por la divinidad. De donde también dice Jeremías: *Les darás el pago, Señor, según las obras de sus manos, les darás por escudo del corazón tu trabajo* (Lam 3, 64-65). Pues para que los dardos de la predicación no penetraran sus corazones, mientras desdeñaron el trabajo de su pasión, tuvieron como ese mismo trabajo suyo por escudo, para no permitir que sus palabras pasaran hacia ellos por aquello por lo que lo vieron trabajar hasta la muerte. ¿Pero qué somos nosotros sino miembros de nuestra cabeza, esto es, de Dios? Por los lienzos, pues, del cuerpo, se significan las ligaduras de los trabajos, que ahora constriñen a todos los elegidos, esto es, a sus miembros. El sudario, pues, que había estado sobre su cabeza se encuentra aparte, porque la pasión misma de nuestro Redentor está disjunta de lejos de nuestra pasión, puesto que Él mismo padeció sin culpa lo que nosotros toleramos con culpa. Él mismo quiso sucumbir a la muerte espontáneamente, a la cual nosotros llegamos contra nuestra voluntad.

5. Sigue: *Entonces entró también aquel discípulo que había venido primero al monumento.* Después de que entró Pedro, entró también Juan. Entró después el que había venido primero. Debe notarse, hermanos, que al fin del mundo también Judea será reunida a la fe del Redentor, atestiguándolo Pablo, quien dice: *Hasta que entrara la plenitud de las gentes, y así todo Israel se salvara* (Rom 11, 25-26). Y *vio y creyó.* ¿Qué, hermanos, qué ha de estimarse que creyó? ¿Acaso que el Señor había resucitado, a quien buscaba? No ciertamente, porque aún había tinieblas en el monumento, y las palabras añadidas también contradicen cuando se dice: *Pues aún no sabían las Escrituras, que convenía que Él resucitara de entre los muertos.* ¿Qué vio, pues, y qué creyó? Vio los lienzos puestos, y creyó lo que la mujer había dicho, que el Señor había sido quitado del monumento. En lo cual ha de ponderarse la grandeza de la dispensación divina, que los corazones de los discípulos tanto se encienden para que busquen, como se difieren para que no encuentren, a fin de que la debilidad del ánimo, atormentada por su mismo dolor, se haga tanto más purgada para encontrar, y tanto más fuertemente retenga cuando haya encontrado, cuanto más tarde haya encontrado lo que buscaba.

6. Estas cosas, hermanos carísimos, las hemos recorrido con brevedad sobre la lectura evangélica; ahora resta que hablemos algo sobre la nobleza misma de tan gran solemnidad. Pues rectamente llamaré a ésta la nobleza de la solemnidad, porque antecede a las demás solemnidades. Pues así como en el sagrado lenguaje se dicen el santo de los santos, o el Cantar de los cantares, por su magnitud, así esta festividad rectemente puede llamarse la solemnidad de las solemnidades. Pues desde esta solemnidad se nos dio el ejemplo de la resurrección, se abrió la esperanza de la patria celestial, y se hizo ya presumible la gloria del reino supremo.

Per hanc electi, qui quamvis in tranquillitatis sinu, tamen apud inferni claustra tenebantur, ad paradisi amoena reducti sunt. Quod ante passionem dixit, in resurrectione sua Dominus implevit: Si exaltatus fuero, inquit, a terra, omnia traham ad me (Joan. XII, 32). Omnia etenim traxit, qui de electis suis apud inferos nullum reliquit. Omnia abstulit, utique electa. Neque etenim infideles quosque, et pro suis criminibus aeternis suppliciis deditos, ad veniam Dominus resurgendo reparavit; sed illos ex inferni claustris rapuit, quos suos in fide et actibus recognovit. Unde recte etiam per Osee dicit: Ero mors tua, o mors; ero morsus tuus, inferne (Osee XIII, 14). Id namque quod occidimus, agimus ut penitus non sit. Ex eo etenim quod mordemus, partem abstrahimus, partemque relinquimus. Quia ergo in electis suis funditus occidit mortem, mors mortis exstitit. Quia vero ex inferno partem abstulit, et partem reliquit, non occidit funditus, sed momordit infernum. Ait ergo: Ero mors tua, o mors. Ac si aperte dicat: Quia in electis meis te funditus perimo, ero mors tua; ero morsus tuus, inferne, quia sublatis eis, te ex parte transfigo. Quae est ergo ista solemnitas quae inferni claustra destruxit, et januas nobis regni coelestis aperuit? Inquiratur subtilius nomen ejus. Requiratur egregius praedicator.

7. Videamus quid de ejus aestimatione denuntiet. Ait enim: Etenim pascha nostrum immolatus est Christus (I Cor. V, 7). Si ergo pascha Christus, pensandum nobis est quid de pascha lex loquitur, ut indagemus subtilius an de Christo dicta videantur. Moyses quippe ait: Sument de sanguine agni, ac ponent super utrumque postem, et in superliminaribus domorum in quibus comedent illum; et edent carnes nocte illa assas igni, et azymos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed assum tantum igni. Caput cum pedibus ejus et intestinis vorabitis, nec remanebit ex eo quidquam usque mane. Si quid residuum fuerit, igne comburetis (Exod. XII, 7, seq.). Ubi et additur: Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis, et calceamenta habebitis in pedibus vestris, tenentes baculos in manibus, et comedetis festinantes (Ibid., 11). Quae videlicet cuncta magnam nobis aedificationem pariunt, si fuerint mystica interpretatione discussa. Quis namque sit sanguis agni, non jam audiendo, sed bibendo didicistis. Qui sanguis super utrumque postem ponitur, quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. In utroque etenim poste sanguis agni est positus, quando sacramentum passionis illius cum ore ad Redemptionem sumitur, ad imitationem quoque intenta mente cogitatur. Nam qui sic Redemptoris sui sanguinem accipit ut imitari passionem illius necdum velit, in uno poste sanguinem posuit, qui etiam insuper liminaribus domorum ponendus est. Quid enim spiritaliter domos nisi mentes nostras accipimus, in quibus per cogitationem inhabitamus?

Por ésta los elegidos, que aunque en el seno de la tranquilidad, sin embargo eran retenidos en los claustros del infierno, fueron devueltos a los amenos lugares del paraíso. Lo que dijo antes de la pasión, el Señor lo cumplió en su resurrección: *Si yo fuere exaltado*, dijo, *de la tierra, todo lo atraeré hacia mí* (Jn 12, 32). Pues todo lo atrajo, Él que no dejó a ninguno de sus elegidos entre los de abajo. Todo lo quitó, a saber, lo elegido. Pues ni a los infieles, y a los entregados a suplicios eternos por sus crímenes, reparó el Señor para el perdón resucitando; sino que arrebató de los claustros del infierno a aquellos a quienes reconoció como suyos en la fe y en las obras. De donde rectamente dice también por Oseas: *Seré tu muerte, oh muerte; seré tu mordisco, oh infierno* (Os 13, 14). Pues aquello que matamos, hacemos para que no sea en absoluto. Pues de aquello que mordemos, retiramos una parte y dejamos otra parte. Porque, pues, en sus elegidos mató fundadamente a la muerte, existió como muerte de la muerte. Pero porque del infierno retiró una parte y dejó otra parte, no mató fundadamente, sino que mordió al infierno. Dice, pues: *Seré tu muerte, oh muerte.* Como si dijera abiertamente: Porque en mis elegidos te aniquilo fundadamente, seré tu muerte; seré tu mordisco, oh infierno, porque quitados ellos, te traspaso en parte. ¿Qué es, pues, esta solemnidad que destruyó los claustros del infierno y nos abrió las puertas del reino celestial? Inquiérase más sutilmente su nombre. Requiérase al egregio predicador.

7. Veamos qué denuncia sobre su estimación. Pues dice: *Porque nuestra pascua, que es Cristo, ha sido inmolada* (1 Cor 5, 7). Si, pues, Cristo es la pascua, debemos ponderar qué habla la ley sobre la pascua, para que indaguemos más sutilmente si parecen ser dichas sobre Cristo. Pues Moisés dice: *Tomarán de la sangre del cordero y la pondrán sobre ambos postes, y en los dinteles de las casas en las que lo comerán; y comerán la carne esa noche asada al fuego, y panes ázimos con lechugas silvestres.* *No comeréis de él nada crudo, ni cocido en agua, sino sólo asado al fuego.* *Devoraréis la cabeza con sus pies y sus intestinos, ni quedará de él nada hasta la mañana.* *Si quedara algo residuo, lo quemaréis al fuego* (Ex 12, 7 ss.). Donde también se añade: *Así, pues, lo comeréis. Ceñiréis vuestros riñones, y tendréis calzado en vuestros pies, teniendo báculos en las manos, y comeréis apresuradamente* (Ibíd., 11). Todas las cuales cosas evidentemente nos producen gran edificación, si fueren discutidas por interpretación mística. Pues quién sea la sangre del cordero, lo habéis aprendido no ya oyendo, sino bebiendo. La cual sangre se pone sobre ambos postes, cuando se sorbe no sólo con la boca del cuerpo, sino también con la boca del corazón. Pues en ambos postes se pone la sangre del cordero, cuando el sacramento de su pasión se toma con la boca para la Redención, y también se piensa con mente atenta para la imitación. Pues quien así recibe la sangre de su Redentor que aún no quiere imitar su pasión, puso la sangre en un poste, la cual también ha de ponerse sobre los dinteles de las casas. ¿Pues qué aceptamos espiritualmente por casas sino nuestras mentes, en las cuales habitamos por el pensamiento?

Cujus domus superliminare est ipsa intentio, quae praeeminet actioni. Qui ergo intentionem cogitationis suae ad imitationem dominicae passionis dirigit, in superliminari domus agni sanguinem ponit. Vel certe domus nostrae ipsa sunt corpora, in quibus, quousque vivimus, habitamus. Et in superliminari domus agni sanguinem ponimus, quia crucem passionis illius in fronte portamus. De quo adhuc agno subditur: Et edent carnes nocte illa assas igni (Exod. XII, 8). In nocte quippe agnum comedimus, quia in sacramento modo dominicum corpus accipimus, quando adhuc adinvicem nostras conscientias non videmus. Quae tamen carnes igni assandae sunt, quia nimirum dissolvit ignis carnes, quas aqua coxerit; quas vero ignis sine aqua excoquit, roborat. Carnes itaque Agni nostri ignis excoxit, quia eum ipsa vis passionis illius ad resurrectionem valentiorem reddidit, atque ad incorruptionem roboravit. Qui enim ex morte convaluit, videlicet carnes illius ab igne duruerunt. Unde etiam per Psalmistam dicit: Exaruit velut testa virtus mea (Psal. XXI, 16). Quid namque est testa ante ignem, nisi molle lutum? Sed ei ex igne agitur ut solidetur. Virtus ergo humanitatis ejus velut testa exaruit, quia ab igne passionis ad virtutem incorruptionis crevit.

8. Sed sola Redemptoris nostri percepta sacramenta ad veram solemnitatem mentis non sufficiunt, nisi eis quoque et bona opera jungantur. Quid enim prodest corpus et sanguinem illius ore percipere, et ei perversis moribus contraire? Unde bene adhuc ad comedendum subditur: Et azymos panes cum lactucis agrestibus (Exod. XII, 8). Panes quippe sine fermento comedit, qui recta opera sine corruptione vanae gloriae exercet, qui mandata misericordiae sine admistione peccati exhibet, ne perverse diripiat quod quasi recte dispensat. Hoc quoque peccati fermentum bonae suae actioni miscuerant, quibus prophetae voce per increpationem Dominus dicebat: Venite ad Bethel, et impie agite (Amos IV, 4). Atque post pauca: Et sacrificate de fermentato laudem (Ibid., 5). De fermentato namque laudem immolat, qui Deo sacrificium de rapina parat. Lactucae vero agrestes valde amarae sunt. Carnes ergo Agni cum lactucis agrestibus sunt edendae, ut cum corpus Redemptoris accipimus, nos pro peccatis nostris in fletibus affligamus, quatenus ipsa amaritudo poenitentiae abstergat a mentis stomacho perversae humorem vitae. Ubi et subditur: Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua (Exod. XII, 9). Ecce jam nos ipsa verba historiae ab intellectu historico repellunt. Nunquid, fratres charissimi, Israeliticus ille populus in Aegypto constitutus comedere agnum crudum consueverat, ut ei lex dicat: Non comedetis ex eo crudum quid? Ubi et additur: Nec coctum aqua. Sed quid aqua, nisi humanam scientiam designat, juxta hoc quod per Salomonem sub haereticorum voce dicitur: Aquae furtivae dulciores sunt (Prov. IX, 17).

De cuya casa el dintel es la intención misma, que preemina a la acción. Quien, pues, dirige la intención de su pensamiento a la imitación de la pasión del Señor, pone la sangre del cordero en el dintel de la casa. O ciertamente nuestras casas son los cuerpos mismos, en los cuales, mientras vivimos, habitamos. Y ponemos la sangre del cordero en el dintel de la casa, porque llevamos la cruz de su pasión en la frente. Sobre el cual cordero se añade aún: *Y comerán la carne esa noche asada al fuego* (Ex 12, 8). En la noche ciertamente comemos el cordero, porque en el sacramento recibimos ahora el cuerpo del Señor, cuando aún no vemos mutuamente nuestras conciencias. Cuya carne, sin embargo, ha de ser asada al fuego, porque evidentemente el fuego disuelve la carne que el agua coció; pero la que el fuego cuece sin agua, la fortalece. Así el fuego coció la carne de nuestro Cordero, porque la misma fuerza de su pasión lo volvió más valiente para la resurrección, y lo fortaleció para la incorrupción. Pues quien convaleció de la muerte, evidentemente su carne se endureció por el fuego. De donde también dice por el Salmista: *Se secó como una teja mi virtud* (Sal 21, 16). ¿Pues qué es la teja antes del fuego sino barro blando? Pero por el fuego se hace que se solidifique. La virtud, pues, de su humanidad se secó como una teja, porque desde el fuego de la pasión creció hacia la virtud de la incorrupción.

8. Pero los sacramentos percibidos de nuestro Redentor por sí solos no bastan para la verdadera solemnidad de la mente, si no se les unen también las buenas obras. ¿Pues qué aprovecha percibir su cuerpo y sangre con la boca, y contrariarle con costumbres perversas? De donde bien se añade aún para el comer: *Y panes ázimos con lechugas silvestres* (Ex 12, 8). Come panes sin fermento quien ejercita obras rectas sin la corrupción de la vanagloria, quien exhibe los mandatos de la misericordia sin mezcla de pecado, para no arrebatar perversamente lo que dispensa como rectamente. Este fermento del pecado también lo habían mezclado con su buena acción aquellos a quienes decía el Señor por voz del profeta como reprensión: *Venid a Betel y obrad impíamente* (Amós 4, 4). Y después de poco: *Y sacrificad alabanza de lo fermentado* (Ibíd., 5). Pues inmola alabanza de lo fermentado quien prepara para Dios un sacrificio de la rapiña. Las lechugas silvestres, por su parte, son muy amargas. Las carnes del Cordero, pues, han de comerse con lechugas silvestres, para que cuando recibamos el cuerpo del Redentor, nos aflijamos en llantos por nuestros pecados, a fin de que la amargura misma de la penitencia limpie del estómago de la mente el humor de la vida perversa. Donde también se añade: *No comeréis de él nada crudo, ni cocido en agua* (Ex 12, 9). He aquí que ya las palabras mismas de la historia nos repelen del entendimiento histórico. ¿Acaso, hermanos carísimos, aquel pueblo israelita constituido en Egipto acostumbraba a comer el cordero crudo, para que la ley le diga: *No comeréis de él nada crudo*? Donde también se añade: *Ni cocido en agua.* ¿Pero qué designa el agua sino la ciencia humana, según esto que se dice por Salomón en voz de los herejes: *Las aguas furtivas son más dulces* (Prov 9, 17)?

Quid crudae Agni carnes nisi inconsideratam ac sine reverentia cogitationis relictam illius humanitatem significant? Omne enim quod subtiliter cogitamus quasi mente coquimus. Sed agni caro nec cruda edenda est, nec aqua cocta, quia Redemptor noster nec purus homo aestimandus est, neque per humanam sapientiam qualiter incarnari Deus potuit cogitandus. Omnis enim qui Redemptorem nostrum purum hominem credit, quid iste aliud quam agni carnes crudas comedit, quas videlicet coquere per divinitatis ejus intelligentiam noluit? Omnis vero qui incarnationis ejus mysteria juxta humanam sapientiam discutere conatur, carnes agni aqua vult coquere, id est dispensationis ejus mysterium per dissolutam vult scientiam penetrare. He rho qui Paschalis gaudii solemnitatem celebrare desiderat, agnum nec aqua coquat, nec crudum comedat, ut neque per humanam sapientiam profunditatem illius incarnationis penetrare appetat, neque in eum tanquam in hominem purum credat; sed assas igni carnes comedat, ut dispensari omnia per sancti Spiritus potentiam sciat. De quo adhuc recte subjungitur: Caput cum pedibus et intestinis vorabitis (Exod. XII, 9), quia Redemptor noster est alpha et omega, Deus videlicet ante saecula, et homo in fine saeculorum. Et sicut jam praediximus, fratres, Paulo attestante didicimus quod caput Christi Deus est (I Cor. XI, 3). Caput ergo agni vorare, est divinitatem illius fide percipere. Pedes vero agni vorare, est vestigia humanitatis ejus amando et imitando perquirere. Quid vero sunt intestina, nisi verborum illius occulta et mystica mandata? Quae tunc voramus, cum verba vitae cum aviditate sumimus. In quo devorationis verbo quid aliud quam pigritiae nostrae torpor reprehenditur? Qui ejus verba ac mysteria et per nosmetipsos non requirimus, et dicta ab aliis audimus inviti. Non remanebit ex eo quidquam usque mane (Exod. XII, 10), quia ejus dicta magna sunt sollicitudine discutienda, quatenus priusquam dies resurrectionis appareat, in hac praesentis vitae nocte omnia illius mandata intelligendo et operando penetrentur. Sed quia valde difficile est ut omne sacrum eloquium possit intelligi, et omne ejus mysterium penetrari, recte subjungitur: Si quid autem remanserit, igne comburetis (Ibid.). Quod ex agno remanet igne comburimus quando hoc quod de mysterio incarnationis ejus intelligere et penetrare non possumus potestati sancti Spiritus humiliter reservamus, ut non superbe quis audeat vel contemnere vel denuntiare quod non intelligit, sed hoc igni tradit cum sancto Spiritui reservat.

¿Qué significan las carnes crudas del Cordero sino su humanidad dejada sin consideración y sin reverencia del pensamiento? Pues todo lo que pensamos sutilmente lo cocemos como con la mente. Pero la carne del cordero ni ha de comerse cruda, ni cocida en agua, porque nuestro Redentor ni ha de ser estimado como puro hombre, ni ha de pensarse a través de la sabiduría humana cómo Dios pudo encarnarse. Pues todo el que cree que nuestro Redentor es un puro hombre, ¿qué otra cosa hace sino comer las carnes crudas del cordero, las cuales evidentemente no quiso cocer por el entendimiento de su divinidad? Pero todo el que intenta discutir los misterios de su encarnación según la sabiduría humana, quiere cocer las carnes del cordero con agua, esto es, quiere penetrar el misterio de su dispensación por la ciencia disuelta. Quien, pues, desea celebrar la solemnidad del gozo pascual, ni cueza el cordero con agua, ni lo coma crudo, para que ni apetezca penetrar la profundidad de su encarnación por la sabiduría humana, ni crea en Él como en un puro hombre; sino coma las carnes asadas al fuego, para que sepa que todas las cosas son dispensadas por la potencia del Espíritu Santo. Sobre lo cual rectamente se añade aún: *Devoraréis la cabeza con los pies y los intestinos* (Ex 12, 9), porque nuestro Redentor es alfa y omega, a saber, Dios antes de los siglos, y hombre al fin de los siglos. Y como ya predijimos, hermanos, aprendimos atestiguándolo Pablo que *la cabeza de Cristo es Dios* (1 Cor 11, 3). Devorar la cabeza del cordero, pues, es percibir su divinidad por la fe. Devorar los pies del cordero es buscar las huellas de su humanidad amando e imitando. ¿Pero qué son los intestinos sino los mandatos ocultos y místicos de sus palabras? Los cuales devoramos cuando tomamos las palabras de vida con avidez. En cuya palabra de devoración, ¿qué otra cosa se reprende sino el torpor de nuestra pereza? Que ni requerimos sus palabras y misterios por nosotros mismos, ni oímos de grado lo dicho por otros. *No quedará de él nada hasta la mañana* (Ex 12, 10), porque sus dichos han de ser discutidos con gran solicitud, a fin de que antes de que aparezca el día de la resurrección, en esta noche de la vida presente sean penetrados todos sus mandatos entendiendo y obrando. Pero porque es muy difícil que toda palabra sagrada pueda ser entendida, y todo misterio suyo ser penetrado, rectamente se añade: *Si algo quedara, lo quemaréis al fuego* (Ibíd.). Quemamos al fuego lo que queda del cordero cuando reservamos humildemente a la potestad del Espíritu Santo aquello que no podemos entender ni penetrar sobre el misterio de su encarnación, para que nadie se atreva soberbiamente ni a despreciar ni a denunciar lo que no entiende, sino que lo entrega al fuego cuando lo reserva al Espíritu Santo.

9. Quia igitur qualiter edendum sit pascha cognovimus, nunc a qualibus edi debeat agnoscamus. Sequitur: Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis (Ibid., 11). Quid in renibus nisi delectatio carnis accipitur? Unde et Psalmista postulat, dicens: Ure renes meos (Psal. XXV, 2). Si enim voluptatem libidinis in renibus esse nesciret, eos uri minime petisset. Unde quia potestas diaboli in humano genere maxime per luxuriam praevaluit, de illo voce dominica dicitur: Potestas ejus in lumbis ejus (Job. XL, 11). Qui ergo pascha comedit, habere renes accinctos debet, ut qui solemnitatem resurrectionis atque incorruptionis agit, corruptioni jam per vitia nulli subjaceat, voluptates edomet, carnem a luxuria restringat. Neque enim cognovit quae sit solemnitas incorruptionis, qui adhuc per incontinentiam corruptioni subjacet. Haec quibusdam dura sunt, sed angusta porta est, quae ducit ad vitam (Matth. VII, 13). Et habemus jam multa exempla continentium. Unde et bene adhuc subditur: Calceamenta habebitis in pedibus (Exod. XII, 11). Quid sunt enim pedes nostri, nisi opera? Quid vero calceamenta, nisi pelles mortuorum animalium? Calceamenta autem pedes muniunt. Quae vero sunt mortua animalia, ex quorum pellibus nostri muniuntur pedes, nisi antiqui patres, qui nos ad aeternam patriam praecesserunt? Quorum dum exempla conspicimus, nostri operis pedes munimus. Calceamenta ergo in pedibus habere est mortuorum vitam conspicere, et nostra vestigia a peccati vulnere custodire. Tenentes baculos in manibus (Ibid.). Quid lex per baculum nisi pastoralem custodiam designat? Et notandum quod prius praecipimur renes accingere, postmodum baculos tenere, quia illi debent curam pastoralem suscipere, qui jam in suo corpore sciunt fluxa luxuriae edomare, ut cum aliis fortia praedicant, ipsi desideriis mollibus enerviter non succumbant. Bene autem subditur: Et comedetis festinantes (Ibid.). Notate, charissimi fratres, notate quod dicitur, festinantes. Mandata Dei, mysteria Redemptoris, coelestis patriae gaudia, cum festinatione cognoscite, et praecepta vitae cum festinatione implere curate. Quia enim adhuc hodie licet bene agere scimus, utrum cras liceat ignoramus. Festinantes ergo pascha comedite, id est ad solemnitatem patriae coelestis anhelate. Nemo in hujus vitae itinere torpeat, ne in patria locum perdat. Nemo moras ad appetenda studia innectat, sed coepta perficiat, ne minime liceat implere quod inchoat. Si ad amorem Dei pigri non sumus, adjuvat ipse quem amamus, Jesus Christus Dominus noster, qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

9. Puesto que, pues, hemos conocido de qué modo ha de comerse la pascua, ahora reconozcamos por quiénes debe ser comida. Sigue: *Y así la comeréis. Ceñiréis vuestros riñones* (Ibíd., 11). ¿Qué se entiende en los riñones sino el deleite de la carne? De donde también el Salmista pide, diciendo: *Quema mis riñones* (Sal 25, 2). Pues si no supiera que el placer de la libido está en los riñones, de ningún modo hubiera pedido que fueran quemados. De donde, porque la potestad del diablo prevaleció en el género humano máximamente por la lujuria, se dice de él por voz del Señor: *Su potestad está en sus lomos* (Job 40, 11). Quien, pues, come la pascua, debe tener los riñones ceñidos, para que quien celebra la solemnidad de la resurrección y de la incorrupción, ya no esté sujeto a ninguna corrupción por los vicios, dome los placeres, restrinja la carne de la lujuria. Pues ni conoció qué sea la solemnidad de la incorrupción quien aún por la incontinencia está sujeto a la corrupción. Estas cosas son duras para algunos, pero estrecha es la puerta que conduce a la vida (Mt 7, 13). Y tenemos ya muchos ejemplos de continentes. De donde también bien se añade aún: *Tendréis calzado en vuestros pies* (Ex 12, 11). ¿Pues qué son nuestros pies sino las obras? ¿Qué, por su parte, el calzado, sino las pieles de animales muertos? El calzado, por lo demás, protege los pies. ¿Y qué son los animales muertos, de cuyas pieles se protegen nuestros pies, sino los antiguos padres, que nos precedieron a la patria eterna? Mientras contemplamos sus ejemplos, protegemos los pies de nuestra obra. Tener, pues, calzado en los pies es contemplar la vida de los difuntos, y guardar nuestras huellas de la herida del pecado. *Teniendo báculos en las manos* (Ibíd.). ¿Qué designa la ley por el báculo sino la custodia pastoral? Debe notarse que primero se nos manda ceñir los riñones, después tener báculos, porque deben asumir el cuidado pastoral aquellos que ya en su propio cuerpo saben domar los flujos de la lujuria, para que cuando predican cosas fuertes a otros, ellos mismos no sucumban enervadamente a los deseos blandos. Pero bien se añade: *Y comeréis apresuradamente* (Ibíd.). Notad, carísimos hermanos, notad lo que se dice, *apresuradamente.* Conoced los mandatos de Dios, los misterios del Redentor, los gozos de la patria celestial con apresuramiento, y cuidad de cumplir los preceptos de la vida con apresuramiento. Porque pues sabemos que hoy aún es lícito obrar bien, ignoramos si mañana será lícito. Comed, pues, apresuradamente la pascua, esto es, anhelad la solemnidad de la patria celestial. Nadie se entorpezca en el camino de esta vida, para no perder el lugar en la patria. Nadie entreteja demoras para los estudios que deben desearse, sino que perfeccione lo comenzado, no sea que no le sea lícito cumplir lo que inicia. Si no somos perezosos para el amor de Dios, ayuda Aquel a quien amamos, Jesucristo nuestro Señor, que vive y reina con el Padre en la unidad del Espíritu Santo, Dios, por todos los siglos de los siglos. Amén.

HOMILIA XXIII.

Habita ad populum in basilica beati Petri apostoli, in crastino Paschae. LECTIO S. EVANG. SEC. LUC. XXIV, 13-35.

In illo tempore, duo ex discipulis Jesu ibant ipsa die in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta a Jerusalem, nomine Emmaus, et ipsi loquebantur adinvicem de his omnibus quae acciderant. Et factum est, dum fabularentur, et secum quaererent, et ipse Jesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos confertis adinvicem ambulantes, et estis tristes? Et respondens unus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Jerusalem, et non cognovisti quae facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quae? Et dixerunt: De Jesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere et sermone coram Deo et omni populo; et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes et principes nostri in damnationem mortis, et crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel. Et nunc super haec omnia, tertia dies est hodie quod haec facta sunt. Sed et mulieres quaedam ex nostris terruerunt nos, quae ante lucem fuerunt ad monumentum, et non invento corpore ejus, venerunt dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum vivere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, et ita invenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non invenerunt. Et ipse dixit ad illos: O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus quae locuti sunt prophetae! Nonne haec oportuit pati Christum, et intrare in gloriam suam? Et incipiens a Moyse, et omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis quae de ipso erant. Et appropinquaverunt castello, quo ibant. Et ipse finxit se longius ire. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum, quoniam advesperascit, et inclinata est jam dies. Et intravit cum illis. Et factum est, dum recumberet cum illis, accepit panem, et benedixit ac fregit, et porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, et cognoverunt eum, et ipse evanuit ab oculis eorum. Et dixerunt adinvicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via et aperiret nobis Scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt in Jerusalem, et invenerunt congregatos undecim, et eos qui cum ipsis erant, dicentes: Quia surrexit Dominus vere, et apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quae gesta erant in via, et quomodo cognoverunt eum in fractione panis.

HOMILÍA XXIII.

Pronunciada ante el pueblo en la basílica del bienaventurado Pedro apóstol, el día después de Pascua. LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN LUCAS 24, 13-35.

En aquel tiempo, dos de los discípulos de Jesús iban aquel mismo día a una aldea que estaba a sesenta estadios de Jerusalén, llamada Emaús, y ellos mismos hablaban entre sí de todas estas cosas que habían sucedido. Y sucedió que, mientras hablaban y razonaban entre sí, el mismo Jesús acercándose iba con ellos. Pero sus ojos estaban retenidos para que no lo conocieran. Y les dijo: ¿Qué pláticas son estas que conferís entre vosotros mientras camináis, y estáis tristes? Y respondiendo uno, de nombre Cleofás, le dijo: ¿Eres Tú el único forastero en Jerusalén, y no has conocido las cosas que se han hecho en ella en estos días? A los cuales Él dijo: ¿Qué cosas? Y dijeron: De Jesús Nazareno, que fue un varón profeta, poderoso en obra y palabra ante Dios y todo el pueblo; y cómo lo entregaron los sumos sacerdotes y nuestros príncipes para condenación de muerte, y lo crucificaron. Nosotros, por nuestra parte, esperábamos que Él fuera el que había de redimir a Israel. Y ahora sobre todo esto, hoy es el tercer día que se hicieron estas cosas. Pero también unas mujeres de las nuestras nos han aterrado, las cuales antes de la luz estuvieron en el monumento, y no hallado su cuerpo, vinieron diciendo que también habían visto una visión de ángeles, que dicen que Él vive. Y fueron algunos de los nuestros al monumento, y así lo hallaron como las mujeres habían dicho, pero a Él no lo hallaron. Y Él les dijo: ¡Oh necios y tardos de corazón para creer en todo lo que han hablado los profetas! ¿Acaso no convenía que Cristo padeciera estas cosas y entrara en su gloria? Y empezando por Moisés y por todos los profetas, les interpretaba en todas las Escrituras las cosas que eran de Él. Y se acercaron a la aldea a donde iban. Y Él fingió que iba más lejos. Y le obligaron diciendo: Quédate con nosotros, porque atardece y ya el día se ha inclinado. Y entró con ellos. Y sucedió que, mientras estaba a la mesa con ellos, tomó el pan y lo bendijo y lo partió, y se lo alargaba. Y se abrieron sus ojos y lo conocieron, y Él desapareció de sus ojos. Y dijeron entre sí: ¿Acaso no estaba ardiendo nuestro corazón en nosotros mientras nos hablaba en el camino y nos abría las Escrituras? Y levantándose en la misma hora regresaron a Jerusalén, y hallaron congregados a los once y a los que estaban con ellos, diciendo: Que ha resucitado el Señor verdaderamente y se ha aparecido a Simón. Y ellos mismos contaban lo que había sucedido en el camino, y cómo lo conocieron en la fracción del pan.

1. In quotidiana vobis solemnitate laborantibus pauca loquenda sunt; et fortasse haec utilius proderunt, quia saepe et alimenta quae minus sufficiunt avidius sumuntur. Lectionis ergo evangelicae summatim sensum statui non per singula verba discutere, ne dilectionem vestram valeat sermo prolixior expositionis onerare. Ecce audistis, fratres charissimi, quia duobus discipulis ambulantibus in via, non quidem credentibus, sed tamen de se loquentibus Dominus apparuit, sed eis speciem quam recognoscerent non ostendit. Hoc ergo egit foris Dominus in oculis corporis quod apud ipsos agebatur intus in oculis cordis. Ipsi namque apud semetipsos intus et amabant et dubitabant, eis autem Dominus foris et praesens aderat, et quis esset non ostendebat. De se ergo loquentibus praesentiam exhibuit, sed de se dubitantibus cognitionis suae speciem abscondit. Verba quidem contulit, duritiam intellectus increpavit; sacrae Scripturae mysteria quae de seipso erant aperuit, et tamen quia adhuc in eorum cordibus peregrinus erat a fide, se ire longius finxit. Fingere namque componere dicimus; unde et compositores luti figulos vocamus. Nihil ergo simplex Veritas per duplicitatem fecit, sed talem se eis exhibuit in corpore qualis apud illos erat in mente. Probandi autem erant, si hi qui eum etsi necdum ut Deum diligerent, saltem ut peregrinum amare potuissent. Sed quia esse extranei a charitate non poterant hi cum quibus Veritas gradiebatur, eum ad hospitium quasi peregrinum vocant. Cur autem dicimus, vocant, cum illic scriptum sit Et coegerunt eum? Ex quo nimirum exemplo colligitur quia peregrini ad hospitium non solum invitandi sunt, sed etiam trahendi. Mensam ponunt, cibos offerunt, et Deum quem in Scripturae sacrae expositione non cognoverant, in panis fractione cognoscunt.

2. Audiendo ergo praecepta Dei illuminati non sunt, faciendo illuminati sunt, quia scriptum est: Non auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur (Rom. II, 13). Quisquis ergo vult audita intelligere, festinet ea quae jam intelligere potuit opere implere. Ecce Dominus non est cognitus dum loqueretur, et dignatus est cognosci dum pascitur. Hospitalitatem ergo, fratres charissimi, diligite, charitatis opera amate. Hinc enim per Paulum dicitur: Charitas fraternitatis maneat in vobis, et hospitalitatem nolite oblivisci. Per hanc enim placuerunt quidam, angelis hospitio receptis (Hebr. XIII, 1). Hinc Petrus ait: Hospitales invicem sine murmuratione (I Petr. IV, 9). Hinc ipsa Veritas dicit: Hospes fui, et suscepistis me (Matth. XXV, 35). Opinata res est valde, et seniorum nostrorum nobis relatione tradita. Quidam paterfamilias cum tota domo sua magno hospitalitatis studio serviebat; cumque quotidie ad mensam suam peregrinos susciperet, quodam die peregrinus quidam inter alios venit, ad mensam ductus est.

1. Para vosotros, que trabajáis en la solemnidad cotidiana, pocas cosas han de decirse; y quizás éstas aprovechen más útilmente, porque a menudo incluso los alimentos que bastan menos se toman con más avidez. Así pues, he determinado discutir el sentido de la lectura evangélica sumariamente y no por palabras individuales, para que un discurso más prolífico de exposición no pueda cargar vuestro amor. He aquí que habéis oído, hermanos carísimos, que a dos discípulos que caminaban por el camino, no ciertamente creyendo, pero sin embargo hablando de Él, se les apareció el Señor, pero no les mostró una forma que reconocieran. Esto, pues, hizo el Señor fuera en los ojos del cuerpo lo que se hacía entre ellos dentro en los ojos del corazón. Pues ellos mismos dentro tanto amaban como dudaban, y a ellos el Señor fuera estaba presente, y no mostraba quién era. Así pues, a los que hablaban de Él les exhibió su presencia, pero a los que dudaban de Él les ocultó la forma de su conocimiento. Ciertamente les dirigió palabras, reprendió la dureza de su entendimiento; les abrió los misterios de la sagrada Escritura que eran sobre Sí mismo, y sin embargo, porque aún en sus corazones Él era un extraño para la fe, fingió que iba más lejos. Pues fingir decimos que es componer; de donde también llamamos alfareros a los compositores del barro. Nada, pues, hizo la Verdad simple por duplicidad, sino que se les exhibió en el cuerpo tal como era entre ellos en la mente. Pero debían ser probados si aquellos que, aunque aún no lo amaran como a Dios, al menos hubieran podido amarlo como a un extraño. Pero porque no podían ser ajenos a la caridad aquellos con quienes caminaba la Verdad, lo llaman al hospicio como a un extraño. ¿Pero por qué decimos, lo llaman, cuando allí está escrito: *And they constrained Him?* De cuyo ejemplo ciertamente se colige que a los extraños no sólo hay que invitarlos al hospicio, sino incluso traerlos. Ponen la mesa, ofrecen alimentos, y conocen a Dios en la fracción del pan, a quien no habían conocido en la exposición de la sagrada Escritura.

2. No fueron, pues, iluminados oyendo los preceptos de Dios, sino que fueron iluminados haciéndolos, porque está escrito: *No los oidores de la ley son justos ante Dios, sino los hacedores de la ley serán justificados* (Rom 2, 13). Quienquiera, pues, que quiera entender lo oído, apresúrese a cumplir por la obra aquellas cosas que ya pudo entender. He aquí que el Señor no fue conocido mientras hablaba, y se dignó ser conocido mientras es alimentado. Amad, pues, la hospitalidad, hermanos carísimos, amad las obras de la caridad. Pues de aquí se dice por Pablo: *Permanezca en vosotros la caridad de la fraternidad, y no olvidéis la hospitalidad.* *Pues por ésta algunos pluguieron, habiendo recibido ángeles en el hospicio* (Heb 13, 1). De aquí dice Pedro: *Hospitalarios unos con otros sin murmuración* (1 Pe 4, 9). De aquí la misma Verdad dice: *Fui huésped, y me recibisteis* (Mt 25, 35). Es cosa muy reputada, y entregada a nosotros por el relato de nuestros mayores. Cierto padre de familia con toda su casa servía con gran estudio de hospitalidad; y como diariamente recibiera extraños a su mesa, cierto día vino un extraño entre los otros, y fue llevado a la mesa.

Dumque paterfamilias ex humilitatis consuetudine aquam vellet in ejus manibus fundere, conversus urceum accepit, sed repente eum in cujus manibus aquam fundere voluerat non invenit. Cumque hoc factum secum ipse miraretur, eadem nocte ei Dominus per visionem dixit: Caeteris diebus me in membris meis, hesterno autem die me in memetipso suscepisti. Ecce in judicium veniens, dicet: Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis (Matth. XXV, 40). Ecce ante judicium cum per membra sua suscipitur, susceptores suos etiam per semetipsum requirit; et tamen nos ad hospitalitatis gratiam pigri sumus. Pensate, fratres, quanta hospitalitatis virtus sit. Ad mensas vestras Christum suscipite, ut vos ab eo suscipi ad convivia aeterna valeatis. Praebete modo peregrino Christo hospitium, ut vos in judicio non quasi peregrinos nesciat, sed ut proprios recipiat ad regnum, ipso adjuvante qui vivit et regnat Deus in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XXIV.

Habita ad populum in basilica beati Laurentii martyris, foris muros Urbis, Feria quarta Paschae. LECTIO S. EVANG. SEC. JOAN. XXI, 1-14.

In illo tempore, manifestavit se iterum Jesus discipulis suis ad mare Tiberiadis. Manifestavit autem sic. Erant simul Simon Petrus, et Thomas qui dicitur Didymus, et Nathanael, qui erat a Cana Galilaeae, et filii Zebedaei, et alii ex discipulis ejus duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus et nos tecum. Et exierunt, et ascenderunt in navim, et illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem facto, stetit Jesus in littore, non tamen cognoverunt discipuli quia Jesus est. Dicit ergo eis Jesus: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non. Et dixit eis: Mittite in dexteram navigii rete, et invenietis. Miserunt ergo, et jam non valebant illud trahere prae multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Jesus Petro: Dominus est. Simon ergo Petrus cum audisset quia Dominus est, tunica succinxit se (erat enim nudus) et misit se in mare. Alii autem discipuli navigio venerunt (non enim longe erant a terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. Ut ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, et piscem superpositum, et panem. Dicit eis Jesus: Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, et traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis Jesus: Venite, prandete. Et nemo audebat discumbantium interrogare eum: Tu quis es? scientes quia Dominus est. Et venit Jesus, et accepit panem, et dedit eis, et piscem similiter. Hoc jam tertio manifestatus est Jesus discipulis suis, cum resurrexisset a mortuis.

Y mientras el padre de familia por la costumbre de la humildad quería derramar agua en sus manos, habiéndose vuelto tomó el jarro, pero de repente no encontró a aquel en cuyas manos había querido derramar el agua. Y maravillándose él mismo consigo de este hecho, esa misma noche el Señor le dijo por una visión: Los demás días me recibiste en mis miembros, pero el día de ayer me recibiste en Mí mismo. He aquí que viniendo al juicio, dirá: *Lo que hicisteis a uno de estos mis mínimos, a Mí me lo hicisteis* (Mt 25, 40). He aquí que antes del juicio, cuando es recibido por sus miembros, busca a sus receptores incluso por Sí mismo; y sin embargo nosotros somos perezosos para la gracia de la hospitalidad. Ponderad, hermanos, cuán grande sea la virtud de la hospitalidad. Recibid a Cristo en vuestras mesas, para que podáis ser recibidos por Él en los convites eternos. Ofreced ahora hospitalidad al Cristo extraño, para que Él no os desconozca en el juicio como a extraños, sino para que os reciba como propios al reino, con la ayuda de Él mismo que vive y reina Dios por los siglos de los siglos. Amén.

HOMILÍA XXIV.

Pronunciada ante el pueblo en la basílica del bienaventurado Lorenzo mártir, fuera de los muros de la Ciudad, el Miércoles de Pascua. LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN JUAN 21, 1-14.

En aquel tiempo, se manifestó Jesús otra vez a sus discípulos junto al mar de Tiberíades. Y se manifestó de esta manera. Estaban juntos Simón Pedro, y Tomás, llamado el Dídimo, y Natanael, que era de Caná de Galilea, y los hijos de Zebedeo, y otros dos de sus discípulos. Simón Pedro les dice: "Voy a pescar". Le dicen ellos: "Vamos nosotros también contigo". Y salieron, y subieron a una barca, y aquella noche no pescaron nada. Pero cuando se hizo de mañana, se presentó Jesús en la orilla; mas los discípulos no conocieron que era Jesús. Jesús, pues, les dice: "Muchachos, ¿tenéis algo de comer?". Le respondieron: "No". Y Él les dijo: "Echad la red a la derecha de la barca, y hallaréis". La echaron, pues, y ya no podían sacarla por la multitud de peces. Entonces aquel discípulo a quien Jesús amaba dice a Pedro: "Es el Señor". Simón Pedro, cuando oyó que era el Señor, se ciñó la túnica (porque estaba desnudo) y se echó al mar. Pero los otros discípulos vinieron en la barca (porque no estaban lejos de tierra, sino como a doscientos codos), arrastrando la red con los peces. Así que descendieron a tierra, vieron brasas puestas, y un pez puesto encima, y pan. Jesús les dice: "Traed de los peces que habéis pescado ahora". Subió Simón Pedro, y sacó la red a tierra, llena de grandes peces, ciento cincuenta y tres. Y siendo tantos, no se rompió la red. Jesús les dice: "Venid, comed". Y ninguno de los que estaban a la mesa se atrevía a preguntarle: "¿Tú quién eres?", sabiendo que era el Señor. Y viene Jesús, y toma el pan, y se lo da, y el pez de igual manera. Ésta fue ya la tercera vez que Jesús se manifestó a sus discípulos, después de haber resucitado de los muertos.

1. Lectio sancti Evangelii quae modo in auribus vestris lecta est, fratres mei, quaestione animum pulsat, sed pulsatione sua vim discretionis indicat. Quaeri etenim potest cur Petrus, qui piscator ante conversionem fuit, post conversionem ad piscationem rediit; et cum Veritas dicat: Nemo mittens manum suam ad aratrum, et aspiciens retro, aptus est regno Dei (Luc. IX, 62), cur repetiit quod dereliquit? Sed si virtus discretionis inspicitur, citius videtur quia nimirum negotium quod ante conversionem sine peccato exstitit, hoc etiam post conversionem repetere culpa non fuit. Nam piscatorem Petrum, Matthaeum vero telonearium scimus; et post conversionem suam ad piscationem Petrus rediit, Matthaeus vero ad telonei negotium non resedit, quia aliud est victum per piscationem quaerere, aliud autem telonei lucris pecunias augere. Sunt enim pleraque negotia, quae sine peccatis exhiberi aut vix aut nullatenus possunt. Quae ergo ad peccatum implicant, ad haec necesse est ut post conversionem animus non recurrat.

2. Quaeri etiam potest cur, discipulis in mari laborantibus, post resurrectionem suam Dominus in littore stetit, qui ante resurrectionem suam coram discipulis in fluctibus maris ambulavit (Matth., XIV, 25). Cujus rei ratio festine cognoscitur, si ipsa quae tunc inerat causa pensetur. Quid enim mare nisi praesens saeculum signat, quod se causarum tumultibus et undis vitae corruptibilis illidit? Quid per soliditatem littoris nisi illa perpetuitas quietis aeternae figuratur? Quia ergo discipuli adhuc fluctibus mortalis vitae inerant, in mari laborabant. Quia autem Redemptor noster jam corruptionem carnis excesserat, post resurrectionem suam in littore stabat. Ac si ipsum resurrectionis suae mysterium rebus discipulis loqueretur, dicens: Jam vobis in mari non appareo, quia vobiscum in perturbationis fluctibus non sum. Hinc est quod alio in loco post resurrectionem suam eisdem discipulis dicit: Haec sunt verba quae locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum (Luc. XXIV, 44). Neque enim cum ipsis non erat quibus praesens corporaliter apparebat, sed tamen jam se esse cum ipsis denegat, a quorum mortali corpore carnis immortalitate distabat. Quod illic cum ipsis positus, fatetur non se esse cum ipsis, hoc quoque hic situ corporis indicat, cum, adhuc eis navigantibus, esse se jam in littore demonstrat.

1. La lectura del santo Evangelio que acaba de ser leída en vuestros oídos, hermanos míos, golpea el alma con una pregunta, pero por su golpe indica la fuerza del discernimiento. Pues puede preguntarse por qué Pedro, que fue pescador antes de su conversión, volvió a la pesca después de su conversión; y puesto que la Verdad dice: *Nadie que pone su mano en el arado y mira hacia atrás es apto para el reino de Dios* (Lc 9, 62), ¿por qué repitió lo que había abandonado? Pero si se inspecciona la virtud del discernimiento, más pronto se ve que ciertamente un negocio que existió sin pecado antes de la conversión no fue culpa repetirlo incluso después de la conversión. Pues sabemos que Pedro fue pescador, pero Mateo fue telonario; y después de su conversión Pedro volvió a la pesca, pero Mateo no volvió a sentarse en el negocio del telonio, porque una cosa es buscar el sustento por la pesca, y otra aumentar el dinero con las ganancias del telonio. Pues hay muchos negocios que o apenas o de ninguna manera pueden ejercerse sin pecados. Por tanto, a aquellas cosas que implican pecado, es necesario que el alma no regrese después de la conversión.

2. También puede preguntarse por qué, trabajando los discípulos en el mar, después de su resurrección el Señor estuvo en la orilla, quien antes de su resurrección caminó ante los discípulos en las olas del mar (Mt 14, 25). La razón de lo cual se conoce pronto si se pondera la causa que entonces existía. ¿Qué significa el mar sino el presente siglo, que se choca con los tumultos de las causas y las olas de la vida corruptible? ¿Qué se figura por la solidez de la orilla sino aquella perpetuidad del descanso eterno? Porque, pues, los discípulos aún estaban en las olas de la vida mortal, trabajaban en el mar. Pero porque nuestro Redentor ya había pasado la corrupción de la carne, después de su resurrección estaba en la orilla. Como si el mismo misterio de su resurrección hablara a los discípulos por estas cosas, diciendo: "Ya no me aparezco a vosotros en el mar, porque no estoy con vosotros en las olas de la perturbación". De aquí es que en otro lugar, después de su resurrección, dice a los mismos discípulos: *Éstas son las palabras que os hablé cuando aún estaba con vosotros* (Lc 24, 44). Pues no es que no estuviera con ellos a quienes aparecía presente corporalmente, pero sin embargo ya niega que esté con ellos, de cuyo cuerpo mortal distaba por la inmortalidad de la carne. Lo que allí confiesa, estando puesto con ellos, que no está con ellos, eso también aquí lo indica por la situación de su cuerpo, cuando, navegando ellos todavía, demuestra que Él está ya en la orilla.

3. Facta est autem discipulis piscationis magna difficultas, ut magistro veniente fieret admirationis magna sublimitas. Qui protinus dixit: Mittite in dexteram navigii rete, et invenietis. Bis in sancto Evangelio legitur, quia Dominus jussit ut ad piscandum retia mitterentur, ante passionem videlicet, et post resurrectionem. Sed priusquam Redemptor noster pateretur et resurgeret, mitti quidem rete ad piscandum jubet, sed utrum in dexteram, an in sinistram mitti debuisset, non jubet; post resurrectionem vero discipulis apparens, mitti rete in dexteram jubet. In illa piscatione tanti capti sunt, ut retia rumperentur; in ista autem et multi capti sunt, et retia rupta non sunt. Quis vero nesciat bonos dextera, et malos sinistra figurari? Illa ergo piscatio, in qua specialiter in quam partem mitti rete debeat non jubetur, praesentem Ecclesiam designat, quae bonos simul ac malos colligit, nec eligit quos trahat, quia et quos eligere possit ignorat. Haec autem piscatio post Domini resurrectionem facta, in solam dexteram missa est, quia ad videndam claritatis ejus gloriam sola electorum Ecclesia pertingit, quae de sinistro opere nihil habebit. In illa piscatione prae multitudine piscium rete rumpitur, quia nunc ad confessionem fidei etiam cum electis reprobi tanti intrant qui ipsam quoque Ecclesiam haeresibus scindant. In ista vero piscatione et multi pisces et magni capiuntur, et rete non rumpitur, quia sancta electorum Ecclesia, in continua auctoris sui pace requiescens, nullis jam dissensionibus dilaniatur.

4. Captis autem tam magnis piscibus, Ascendit Simon Petrus, et traxit rete in terram. Jam credo quod vestra charitas advertat quid est quod Petrus rete ad terram trahit. Ipsi quippe sancta Ecclesia est commissa, ipsi specialiter dicitur: Simon Joannis amas me? Pasce oves meas (Joan. XXI, 15, 16). Quod ergo postmodum aperitur in voce, hoc nunc signatur in opere. Quia ergo praedicator Ecclesiae nos a mundi hujus fluctibus separat, nimirum necesse est ut rete plenum piscibus Petrus ad terram ducat. Ipse enim pisces ad soliditatem littoris pertrahit, quia sanctae praedicationis voce stabilitatem aeternae patriae fidelibus ostendit. Hoc egit verbis, hoc Epistolis, hoc agit quotidie miraculorum signis. Quoties per eum ad amorem quietis aeternae convertimur, quoties a terrenarum rerum tumultibus separamur, quid aliud quam missi intra rete fidei pisces ad littus trahumur? Sed cum rete magnis piscibus plenum dicitur, additur et quantis, scilicet centum quinquaqinta tribus. A magno mysterio numerus non vacat, sed intentos vos tanti mysterii profunditas exspectat.

3. Pero se produjo para los discípulos una gran dificultad en la pesca, para que, al venir el Maestro, se produjera una gran sublimidad de admiración. El cual al punto dijo: *Echad la red a la derecha de la barca, y hallaréis*. Dos veces se lee en el santo Evangelio que el Señor mandó que se echaran las redes para pescar: a saber, antes de la pasión y después de la resurrección. Pero antes de que nuestro Redentor padeciera y resucitara, manda ciertamente echar la red para pescar, pero no manda si debía echarse a la derecha o a la izquierda; mas después de la resurrección, apareciéndose a los discípulos, manda echar la red a la derecha. En aquella pesca se capturaron tantos que las redes se rompían; en ésta se capturaron muchos, y las redes no se rompieron. ¿Quién, en efecto, no sabe que los buenos se figuran por la derecha y los malos por la izquierda? Aquella pesca, pues, en la que no se manda especialmente en qué parte deba echarse la red, designa a la Iglesia presente, que recoge a los buenos junto con los malos, ni elige a quiénes arrastre, porque ignora a quiénes pueda elegir. Mas esta pesca realizada después de la resurrección del Señor fue echada sólo a la derecha, porque sólo la Iglesia de los elegidos llega a ver la gloria de su claridad, la cual nada tendrá de la obra de la izquierda. En aquella pesca la red se rompe por la multitud de los peces, porque ahora entran a la confesión de la fe tantos réprobos junto con los elegidos que despedazan también a la misma Iglesia con herejías. En esta pesca, ciertamente, se capturan peces tanto muchos como grandes, y la red no se rompe, porque la santa Iglesia de los elegidos, descansando en la paz continua de su Autor, ya no es desgarrada por ninguna disensión.

4. Capturados ya peces tan grandes, *subió Simón Pedro y sacó la red a tierra*. Creo ya que vuestra caridad advierte qué es esto de que Pedro arrastra la red a tierra. A él, en efecto, le fue encomendada la santa Iglesia; a él se le dice especialmente: *Simón, hijo de Juan, ¿me amas? Apacienta mis ovejas* (Jn 21, 15.16). Lo que, pues, después se abre en la voz, esto se significa ahora en la obra. Porque, pues, el predicador de la Iglesia nos separa de las olas de este mundo, ciertamente es necesario que Pedro lleve la red llena de peces a la tierra. Pues él arrastra los peces a la solidez de la orilla, porque con la voz de la santa predicación muestra a los fieles la estabilidad de la patria eterna. Esto hizo con palabras, esto con Epístolas, esto hace diariamente con los signos de los milagros. Cuantas veces por él nos convertimos al amor del descanso eterno, cuantas veces nos separamos de los tumultos de las cosas terrenas, ¿qué otra cosa sino que, como peces enviados dentro de la red de la fe, somos arrastrados a la orilla? Pero cuando se dice que la red está llena de grandes peces, se añade también cuántos, a saber, ciento cincuenta y tres. El número no está vacío de un gran misterio, sino que la profundidad de tan gran misterio os espera atentos.

Neque enim quantitatis summam solerter evangelista exprimeret, nisi hanc sacramento plenam esse judicasset. Scitis namque quod in Veteri Testamento omnis operatio per Decalogi mandata praecipitur, in Novo autem ejusdem operationis virtus per septiformem gratiam sancti Spiritus multiplicatis fidelibus datur. Quem propheta denuntians, dicit: Spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini (Isai. XI, 2). Sed ille in hoc Spiritu operationem percipit, qui fidem Trinitatis agnoscit, ut et Patrem et Filium et eumdem Spiritum sanctum unius virtutis credat, unius substantiae esse fateatur. Quia ergo septem quae superius diximus, per Novum Testamentum latius data sunt, decem vero per Vetus praecepta, omnis nostra virtus et operatio per decem et septem potest plene comprehendi. Ducamus ergo per trigonum decem et septem, et veniunt ad quinquaginta unum. Qui profecto numerus a magno mysterio non vacat, quia in Testamento Veteri legimus quod annus quinquagesimus jubilaeus vocari jussus est (Lev. XXV, 11), in quo videlicet cunctus populus ab omni operatione quiesceret. Sed vera requies in unitate est. Dividi quippe unum non potest; ubi enim scissura divisionis est, vera requies non est. Ducamus ergo per trigonum quinquaginta et unum, ut fiant centum quinquaginta tres. Quia ergo omnis nostra operatio in fide Trinitatis exhibita ad requiem tendit, decem et septem ter ducimus, ut ad quinquaginta et unum venire debeamus. Et vera nostra requies tunc est, cum ipsam jam claritatem Trinitatis agnoscimus, quam in unitate divinitatis esse certum tenemus. Quinquaginta et unum ter ducimus, et electorum summam in superna patria quasi centum quinquaginta trium piscium numerum tenemus. Post resurrectionem ergo Domini missum rete dignum fuit ut tot pisces caperet, quot solummodo electos cives supernae patriae designarent.

5. Inter haec vero et hesterna sancti Evangelii lectio et hodierna nos admonet, ut vigilanter debeamus inspicere cur Dominus et Redemptor noster post resurrectionem suam piscem assum legitur comedisse. Non enim vacat a mysterio quod iteratur in facto. In hac etenim lectione panem et assum piscem, in illa vero quae hesterno die lecta est (Luc. XXIV, 13, seq.) cum asso pisce etiam favum mellis comedit. Quid autem signare piscem assum credimus, nisi ipsum Mediatorem Dei et hominum passum? Ipse enim latere dignatus est in aquis generis humani, capi voluit, laqueo mortis nostrae, et quasi tribulatione assatus est tempore passionis suae. Sed qui piscis assus fieri dignatus est in passione, favus mellis nobis exstitit in resurrectione. An qui in pisce asso figurare voluit tribulationem passionis suae, in favo mellis utramque naturam exprimere voluit personae suae? Favus quippe mel in cera est, mel vero in cera est divinitas in humanitate. Quod ab hac quoque lectione non discrepat, nam piscem comedit et panem.

Pues no expresaría el evangelista tan solícitamente la suma de la cantidad, si no hubiera juzgado que ésta estaba llena de un sacramento. Sabéis, pues, que en el Antiguo Testamento toda obra se manda por los mandatos del Decálogo, pero en el Nuevo la virtud de la misma obra se da por la gracia septiforme del Espíritu Santo a los fieles multiplicados. Al cual anunciando el profeta, dice: *Espíritu de sabiduría y de entendimiento, espíritu de consejo y de fortaleza, espíritu de ciencia y de piedad, y le llenará el espíritu del temor del Señor* (Is 11, 2). Pero percibe la obra en este Espíritu aquel que reconoce la fe de la Trinity, de modo que crea que tanto el Padre como el Hijo y el mismo Espíritu Santo son de una misma virtud, y confiese que son de una misma sustancia. Porque, pues, los siete que arriba dijimos se dieron más ampliamente por el Nuevo Testamento, y diez preceptos por el Antiguo, toda nuestra virtud y obra puede comprenderse plenamente por diez y siete. Llevemos, pues, por el triángulo diez y siete, y llegan a ciento cincuenta y tres. Cuyo número ciertamente no está vacío de un gran misterio, porque en el Antiguo Testamento leemos que se mandó llamar año jubilar al año quincuagésimo (Lv 25, 11), en el cual, a saber, todo el pueblo descansaría de toda obra. Pero el verdadero descanso está en la unidad. Ciertamente el uno no puede dividirse; pues donde hay escisión de división, no hay verdadero descanso. Llevemos, pues, por el triángulo cincuenta y uno, para que se hagan ciento cincuenta y tres. Porque, pues, toda nuestra obra exhibida en la fe de la Trinidad tiende al descanso, llevamos diez y siete tres veces, para que debamos llegar a cincuenta y uno. Y nuestro verdadero descanso es entonces, cuando ya reconocemos la misma claridad de la Trinidad, la cual tenemos por cierto que está en la unidad de la divinidad. Llevamos cincuenta y uno tres veces, y tenemos la suma de los elegidos en la patria celestial casi como el número de ciento cincuenta y tres peces. Después de la resurrección del Señor, pues, fue digno que la red echada capturara tantos peces cuantos designaran solamente a los elegidos ciudadanos de la patria celestial.

5. Entre estas cosas, ciertamente, tanto la lectura de ayer del santo Evangelio como la de hoy nos amonestan a que debamos inspeccionar vigilantes por qué se lee que nuestro Señor y Redentor comió un pez asado después de su resurrección. Pues no está vacío de misterio lo que se repite en el hecho. Pues en esta lectura hay pan y pez asado, pero en aquella que se leyó el día de ayer (Lc 24, 13 ss.), con el pez asado comió también un panal de miel. ¿Qué creemos que significa el pez asado sino al mismo Mediador de Dios y de los hombres habiendo padecido? Pues Él se dignó esconderse en las aguas del género humano, quiso ser capturado por el lazo de nuestra muerte, y fue como asado por la tribulación en el tiempo de su pasión. Pero el que se dignó hacerse pez asado en la pasión, se nos mostró panal de miel en la resurrección. ¿O el que quiso figurar en el pez asado la tribulación de su pasión, quiso expresar en el panal de miel ambas naturalezas de su persona? El panal, en efecto, es miel en la cera, pero la miel en la cera es la divinidad en la humanidad. Lo cual tampoco discrepa de esta lectura, pues come pez y pan.

Qui enim assari ut piscis potuit ex humanitate, pane nos reficit ex divinitate, qui ait: Ego sum panis vivus qui de coelo descendi (Joan. VI, 41, 52). Assum ergo piscem comedit et panem, ut ipso suo cibo nobis ostenderet quia et passionem ex nostra humanitate pertulit, et refectionem nostram ex sua divinitate procuravit. Quod si vigilanter inspicimus, nobis quoque qualiter ad imitandum congruat videmus. Sic enim sua Redemptor indicat, ut imitationis viam nobis sequentibus sternat. Ecce in cibo suo Dominus noster pisci asso conjungere favum voluit, quia videlicet illos in suo corpore ad aeternam quietem suscipit, qui cum hic tribulationes pro Domino sentiunt, ab amore internae dulcedinis non recedunt. Cum asso pisce favus sumitur, quia qui hic afflictionem pro veritate suscipiunt, illic dulcedine vera satiantur.

6. Notandum quoque quod ultimum convivium Dominus cum septem discipulis habuisse describitur; Petrus namque et Thomas, Nathanael, filii Zebedaei, et alii ex discipulis ejus duo, in eo fuisse memorantur. Cur cum septem discipulis ultimum convivium celebrat, nisi quod eos tantummodo qui septiformi gratia sancti Spiritus pleni sunt futuros secum in aeterna refectione denuntiat? Septem quoque diebus omne hoc tempus evolvitur, et saepe septenario numero perfectio designatur. Illi ergo ultimo convivio de praesentia veritatis epulantur, qui nunc perfectionis studio terrena transcendunt, quos mundi hujus amor non ligat, quibus etsi utcunque per tentamenta obstrepit, coepta tamen eorum desideria non retundit. De hoc extremo convivio alias per Joannem dicitur: Beati qui ad coenam nuptiarum Agni vocati sunt (Apoc. XIX, 9). Idcirco enim non ad prandium, sed ad coenam vocatos narrat, quia nimirum in fine diei convivium coena est. Qui ergo, finito praesentis vitae tempore, ad refectionem supernae contemplationis veniunt, non ad Agni prandium, sed ad coenam vocatur. Quae videlicet coena hoc ultimo convivio exprimitur, cui septem discipuli adesse memorantur, quia illos, ut diximus, tunc interna refectio reparat, qui pleni nunc septiformi gratia in amore Spiritus anbelant. Haec ergo vobiscum, fratres, agite, hujus spiritus repleri praesentia desiderate. Quid vos sequi in futurum possit ex praesenti perpendite. Pensate si hoc spiritu pleni estis, nostis si ad illud convivium pervenire valeatis. Quisquis namque ille est quem nunc spiritus iste non reparat, profecto ab illa aeterni convivii refectione jejunat. Mementote quid de eodem spiritu Paulus dicat: Si quis spiritum Christi non habet, hic non est ejus (Rom. VIII, 9). Quasi quidam titulus divinae possessionis est iste spiritus amoris. Nunquidnam spiritum Christi habet is cujus mentem odia dissipant, elatio inflat, ira usque ad divisionem mentis exasperat, avaritia cruciat, luxuria enervat?

Pues el que pudo ser asado como pez por la humanidad, nos refresca con el pan por la divinidad, el cual dice: *Yo soy el pan vivo que bajó del cielo* (Jn 6, 41.52). Comió, pues, pez asado y pan, para que por su mismo alimento nos mostrara que tanto padeció la pasión por nuestra humanidad, como procuró nuestro refresco por su divinidad. Lo cual, si vigilantes inspeccionamos, vemos también cómo nos conviene para imitarlo. Pues así indica el Redentor lo suyo, para que allane el camino de la imitación a nosotros que le seguimos. He aquí que en su alimento nuestro Señor quiso unir el panal al pez asado, porque, a saber, recibe en su cuerpo para el descanso eterno a aquellos que, mientras sienten aquí tribulaciones por el Señor, no se apartan del amor de la dulzura interna. Con el pez asado se toma el panal, porque los que aquí reciben aflicción por la verdad, allí son saciados con la verdadera dulzura.

6. Debe notarse también que se describe que el Señor tuvo el último convite con siete discípulos; pues se menciona que Pedro y Tomás, Natanael, los hijos de Zebedeo y otros dos de sus discípulos estuvieron en él. ¿Por qué celebra el último convite con siete discípulos, sino porque anuncia que sólo aquellos que están llenos de la gracia septiforme del Espíritu Santo estarán con Él en el refrigerio eterno? También en siete días se desarrolla todo este tiempo, y a menudo por el número septenario se designa la perfección. Se alimentan, pues, de la presencia de la Verdad en el último convite aquellos que ahora trascienden las cosas terrenas por el estudio de la perfección, a quienes el amor de este mundo no ata, cuyos deseos comenzados no embota, aunque de algún modo les estorbe por las tentaciones. Sobre este convite extremo se dice en otro lugar por Juan: *Bienaventurados los que han sido llamados a la cena de las bodas del Cordero* (Apoc 19, 9). Por eso narra que fueron llamados no a la comida, sino a la cena, porque ciertamente el convite al final del día es la cena. Los que, pues, acabado el tiempo de la vida presente, llegan al refrigerio de la contemplación suprema, son llamados no a la comida del Cordero, sino a la cena. Cuaya cena, por cierto, se expresa en este último convite, al cual se menciona que asisten siete discípulos, porque, como dijimos, el refrigerio interno repara entonces a aquellos que ahora anhelan en el amor del Espíritu, llenos de la gracia septiforme. Tratad, pues, estas cosas con vosotros mismos, hermanos, desead ser llenos de la presencia de este espíritu. Ponderad por lo presente lo que os puede seguir en lo futuro. Ponderad si estáis llenos de este espíritu; vosotros sabéis si podéis llegar a aquel convite. Pues quienquiera que sea aquel a quien este espíritu no repara ahora, ciertamente ayuna de aquel refrigerio del convite eterno. Recordad lo que dice Pablo sobre el mismo espíritu: *Si alguno no tiene el espíritu de Cristo, éste no es de Él* (Rom 8, 9). Casi como un título de posesión divina es este espíritu de amor. ¿Acaso tiene el espíritu de Cristo aquel cuya mente disipan los odios, infla la soberbia, exaspera la ira hasta la división de la mente, tortura la avaricia, enerva la lujuria?

Pensate quis sit spiritus Christi. Profecto ille qui facit amicos et inimicos diligi, terrena despici, pro coelestibus aestuari, carnem propter vitia conteri, mentem a concupiscentiis frenari. Si ergo vultis cognoscere jus possessionis Dei, personam perpendite possessoris vestri. Ecce enim quod diximus, voce veridica Paulus clamat: Si quis spiritum Christi non habet, hic non est ejus (Rom. VIII, IX). Ac si aperte dicat: Qui nunc Deo inhabitante non regitur de divinae claritatis specie postmodum non laetatur. Sed nos tamen ad haec quae dicta sunt infirmamur, necdum culmen perfectionis attingimus, in via Dei quotidie sancti desiderii gressus ponamus. Consolatur nos Veritas quae per Psalmistam dicit: Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur (Psal. CXXXVIII, 16). Non omnino erit nobis noxia nostra imperfectio, si, in Dei itinere constituti, et ad transacta non respicimus, et ad ea quae restant transire festinamus. Nam qui imperfectorum desideria dignanter inflammat, haec quandoque ad perfectionem roborat, per Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum eo vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XXV.

Habita ad populum in basilica sancti Joannis, quae appellatur Constantiniana, Feria quinta Paschae. LECTIO S. EVANG. SEC. JOAN. XX, 11-18:

2. Sed Maria, cum fleret, inclinavit se, et prospexit in monumentum. Certe jam monumentum vacuum viderat, jam sublatum Dominum nuntiaverat; quid est quod se iterum inclinat, iterum videre desiderat? Sed amanti semel aspexisse non sufficit, quia vis amoris intentionem multiplicat inquisitionis. Quaesivit ergo prius, et minime invenit; perseveravit ut quaereret, unde et contigit ut inveniret, actumque est ut desideria dilata crescerent, et crescentia caperent quod invenissent. Hinc est enim quod de eodem sponso Ecclesia in Canticis canticorum dicit: Iu lectulo meo per noctes quaesivi quem diligit anima mea; quaesivi illum, et non inveni. Surgam, et circuibo civitatem, per vicos et plateas quaeram quem diligit anima mea (Cant. III, 1). Quae defectum quoque inventionis ingeminat, dicens: Quaesivi illum, et non inveni (Ibid.). Sed quia diu inventio se non elongat, si inquisitio non desistat, adjungit: Invenerunt me vigiles qui custodiunt civitatem. Num quem diligit anima mea, vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea (Ibid., 3, 4).

Ponderad cuál sea el espíritu de Cristo. Ciertamente aquel que hace que se amen amigos y enemigos, que se desprecien las cosas terrenas, que se anhelen con fervor las celestiales, que la carne se desgaste por los vicios, que la mente se frene de las concupiscencias. Si, pues, queréis conocer el derecho de posesión de Dios, ponderad la persona de vuestro poseedor. Pues he aquí lo que hemos dicho, Pablo lo clama con voz verídica: *Si alguno no tiene el espíritu de Cristo, éste no es de Él* (Rom 8, 9). Como si dijera abiertamente: Quien ahora no es regido por Dios que habita en él, no se alegra después por la forma de la claridad divina. Pero nosotros, sin embargo, nos debilitamos ante estas cosas que se han dicho, y aún no alcanzamos la cumbre de la perfección; pongamos diariamente los pasos del santo deseo en el camino de Dios. Nos consuela la Verdad que dice por el Salmista: *Mis ojos vieron mi imperfección, y en tu libro todos serán escritos* (Sal 138, 16). No nos será del todo nociva nuestra imperfección si, constituidos en el itinerario de Dios, ni miramos a las cosas pasadas, ni dejamos de apresurarnos a pasar a las que restan. Pues el que inflama dignamente los deseos de los imperfectos, los robustece alguna vez hasta la perfección, por nuestro Señor Jesucristo, que con Él vive y reina en la unidad del Espíritu Santo, Dios, por todos los siglos de los siglos. Amén.

HOMILÍA XXV.

Pronunciada ante el pueblo en la basílica de San Juan, que se llama Constantiniana, el Jueves de Pascua. LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN JUAN 20, 11-18:

2. Pero María, mientras lloraba, se inclinó y miró dentro del sepulcro. Ciertamente ya había visto el sepulcro vacío, ya había anunciado que el Señor había sido llevado; ¿por qué es que se inclina de nuevo, y desea ver de nuevo? Pero al que ama no le basta con haber mirado una vez, porque la fuerza del amor multiplica la intensidad de la búsqueda. Buscó, pues, primero, y de ningún modo encontró; perseveró para buscar, de donde también sucedió que encontró, y se hizo que los deseos dilatados crecieran, y creciendo, captaran lo que habían encontrado. De aquí es, pues, lo que la Iglesia dice del mismo esposo en el Cantar de los Cantares: *En mi lecho, por las noches, busqué al que ama mi alma; lo busqué y no lo encontré.* Me levantaré y rodearé la ciudad: por las calles y las plazas buscaré al que ama mi alma (Cant 3, 1). Ella también redobla el fracaso del hallazgo, diciendo: *Lo busqué y no lo encontré* (Ibíd.). Pero porque el hallazgo no se alarga por mucho tiempo si la búsqueda no cesa, añade: *Me encontraron los vigilantes que custodian la ciudad.* ¿Habéis visto al que ama mi alma? Cuando los hube pasado un poco, encontré al que ama mi alma (Ibíd. 3, 3. 4).

Dilectum namque in lectulo quaerimus, quando in praesentis vitae aliquantula requie Redemptoris nostri desiderio suspiramus. Per noctem quaerimus, quia etsi jam in illo mens vigilat, tamen adhuc oculus caligat. Sed qui dilectum suum non invenit, restat ut surgat, et civitatem circumeat, id est sanctam electorum Ecclesiam mente et inquisitione percurrat; per vicos eum et plateas quaerat, id est per angusta et lata gradientes aspiciat, ut si qua in eis valeat invenire ejus vestigia exquirat, quia sunt nonnulli, etiam vitae saecularis, qui imitandum aliquid habeant de actione virtutis. Quaerentes autem nos vigiles inveniunt qui custodiunt civitatem, quia sancti patres, qui Ecclesiae statum custodiunt, bonis nostris studiis occurrunt, ut suo vel verbo, vel scripto nos doceant. Quos cum paululum pertransimus, invenimus quem diligimus, quia Redemptor noster etsi humilitate homo inter homines, divinitate tamen super homines fuit. Cum ergo transeuntur vigiles, dilectus invenitur, quia cum prophetas et apostolos infra ipsum esse conspicimus, illum qui natura Deus est esse supra homines consideramus. Prius ergo non inveniendus quaeritur, ut post inventus strictius teneatur. Sancta enim desideria, ut praediximus, dilatione crescunt. Si autem dilatione deficiunt, desideria non fuerunt. Hoc amore arsit, quisquis ad veritatem pertingere potuit. Hinc namque David ait: Sitivit anima mea 1547 ad Deum vivum, quando veniam et apparebo ante faciem Dei? (Psal. XLI, 3.) Hinc nos admonet, dicens: Quaerite faciem ejus semper (Psal. CIV, 4). Hinc propheta ait: Anima mea desideravit te in nocte, sed et spiritu meo in praecordiis meis de mane vigilabo ad te (Isai. XXVI, 9). Hinc iterum Ecclesia in Canticis canticorum dicit: Vulnerata charitate ego sum (Cant. IV, 9). Justum quippe est ut ex visione medici pertingat ad salutem, quae per aestum ejus desiderii vulnus amoris portat in pectore. Hinc rursus ait: Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est (Ibid., V, 6). Mens namque hominis conditoris sui speciem non quaerentis male dura est, quia in semetipsa remanet frigida. At si ardere jam ex desiderio coeperit ad sequendum quem diligit, liquefacta per ignem amoris currit. Fit desiderio anxia, vilescunt in saeculo cuncta quae placebant, nihil est quod extra conditorem libeat, et quae prius delectabant animum, fiunt postmodum vehementer onerosa. Nihil ejus moestitiam consolatur, quousque adhuc qui desideratur non aspicitur. Moeret mens, lux ipsa fastidio est; talique igne in mente decoquitur rubigo culpae, et succensus animus quasi auri more, quia per usum speciem perdidit, per incendium clarescit.

Pues buscamos al Amado en el lecho cuando en algún pequeño descanso de la vida presente suspiramos por el deseo de nuestro Redentor. Buscamos por la noche porque, aunque ya en Él vela la mente, sin embargo, todavía el ojo está en tinieblas. Pero al que no encuentra a su Amado, le resta levantarse y rodear la ciudad, esto es, recorrer con la mente y la búsqueda la santa Iglesia de los elegidos; que lo busque por las calles y las plazas, esto es, que mire a los que caminan por lugares estrechos y anchos, para que, si puede encontrar en ellos algunas de sus huellas, las busque con empeño, porque hay algunos, incluso de vida secular, que tienen algo que imitar de la acción de la virtud. Pero al buscar, nos encuentran los vigilantes que custodian la ciudad, porque los santos padres, que custodian el estado de la Iglesia, salen al encuentro de nuestros buenos estudios para enseñarnos, ya sea con su palabra o con su escrito. A los cuales, cuando pasamos un poco, encontramos al que amamos, porque nuestro Redentor, aunque hombre entre los hombres por su humildad, fue sin embargo superior a los hombres por su divinidad. Cuando, pues, se pasan los vigilantes, se encuentra al Amado, porque cuando vemos que los profetas y apóstoles están por debajo de Él, consideramos que aquel que es Dios por naturaleza está por encima de los hombres. Primero, pues, se busca sin ser encontrado, para que después de encontrado se retenga más estrechamente. Pues los santos deseos, como ya dijimos, crecen con la dilación. Pero si desfallecen con la dilación, no eran deseos. Con este amor ardió todo el que pudo alcanzar la verdad. De aquí, pues, dice David: *Mi alma tuvo sed de Dios vivo; ¿cuándo vendré y apareceré ante la faz de Dios?* (Sal 41, 3). De aquí nos amonesta, diciendo: *Buscad siempre su rostro* (Sal 104, 4). De aquí dice el profeta: *Mi alma te ha deseado en la noche, pero también con mi espíritu en mis entrañas velaré hacia ti desde la mañana* (Is 26, 9). De aquí, de nuevo, dice la Iglesia en el Cantar de los Cantares: *Herida de caridad estoy yo* (Cant 4, 9). Pues es justo que alcance la salud por la visión del médico la que, por el ardor de su deseo, lleva la herida del amor en el pecho. De aquí de nuevo dice: *Mi alma se derritió cuando el Amado habló* (Ibíd. 5, 6). Pues la mente del hombre que no busca la belleza de su Creador es malvadamente dura, porque permanece fría en sí misma. Pero si ya comenzara a arder por el deseo de seguir al que ama, derretida por el fuego del amor, corre. Se vuelve ansiosa por el deseo, se envilece en el mundo todo lo que agradaba, nada hay que deleite fuera del Creador, y las cosas que antes deleitaban al ánimo, se vuelven después vehementemente onerosas. Nada consuela su tristeza mientras todavía aquel que es deseado no es contemplado. Se aflige la mente, la luz misma es fastidio; y por tal fuego se cuece en la mente el herrumbre de la culpa, y el ánimo encendido, al modo del oro, porque perdió su belleza por el uso, resplandece por el incendio.

3. Ista itaque quae sic amat, quae se ad monumentum quod perspexerat iterum inclinat, videamus quo fructu vis amoris in ea ingeminat opus inquisitionis. Sequitur: Vidit duos angelos in albis, sedentes, unum ad caput, et unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Jesu. Quid est quod in loco dominici corporis duo angeli videntur, unus ad caput, atque alius ad pedes sedens, nisi quia Latina lingua angelus nuntius dicitur, et ille ex passione sua nuntiandus erat, qui et Deus est ante saecula, et homo in fine saeculorum? Quasi ad caput sedet angelus, cum per apostolum Joannem praedicatur quia in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum (Joan. I, 1). Et quasi ad pedes sedet angelus, cum dicit: Verbum caro factum est, et habitavit in nobis (Ibid., 14). Possumus etiam per duos angelos duo Testamenta cognoscere, unum prius, et aliud sequens. Qui videlicet angeli per locum dominici corporis sibimet suut conjuncti, quia nimirum utraque Testamenta, dum pari sensu incarnatum et mortuum ac resurrexisse Dominum nuntiant, quasi Testamentum prius ad caput, et Testamentum posterius ad pedes sedet. Unde et duo cherubim quae propitiatorium tegunt sese invicem aspiciunt versis vultibus in propitiatorium (Exod. XXV, 20). Cherubim quippe plenitudo scientiae dicitur. Et quid per duo cherubim nisi utraque Testamenta signantur? Quid vero per propitiatorium nisi incarnatus Dominus figuratur? De quo Joannes ait: Ipse est enim propitiatio pro peccatis nostris (I Joan. II, 2). Et dum Testamentum Vetus hoc faciendum denuntiat quod Testamentum Novum de Domino factum clamat, quasi utraque cherubim se invicem aspiciunt, dum vultus in propitiatorium vertunt, quia dum inter se positum incarnatum Dominum vident, a suo aspectu non discrepant, quae dispensationis ejus mysterium concorditer narrant.

4. Requirunt Mariam angeli, dicentes: Mulier, 1548 quid ploras? Et dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum. Ipsa namque sacra eloquia, quae in nobis lacrymas amoris excitant, easdem lacrymas consolantur, dum nobis Redemptoris nostri speciem promittunt. Sed notandum juxta historiam est quod mulier non ait: Tulerunt corpus Domini mei: sed, Tulerunt Dominum meum. Usus namque sacri eloquii est ut aliquando ex parte totum, aliquando vero ex toto partem significet. Ex parte etenim totum signat, sicut de Jacob filiis scriptum est: Quia descendit Jacob in Aegyptum in animabus septuaginta (Genes. XLVI, 27). Neque enim in Aegyptum animae sine corporibus descenderunt; sed per solam animam totus homo significatur, quia ex parte totum exprimitur. Et solum dominicum corpus in monumento jacuerat, et Maria non corpus Domini, sed sublatum Dominum quaerebat, videlicet ex toto designans partem. Haec cum dixisset, conversa retrorsum, vidit Jesum stantem, et nesciebat quia Jesus esset.

3. Veamos, pues, con qué fruto la fuerza del amor en ella redobla la obra de la búsqueda, ella que así ama, que se inclina de nuevo hacia el sepulcro que había observado. Sigue: *Vio a dos ángeles de blanco, sentados, uno a la cabecera y otro a los pies, donde había sido puesto el cuerpo de Jesús.* ¿Qué es lo que en el lugar del cuerpo del Señor se ven dos ángeles, uno sentado a la cabeza y otro a los pies, sino porque en lengua latina ángel se dice mensajero, y aquel debía ser anunciado desde su pasión, que es Dios antes de los siglos y hombre al fin de los siglos? Como a la cabeza se sienta el ángel cuando se predica por el apóstol Juan que *en el principio era el Verbo, y el Verbo estaba con Dios, y el Verbo era Dios* (Jn 1, 1). Y como a los pies se sienta el ángel cuando dice: *El Verbo se hizo carne, y habitó entre nosotros* (Ibíd., 14). Podemos también por los dos ángeles conocer los dos Testamentos, uno anterior y otro posterior. Los cuales ángeles, por cierto, están unidos entre sí por el lugar del cuerpo del Señor, porque sin duda ambos Testamentos, mientras con igual sentido anuncian que el Señor se encarnó, murió y resucitó, se sientan como el Testamento anterior a la cabeza y el Testamento posterior a los pies. De donde también los dos querubines que cubren el propiciatorio se miran mutuamente con los rostros vueltos hacia el propiciatorio (Éx 25, 20). Pues querubín se dice plenitud de ciencia. ¿And qué se significa por los dos querubines sino ambos Testamentos? ¿Qué, en verdad, se figura por el propiciatorio sino el Señor encarnado? De quien dice Juan: *Él mismo es, pues, la propiciación por nuestros pecados* (1 Jn 2, 2). Y mientras el Antiguo Testamento denuncia que esto debe hacerse, lo cual el Nuevo Testamento clama como hecho acerca del Señor, ambos querubines se miran mutuamente entre sí, mientras vuelven sus rostros hacia el propiciatorio, porque mientras ven al Señor encarnado puesto entre ellos, no discrepan de su propio aspecto, ellos que narran concordemente el misterio de su dispensación.

4. Reclaman a María los ángeles, diciendo: *Mujer, ¿por qué lloras?* Y les dice: *Porque se han llevado a mi Señor, y no sé dónde lo han puesto.* Pues las mismas sagradas elocuencias que en nosotros excitan lágrimas de amor, consuelan esas mismas lágrimas mientras nos prometen la forma de nuestro Redentor. Pero hay que notar según la historia que la mujer no dice: "Se han llevado el cuerpo de mi Señor", sino: *Se han llevado a mi Señor.* Pues el uso de la sagrada elocuencia es que a veces por la parte signifique el todo, pero a veces por el todo la parte. Pues por la parte signa el todo, como está escrito de los hijos de Jacob: *Porque descendió Jacob a Egipto en setenta almas* (Gén 46, 27). Ni en verdad las almas descendieron a Egipto sin los cuerpos; sino que por la sola alma se significa todo el hombre, porque por la parte se expresa el todo. Y solo el cuerpo del Señor había yacido en el sepulcro, y María no buscaba el cuerpo del Señor, sino al Señor arrebatado, designando claramente la parte por el todo. *Habiendo dicho esto, se volvió hacia atrás y vio a Jesús de pie, y no sabía que era Jesús.*

Notandum quod Maria, quae adhuc de Domini resurrectione dubitabat, retrorsum conversa est ut videret Jesum, quia videlicet per eamdem dubitationem suam quasi tergum in Domini faciem miserat, quem resurrexisse minime credebat. Sed quia amabat et dubitabat, videbat et non agnoscebat, eumque illi et amor ostendebat, et dubietas abscondebat. Cujus adhuc ignorantia exprimitur cum subinfertur: Et nesciebat quia Jesus esset. Qui dixit ei: Mulier, quid ploras? Quem quaeris? Interrogatur doloris causa, ut augeatur desiderium, quatenus cum nominaret quem quaereret in amore ejus ardentius aestuaret. Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum, et ego eum tollam. Forsitan nec errando haec mulier erravit, quae Jesum hortulanum credidit. An non ei spiritaliter hortulanus erat, qui in ejus pectore per amoris sui semina virtutum virentia plantabat?

5. Sed quid est quod viso eo quem hortulanum credidit, cui necdum dixerat quem quaerebat, ait: Domine, si tu sustulisti eum? Quasi enim jam dixisset ex cujus desiderio plangeret, eum dicit quem non dixerat. Sed vis amoris hoc agere solet in animo, ut quem ipse semper cogitat, nullum alium ignorare credat. Recte et haec mulier quem quaerit non dicit, et tamen dicit: Si tu sustulisti eum, quia alteri non putat incognitum, quem sic ipsa continuo plangit desiderio. Dicit ei Jesus: Maria. Postquam eam communi vocabulo appellavit ex sexu, et agnitus non est, vocat ex nomine. Ac si ei aperte dicat: Recognosce eum, a quo recognosceris. Perfecto quoque viro dicitur: Novi te ex nomine (Exod. XXXIII, 12), quia homo commune omnium nostrum vocabulum est, Moyses vero proprium, cui recte dicitur quia ex nomine scitur, ac si ei aperte Dominus dicat: Non te generaliter ut caeteros, sed specialiter scio. Maria ergo quia vocatur ex nomine, recognoscit auctorem, atque eum protinus rabboni, id est magistrum vocat, quia et ipse erat qui quaerebatur exterius, et ipse qui eam interius ut quaereret docebat. Jam vero ab evangelista non subditur quid mulier fecit, sed ex eo 1549 innuitur quod audivit. Cui dicitur: Noli me tangere; nondum enim ascendi ad Patrem meum. In his namque verbis ostenditur quod Maria amplecti voluit ejus vestigia, quem recognovit. Sed ei magister dicit: Noli me tangere. Non quia post resurrectionem Dominus tactum renuit feminarum, cum de duabus ad sepulcrum ejus venientibus scriptum sit: Accesserunt, et tenuerunt pedes ejus (Matth. XXVIII, 9).

Hay que notar que María, que todavía dudaba de la resurrección del Señor, se volvió hacia atrás para ver a Jesús, porque claramente por esa misma duda suya había puesto como la espalda en la cara del Señor, a quien de ningún modo creía que hubiera resucitado. Pero porque amaba y dudaba, lo veía y no lo reconocía; y tanto el amor se lo mostraba como la duda se lo ocultaba. Cuya ignorancia todavía se expresa cuando se añade: *Y no sabía que era Jesús.* *Quien le dijo: Mujer, ¿por qué lloras? ¿A quién buscas?* Se interroga la causa del dolor para que se aumente el deseo, a fin de que cuando nombrara a quien buscaba, ardiera más intensamente en su amor. *Ella, estimando que era el hortelano, le dice: Señor, si tú te lo has llevado, dime dónde lo has puesto, y yo me lo llevaré.* Quizá ni errando erró esta mujer que creyó que Jesús era el hortelano. ¿Acaso no era para ella espiritualmente el hortelano, que en su pecho plantaba por las semillas de su amor los verdes brotes de las virtudes?

5. Pero, ¿qué es lo que, habiendo visto a aquel que creyó que era el hortelano, a quien todavía no había dicho a quién buscaba, dice: *Señor, ¿si tú te lo has llevado?* Pues como si ya hubiera dicho por el deseo de quién lloraba, dice a aquel a quien no había nombrado. Pero la fuerza del amor suele hacer esto en el ánimo, que crea que nadie ignora a aquel en quien él siempre piensa. Rectamente también esta mujer no dice a quién busca, y sin embargo dice: *Si tú te lo has llevado,* porque no piensa que sea incógnito para otro aquel a quien ella misma así continuamente llora con deseo. *Jesús le dice: María.* Después que la llamó por el vocablo común de su sexo y no fue reconocido, la llama por su nombre. Como si le dijera abiertamente: Reconoce a aquel por quien eres reconocida. También al hombre perfecto se le dice: *Te he conocido por tu nombre* (Éx 33, 12), porque hombre es el vocablo común de todos nosotros, pero Moisés es el propio, al cual rectamente se le dice que es conocido por su nombre, como si el Señor le dijera abiertamente: No te conozco generalmente como a los demás, sino especialmente. María, pues, porque es llamada por su nombre, reconoce al autor, y al punto lo llama Rabboni, esto es, Maestro, porque era Él mismo el que era buscado exteriormente, y Él mismo el que la enseñaba interiormente para que lo buscara. Ya en verdad no se añade por el evangelista qué hizo la mujer, pero se insinúa por lo que oyó. A la cual se le dice: *No me toques; pues aún no he subido a mi Padre.* Pues en estas palabras se muestra que María quiso abrazar las huellas de aquel a quien reconoció. Pero el Maestro le dice: *No me toques.* No porque después de la resurrección el Señor rechazara el tacto de las mujeres, cuando de las dos que venían a su sepulcro está escrito: *Se acercaron y estrecharon sus pies* (Mt 28, 9).

6. Sed cur tangi non debeat ratio quoque additur cum subinfertur: Nondum enim ascendi ad Patrem meum. In corde etenim nostro tunc Jesus ad Patrem ascendit, cum aequalis creditur Patri. Nam quisquis eum aequalem Patri non credit, adhuc in ejus pectore ad Patrem Dominus non ascendit. Ille ergo Jesum veraciter tangit, qui Patri Filium coaeternum credit. In corde etenim Pauli jam ad Patrem Jesus ascenderat, cum idem Paulus dicebat: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo (Philip. II, 6). Unde Joannes quoque Redemptorem nostrum manu fidei tetigit, qui ait: In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt (Joan. I, 1, 2). Tangit ergo Dominum, qui eum Patri aeternitate substantiae aequalem credit. Sed fortasse aliquis tacita quaestione pulsatur quomodo Filius Patri esse aequalis possit. Qua in re humana natura quod admirando comprehendere non valet, restat ut hoc sibi esse credibile ex admiratione alia sciat. Habet namque quod ad haec sibi sub brevitate respondeat. Constat enim quia ipse creavit matrem in cujus virgineo utero ex humanitate crearetur. Quid ergo mirum si aequalis est Patri, qui prior est matre? Paulo quoque attestante didicimus, Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam (I Cor. I, 24). Qui ergo Filium minorem putat, Patri specialiter derogat, cujus sapientiam ei esse inaequalem fatetur. Quis etenim homo potens aequanimiter ferret, si quis ei diceret: Magnus quidem es, sed tamen sapientia tua te minor est? Ipse quoque Dominus dicit: Ego et Pater unum sumus (Joan. X, 30). Et rursus ait: Pater major me est (Ibid., XIV, 28). De quo etiam scriptum est, quia subditus erat parentibus suis (Luc. II, 51). Quid ergo mirum si ex humanitate sua minorem se Patre asserit in coelo, ex qua subjectus erat etiam parentibus in terra? Ex qua humanitate nunc Mariae dicitur: Vade ad fratres meos, et dic eis: Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum. Cum meum dicat et vestrum, cur non communiter dicit nostrum? Sed distincte loquens indicat quia eumdem Patrem et Deum dissimiliter habeat ipse quam nos. Ascendo ad Patrem meum, videlicet per naturam: Et Patrem vestrum, per gratiam. Ad Deum meum, quia descendi; ad Deum vestrum, quia ascendetis. Quia enim et ego homo, Deus mihi est; quia vos ab errore liberati, Deus est vobis. Distincte ergo mihi Pater et Deum est, quia quem ante saecula Deum genuit, hominem in fine saeculorum mecum creavit. Venit Maria Magdalene annuntians discipulis quia vidi Dominum, et haec dixit mihi. Ecce humani generis culpa ibi absciditur unde processit. Quia enim in paradiso mulier viro propinavit mortem (Genes. III, 7), a sepulcro mulier viris annuntiat vitam; et dicta sui vivificatoris narrat, 1550 quae mortiferi serpentis verba narraverat. Ac si humano generi non verbis Dominus, sed rebus dicat: De qua manu vobis illatus est potus mortis, de ipsa suscipite poculum vitae.

6. Pero por qué no deba ser tocado, se añade también la razón cuando se añade: *Pues aún no he subido a mi Padre.* Pues en nuestro corazón entonces Jesús sube al Padre, cuando es creído igual al Padre. Pues quienquiera que no lo cree igual al Padre, todavía en su pecho el Señor no ha subido al Padre. Aquel, pues, toca verdaderamente a Jesús, que cree al Hijo coeterno con el Padre. Pues en el corazón de Pablo ya al Padre Jesús había subido, cuando el mismo Pablo decía: *El cual, estando en forma de Dios, no tuvo por rapiña el ser igual a Dios* (Fil 2, 6). De donde Juan también tocó a nuestro Redentor con la mano de la fe, quien dice: *En el principio era el Verbo, y el Verbo estaba con Dios, y el Verbo era Dios. Éste estaba en el principio con Dios. Todas las cosas por Él fueron hechas* (Jn 1, 1. 2). Toca, pues, al Señor el que lo cree igual al Padre por la eternidad de su sustancia. Pero quizá alguien sea pulsado por una tácita cuestión de cómo el Hijo puede ser igual al Padre. En cuya cosa, lo que la humana naturaleza no vale comprender admirando, resta que esto sepa que es creíble por otra admiración. Tiene, pues, lo que a estas cosas se responda bajo brevedad. Consta, pues, que Él mismo creó a la madre en cuyo virgíneo útero por la humanidad sería creado. ¿Qué maravilla, pues, si es igual al Padre el que es anterior a la madre? Con Pablo también atestiguando aprendimos que *Cristo es virtud de Dios y sabiduría de Dios* (1 Cor 1, 24). El que, pues, piensa que el Hijo es menor, deroga especialmente al Padre, cuya sabiduría confiesa que le es desigual. ¿Pues qué hombre potente llevaría con ecuanimidad si alguien le dijera: "Grande eres, por cierto, pero sin embargo tu sabiduría es menor que tú"? El mismo Señor también dice: *Yo y el Padre somos uno* (Jn 10, 30). Y de nuevo dice: *El Padre mayor es que yo* (Ibíd., 14, 28). De quien también está escrito que *estaba sujeto a sus padres* (Lc 2, 51). ¿Qué maravilla, pues, si por su humanidad se aserta menor que el Padre en el cielo, por la cual estaba sujeto incluso a los padres en la tierra? Por cuya humanidad ahora se dice a María: *Ve a mis hermanos y diles: Subo a mi Padre y a vuestro Padre, a mi Dios y a vuestro Dios.* Al decir *mi* y *vuestro*, ¿por qué no dice comúnmente *nuestro*? Pero hablando distintamente indica que tiene al mismo Padre y Dios de modo diferente que nosotros. *Subo a mi Padre,* a saber, por naturaleza: *Y a vuestro Padre,* por la gracia. *A mi Dios,* porque descendí; *a vuestro Dios,* porque subiréis. Pues porque yo también soy hombre, Dios es para mí; porque vosotros habéis sido liberados del error, Dios es para vosotros. Distintamente, pues, para mí es Padre y Dios, porque a quien antes de los siglos engendró Dios, lo creó hombre al fin de los siglos conmigo. *Viene María Magdalena anunciando a los discípulos que he visto al Señor, y estas cosas me dijo.* He aquí que la culpa del género humano se corta allí de donde procedió. Pues porque en el paraíso la mujer propinó la muerte al varón (Gén 3, 7), desde el sepulcro la mujer anuncia la vida a los varones; y narra las palabras de su vivificador la que había narrado las palabras de la serpiente mortífera. Como si al género humano no con palabras, sino con hechos el Señor dijera: De qué mano os fue inferida la bebida de la muerte, de esa misma recibid la copa de la vida.

7. Haec de expositione lectionis evangelicae succincte transcurrimus; nunc, opitulante eodem de quo loquimur Domino, et resurrectionis ejus gloriam, et pietatis viscera consideremus. Citius enim a morte voluit resurgere, ne nostra diu anima in infidelitatis morte remaneret. Unde bene quoque per Psalmistam dicitur: De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput (Psal. CIX, 7). In humano quippe genere ab ipso mundi initio torrens mortis effluxerat: sed de hoc torrente Dominus in via bibit, quia mortem in transitu gustavit. Atque ideo exaltavit caput, quia hoc quod moriendo in sepulcro posuit, resurgendo super angelos elevavit; et inde antiquum hostem in aeternum perculit, unde saevire contra se manus persequentium temporaliter permisit. Quod aperte Dominus beato Job indicat, dicens: Nunquid capies Leviathan hamo (Job. XL, 19, 20)?

8. Per Leviathan quippe, quod additamentum eorum dicitur, cetus ille devorator humani generis designatur. Qui, dum se divinitatem homini addere spopondit, immortalitatem sustulit. Qui praevaricationis quoque culpam, quam primo homini propinavit, dum se sequentibus pessima persuasione multiplicat, poenas eis sine cessatione coacervat. In hamo autem esca ostenditur, aculeus occultatur. Hunc ergo Pater omnipotens hamo coepit, quia ad mortem illius unigenitum Filium incarnatum misit, in quo et caro passibilis videri posset, et divinitas impassibilis videri non posset. Cumque in eo serpens iste per manus persequentium escam corporis momordit, divinitatis illum aculeus perforavit. Prius vero eum in miraculis Deum cognoverat, sed de cognitione sua ad dubitationem cecidit, quando hunc passibilem vidit. Quasi hamus ergo fauces glutientis tenuit, dum in illo esca carnis patuit, quam devorator appeteret; et divinitas passionis tempore latuit, quae necaret. In hamo ejus incarnationis captus est, quia dum in illo appetit escam corporis, transfixus est aculeo divinitatis. Ibi quippe inerat humanitas, quae ad se devoratorem duceret; ibi divinitas, quae perforaret; ibi aperta infirmitas, quae provocaret; ibi occulta virtus, quae raptoris faucem transfigeret. In hamo igitur captus est, quia inde interut unde momordit. Et quos jure tenebat mortales perdidit, quia eum in quo jus non habuit morte appetere immortalem praesumpsit.

7. Estas cosas acerca de la exposición de la lección evangélica sucintamente recorremos; ahora, con la ayuda del mismo Señor de quien hablamos, consideremos tanto la gloria de su resurrección como las entrañas de su piedad. Pues más pronto quiso resucitar de la muerte, para que nuestra alma no permaneciera mucho tiempo en la muerte de la infidelidad. De donde bien también se dice por el Salmista: *Del torrente en el camino beberá, por eso exaltará la cabeza* (Sal 109, 7). Pues en el género humano, desde el mismo inicio del mundo, el torrente de la muerte había fluido; pero de este torrente el Señor bebió en el camino, porque gustó la muerte de paso. And por eso exaltó la cabeza, porque esto que muriendo puso en el sepulcro, resucitando lo elevó sobre los ángeles; y de allí hirió al antiguo enemigo eternamente, de donde permitió que las manos de los perseguidores se ensañaran contra Él temporalmente. Lo cual abiertamente el Señor indica al bienaventurado Job, diciendo: *¿Acaso capturarás al Leviatán con el anzuelo?* (Job 40, 19. 20).

8. Por el Leviatán, que se dice "adición de ellos", se designa a aquella ballena devoradora del género humano. El cual, mientras prometió añadir la divinidad al hombre, le quitó la inmortalidad. El cual también, mientras propinó la culpa de la prevaricación al primer hombre, mientras se multiplica en los siguientes con pésima persuasión, les amontona penas sin cesar. Pero en el anzuelo se muestra el cebo, el aguijón se oculta. A éste, pues, el Padre omnipotente lo capturó con el anzuelo, porque envió a su Hijo unigénito encarnado a la muerte de aquél, en el cual tanto la carne pasible pudiera verse, como la divinidad impasible no pudiera verse. Y cuando esta serpiente mordió el cebo del cuerpo por las manos de los perseguidores, lo perforó el aguijón de la divinidad. Pero antes lo había reconocido como Dios en sus milagros, mas de su conocimiento cayó en la duda cuando lo vio pasible. Como un anzuelo, pues, sujetó las fauces del que tragaba, mientras en Él se patentizaba el cebo de la carne, que el devorador apeteciera; y la divinidad latía en el tiempo de la pasión, la cual mataría. En el anzuelo de su encarnación fue capturado, porque mientras apetece en Él el cebo del cuerpo, fue traspasado por el aguijón de la divinidad. Allí, por cierto, estaba la humanidad que atrajera hacia sí al devorador; allí la divinidad que perforara; allí la abierta enfermedad que provocara; allí la oculta virtud que traspasara la fauce del raptor. En el anzuelo, por tanto, fue capturado, porque murió de allí de donde mordió. Y perdió a los mortales que por derecho poseía, porque presumió apetecer con la muerte al inmortal en quien no tenía derecho.

9. Hinc est etiam quod haec ipsa de qua loquimur Maria vivit, quia ille pro humano genere qui morti nihil debebat occubuit. Hinc est quod nos quotidie ad vitam post culpas revertimur, quia ad poenam nostram conditor sine culpa descendit. Ecce jam antiquus hostis ea quae de humano genere coeperat spotia amisit, supplantationis suae victoriam perdidit. Quotidie peccatores ad vitam redeunt, quotidie de ejus faucibus Redemptoris manu rapiuntur. Unde bene quoque ad beatum Job voce dominica iterum dicitur: Aut armilla perforabis maxillam ejus (Job. XL, 21)? Armilla ubi ponitur, ambiendo constringit. 1551 Quid ergo per armillam, nisi circumplectens nos divina misericordia designatur? Quae Leviathan istius maxillam perforat, dum nobis post perpetrata quae prohibuit, adhuc poenitentiae remedio ostendit. Armilla Dominus maxillam Leviathan perforat, quia ipse ineffabili misericordiae suae potentia sic malitiae antiqui hostis obviat, ut aliquando eos etiam quos jam coepit amittat. Et quasi ab ore illius cadunt, qui post perpetratas culpas ad innocentiam redeunt. Quis enim ore illius semel raptus, maxillam ejus evaderet, si perforata non esset? An non in ore Petrum tenuit, cum negavit (Matth. XXVI, 76, seq.)? An non in ore David tenuit, cum in tantam se luxuriae voraginem mersit (II Reg. XII, 4)? Sed dum ad vitam uterque per poenitentiam rediit, Leviathan iste eos aliquo modo quasi per maxillae suae foramen amisit. Per foramen ergo maxillae ab ejus ore subtracti sunt, qui post perpetrationem tantae nequitiae poenitendo redierunt. Quis autem hominum Leviathan istius os evadat, ut illicita nulla committat? Sed hinc cognoscimus, quantum Redemptori humani generis debitores sumus, qui non solum nos in ore Leviathan ire prohibuit, sed ab ore etiam ejus redire concessit. Qui spem peccatori non abstulit, quia maxillam ejus, ut evadendi viam tribueret, perforavit, ut saltem post morsum fugiat, qui incautus prius cavere noluit ne morderetur. Ubique ergo nobis occurrit superna medicina, quia et dedit homini praecepta, ne peccet, et tamen peccanti dedit remedia, ne desperet. Unde cavendum summopere est ne quis delectatione peccati Leviathan istius ore rapiatur; et tamen si raptus fuerit, non desperet, quia si peccatum perfecte lugeat, adhuc foramen in maxilla ejus invenit, per quod evadat.

9. De aquí es también que esta misma María de quien hablamos vive, porque aquel que nada debía a la muerte sucumbió por el género humano. De aquí es que nosotros diariamente volvemos a la vida después de las culpas, porque el creador descendió a nuestra pena sin culpa. He aquí que ya el antiguo enemigo perdió aquellos despojos que había tomado del género humano, perdió la victoria de su suplantación. Diariamente los pecadores vuelven a la vida, diariamente son arrebatados de sus fauces por la mano del Redentor. De donde bien también se dice al bienaventurado Job de nuevo por la voz divina: *¿O perforarás con una armilla su mejilla?* (Job 40, 21). La armilla (o anillo), donde se pone, constriñe rodeando. ¿Qué, pues, por la armilla sino la divina misericordia que nos circunda se designa? La cual perfora la mejilla de este Leviatán mientras nos muestra todavía, después de perpetradas las cosas que prohibió, el remedio de la penitencia. Con la armilla el Señor perfora la mejilla del Leviatán porque Él mismo, con la inefable potencia de su misericordia, sale al encuentro de la malicia del antiguo enemigo de tal modo que a veces pierde incluso a los que ya capturó. Y como que caen de la boca de aquél los que, después de perpetradas las culpas, vuelven a la inocencia. Pues ¿quién, una vez arrebatado por su boca, escaparía de su mejilla si no estuviera perforada? ¿Acaso no tuvo en su boca a Pedro cuando lo negó (Mt 26, 76 ss.)? ¿Acaso no tuvo en su boca a David cuando se sumergió en tal vorágine de lujuria (2 Sam 12, 4)? Pero mientras ambos volvieron a la vida por la penitencia, este Leviatán los perdió de algún modo como por el agujero de su mejilla. Por el agujero, pues, de la mejilla fueron sustraídos de su boca los que, después de la perpetración de tanta iniquidad, volvieron arrepintiéndose. Pero ¿qué hombre escaparía de la boca de este Leviatán de modo que no cometa ninguna cosa ilícita? Pero de aquí conocemos cuánto somos deudores del Redentor del género humano, que no solo nos prohibió ir a la boca del Leviatán, sino que incluso nos concedió volver de su boca. Quien no quitó la esperanza al pecador porque perforó su mejilla para otorgar la vía de escape, a fin de que al menos huya después del mordisco el que incauto antes no quiso precaverse para no ser mordido. En todas partes, pues, nos sale al encuentro la medicina superna, porque tanto dio al hombre preceptos para que no peque, como sin embargo dio al pecador remedios para que no desespere. De donde hay que precaverse sumamente para que nadie por la delectación del pecado sea arrebatado por la boca de este Leviatán; y sin embargo, si fuera arrebatado, no desespere, porque si llora perfectamente el pecado, todavía encuentra el agujero en su mejilla por el cual escape.

10. Adest testis divinae misericordiae, haec ipsa de qua loquimur Maria, de qua Pharisaeus dum pietatis fontem vellet obstruere, dicebat: Hic si esset propheta, sciret utique quae et qualis est mulier quae tangit eum, quia peccatrix est (Luc. VII, 39). Sed lavit lacrymis maculas cordis et corporis, et Redemptoris sui vestigia tetigit, quae sua itinera prava dereliquit. Sedebat ad pedes Jesu, verbumque de ore illius audiebat. Viventi adhaeserat, mortuum quaerebat. Viventem reperit, quem mortuum quaesivit. Tantumque apud eum locum gratiae invenit, ut hunc ipsis quoque apostolis, ejus videlicet nuntiis, ipsa nuntiaret. Quid itaque, fratres, quid in hac re debemus aspicere, nisi immensam misericordiam conditoris nostri, qui nobis velut in signo ad exemplum poenitentiae posuit eos quos per poenitentiam vivere post lapsum fecit? Perpendo enim Petrum, considero latronem, aspicio Zacchaeum, intueor Mariam et nihil in his aliud video, nisi ante oculos nostros posita spei et poenitentiae exempla. Fortasse enim in fide lapsus est aliquis; aspiciat Petrum, qui amare flevit, quod timide negaverat (Matth. XXVI, 75). Alius contra proximum suum in malitia crudelitatis exarsit; aspiciat latronem, qui et in ipso mortis articulo ad vitae praemia poenitendo pervenit (Luc. XXIII, 43). Alius avaritiae aestibus anhelans aliena diripuit; aspiciat Zacchaeum, qui si quid alicui abstulit, quadruplum reddidit (Luc. XIX, 8). Alius libidinis igne succensus, 1552 carnis munditiam perdidit; aspiciat Mariam, quae in se amorem carnis igne divini amoris excoxit. Ecce omnipotens Deus ubique oculis nostris quos imitari debeamus objicit, ubique exempla suae misericordiae opponit. Mala ergo jam displiceant, vel experta. Libenter obliviscitur omnipotens Deus quod nocentes fuimus, paratus est poenitentiam nostram nobis ad innocentiam deputare. Inquinati post aquas salutis, renascamur ex lacrymis. Itaque juxta primi Pastoris vocem, sicut modo geniti infantes lac concupiscite (I Petr. II, 2). Redite, parvuli filii, ad sinum matris vestrae aeternae sapientiae; sugite larga ubera pietatis Dei; transacta plangite, imminentia vitate. Redemptor noster momentaneos fletus nostros aeterno consolabitur gaudio, qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XXVI.

Habita ad populum in basilica beati Joannis, quae dicitur Constantiniana, in octavis Paschae. LECTIO S. EVANG. SEC. JOAN. XX, 19-31.

10. Está presente un testigo de la divina misericordia, esta misma María de quien hablamos, de quien el fariseo, mientras quería obstruir la fuente de la piedad, decía: *Éste, si fuera profeta, sabría ciertamente quién y qué clase de mujer es la que lo toca, porque es pecadora* (Lc 7, 39). Pero ella lavó con lágrimas las manchas del corazón y del cuerpo, y tocó las huellas de su Redentor, ella que abandonó sus propios caminos depravados. Se sentaba a los pies de Jesús y escuchaba la palabra de su boca. Se había adherido a Él vivo, lo buscaba muerto. Encontró vivo a quien buscó muerto. Y tanto lugar de gracia encontró con Él, que ella misma lo anunció a los mismos apóstoles, esto es, a sus mensajeros. ¿Qué, pues, hermanos, qué en esta cosa debemos mirar sino la inmensa misericordia de nuestro Creador, que nos puso como en un signo para ejemplo de penitencia a aquellos a quienes hizo vivir por la penitencia después de la caída? Pues pondero a Pedro, considero al ladrón, miro a Zaqueo, contemplo a María, y nada más veo en estos sino ejemplos de esperanza y de penitencia puestos ante nuestros ojos. Pues quizá alguien ha caído en la fe; mire a Pedro, que lloró amargamente lo que tímidamente había negado (Mt 26, 75). Otro ardió en la malicia de la crueldad contra su prójimo; mire al ladrón, que incluso en el mismo artículo de la muerte llegó a los premios de la vida arrepintiéndose (Lc 23, 43). Otro, anhelando con los ardores de la avaricia, arrebató lo ajeno; mire a Zaqueo, quien si algo quitó a alguien, lo devolvió cuadruplicado (Lc 19, 8). Otro, encendido por el fuego de la libido, perdió la limpieza de la carne; mire a María, que en sí misma coció el amor de la carne con el fuego del amor divino. He aquí que el Dios omnipotente en todas partes pone ante nuestros ojos a quienes debemos imitar, en todas partes opone ejemplos de su misericordia. Las cosas malas, pues, ya desagraden, incluso las experimentadas. De buena gana olvida el Dios omnipotente que fuimos nocivos, preparado para computar nuestra penitencia como inocencia. Manchados después de las aguas de la salud, renazcamos de las lágrimas. Así pues, según la voz del primer Pastor, *como niños recién nacidos codiciad la leche* (1 Pe 2, 2). Volved, pequeños hijos, al seno de vuestra madre la eterna sabiduría; succiónad los abundantes pechos de la piedad de Dios; llorad las cosas pasadas, evitad las inminentes. Nuestro Redentor consolará nuestros llantos momentáneos con el gozo eterno, quien vive y reina con Dios Padre en la unidad del Espíritu Santo, Dios, por todos los siglos de los siglos. Amén.

HOMILÍA XXVI.

Pronunciada ante el pueblo en la basílica del bienaventurado Juan, que se llama Constantiniana, en la octava de Pascua. LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN JUAN 20, 19-31.

In illo tempore cum esset sero die illa una sabbatorum, et fores essent clausae, ubi erant discipuli congregati propter metum Judaeorum, venit Jesus, et stetit in medio eorum, et dixit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus et latus. Gavisi sunt ergo discipuli viso Domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Haec cum dixisset, insufflavit, et dixit eis: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis retenta sunt. Thomas autem unus de duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Jesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, et mittam digitum meum in locum clavorum, et mittam manum meam in latus ejus, non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli ejus intus et Thomas cum eis. Venit Jesus januis clausis, et stetit in medio, et dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomae: Infer digitum tuum huc, et vide manus meas; et affer manum tuam, et mitte in latus meum; et noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, et dixit ei: Dominus meus, et Deus meus. Dicit ei Jesus: Quia vidisti me, Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, et crediderunt. Multa quidem et alia signa fecit Jesus in conspectu discipulorum suorum, quae non sunt scripta in libro hoc. Haec autem scripta sunt, ut credatis quia Jesus est Christus Filius Dei, et ut credentes vitam habeatis in nomine ejus.

1552 1. Prima lectionis hujus evangelicae quaestio animum pulsat, quomodo post resurrectionem corpus dominicum verum fuit, quod clausis januis ad discipulos ingredi potuit. Sed sciendum nobis est quod divina operatio si ratione comprehenditur, non est admirabilis; nec fides habet meritum, cui humana ratio praebet experimentum. Sed haec ipsa nostri Redemptoris opera, quae ex semetipsis comprehendi nequaquam possunt, ex alia ejus operatione pensanda sunt, ut rebus mirabilibus fidem praebeant facta mirabiliora. Illud enim corpus Domini intravit ad discipulos januis clausis, quod videlicet ad humanos oculos per nativitatem suam clauso exiit utero Virginis. Quid ergo mirum si clausis januis post resurrectionem suam in aeternum jam victurus intravit, qui moriturus veniens non aperto utero Virginis exivit? Sed quia ad illud corpus quod videri poterat, fides intuentium dubitabat, ostendit eis protinus 1553 manus et latus; palpandam carnem praebuit, quam clausis januis introduxit. Qua in re duo mira, et juxta humanam rationem sibi valde contraria ostendit, dum post resurrectionem suam corpus suum et incorruptibile et tamen palpabile demonstravit. Nam et corrumpi necesse est quod palpatur, et palpari non potest quod non corrumpitur. Sed miro modo atque inaestimabili Redemptor noster et incorruptibile post resurrectionem, et palpabile corpus exhibuit, ut monstrando incorruptibile invitaret ad praemium, et praebendo palpabile firmaret ad fidem.

En aquel tiempo, cuando era tarde aquel día, uno de los sábados, y las puertas estaban cerradas donde estaban los discípulos congregados por miedo a los judíos, vino Jesús y se puso en medio de ellos, y les dijo: Paz a vosotros. Y cuando hubo dicho esto, les mostró las manos y el costado. Se alegraron, pues, los discípulos al ver al Señor. Les dijo, pues, de nuevo: Paz a vosotros. Como me envió el Padre, así os envío yo. Habiendo dicho esto, sopló y les dijo: Recibid el Espíritu Santo: a quienes perdonéis los pecados, les son perdonados, y a quienes se los retengáis, les son retenidos. Pero Tomás, uno de los doce, que se dice Dídimo, no estaba con ellos cuando vino Jesús. Dijeronle, pues, los otros discípulos: Hemos visto al Señor. Pero él les dijo: Si no viere en sus manos la marca de los clavos, y metiere mi dedo en el lugar de los clavos, y metiere mi mano en su costado, no creeré. Y después de ocho días de nuevo estaban sus discípulos dentro y Tomás con ellos. Vino Jesús, estando las puertas cerradas, y se puso en medio y dijo: Paz a vosotros. Luego dice a Tomás: Mete aquí tu dedo y mira mis manos; y trae tu mano y métela en mi costado; y no seas incrédulo, sino fiel. Respondió Tomás y le dijo: Señor mío y Dios mío. Le dice Jesús: Porque me has visto, Tomás, has creído: bienaventurados los que no vieron y creyeron. Muchas otras señales hizo también Jesús en presencia de sus discípulos, que no están escritas en este libro. Pero éstas han sido escritas para que creáis que Jesús es el Cristo, el Hijo de Dios, y para que creyendo tengáis vida en su nombre.

1. La primera cuestión de esta lección evangélica pulsa el ánimo, cómo después de la resurrección el cuerpo del Señor fue verdadero, que pudo entrar a los discípulos estando las puertas cerradas. Pero debemos saber que si la operación divina se comprende por la razón, no es admirable; ni la fe tiene mérito a la cual la razón humana ofrece el experimento. Pero estas mismas obras de nuestro Redentor, que de ningún modo pueden ser comprendidas por sí mismas, deben ser ponderadas por su otra operación, para que hechos más admirables den fe a las cosas admirables. Pues aquel cuerpo del Señor entró a los discípulos estando las puertas cerradas, el cual ciertamente salió a los ojos humanos por su nacimiento del útero cerrado de la Virgen. ¿Qué maravilla, pues, si entró estando las puertas cerradas después de su resurrección, el que ya iba a vivir eternamente, quien viniendo para morir no salió por el útero abierto de la Virgen? Pero porque acerca de aquel cuerpo que podía verse la fe de los que miraban dudaba, les mostró al punto las manos y el costado; ofreció la carne para ser palpada, la cual introdujo estando las puertas cerradas. En cuya cosa mostró dos maravillas y, según la razón humana, muy contrarias entre sí, mientras después de su resurrección demostró que su cuerpo era tanto incorruptible como sin embargo palpable. Pues es necesario que se corrompa lo que se palpa, y no puede palparse lo que no se corrompe. Pero de modo admirable e inestimable nuestro Redentor exhibió su cuerpo tanto incorruptible después de la resurrección como palpable, para que mostrando lo incorruptible invitara al premio, y ofreciendo lo palpable afirmara para la fe.

Et incorruptibilem se ergo, et palpabilem demonstravit, ut profecto esse post resurrectionem ostenderet corpus suum et ejusdem naturae, et alterius gloriae.

2. Dixit eis: Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Id est, sicut misit me Pater Deus Deum, et ego mitto vos homo homines. Pater Filium misit, 1554 qui hunc pro redemptione generis humani incarnari constituit. Quem videlicet in mundum venire ad passionem voluit, sed tamen amavit Filium quem ad passionem misit. Electos vero apostolos Dominus non ad mundi gaudia, sed, sicut ipse missus est, ad passiones in mundum mittit. Quia ergo et Filius amatur a Patre, et tamen ad passionem mittitur, ita et discipuli a Domino amantur, qui tamen ad passionem mittuntur in mundum. Itaque dicitur: Sicut misit me Pater, et ego mitto vos, id est, ea vos charitate diligo cum inter scandala persecutorum mitto, qua me charitate Pater diligit, quem venire ad tolerandas passiones fecit. Quamvis mitti etiam juxta naturam divinitatis possit intelligi. Eo enim ipso a Patre Filius mitti dicitur, quo a Patre generatur. Nam sanctum quoque Spiritum, qui cum sit coaequalis Patri et Filio, non tamen incarnatus est, idem se Filius mittere perhibet, dicens: Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre (Joan. XV, 26). Si enim mitti solummodo incarnari deberet intelligi, sanctus procul dubio Spiritus nullo modo diceretur mitti, qui nequaquam incarnatus est. Sed ejus missio ipsa processio est qua de Patre procedit et Filio. Sicut itaque Spiritus mitti dicitur quia procedit, ita et Filius non incongrue mitti dicitur quia generatur.

Haec autem cum dixisset, insufflavit, et dixit eis. Accipite Spiritum sanctum. Quaerendum nobis est quid est quod Spiritum sanctum Dominus noster et semel dedit in terra consistens, et semel coelo praesidens? Neque enim alio in loco datus Spiritus sanctus aperte monstratur (Act. II, 1 seq.), nisi nunc cum per insufflationem percipitur, et postmodum cum, de coelo veniens, in linguis variis demonstratur. Cur ergo prius in terra discipulis datur, postmodum de coelo mittitur, nisi quod duo sunt praecepta charitatis, dilectio videlicet Dei, et dilectio proximi? In terra datur Spiritus, ut diligatur proximus; e coelo datur Spiritus, ut diligatur Deus. Sicut ergo una est charitas, et duo praecepta, ita unus Spiritus, et duo data. Prius a consistente Domino in terra, postmodum e coelo, quia in proximi amore discitur qualiter perveniri debeat ad amorem Dei. Unde et idem Joannes dicit: Qui non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt quomodo potest diligere (I Joan. IV. 20)? Et ante quidem discipulorum mentibus idem Spiritus sanctus inerat ad fidem, sed tamen manifesta datione non nisi post resurrectionem datus est.

Y se demostró, pues, incorruptible y palpable para que mostrara que su cuerpo después de la resurrección era verdaderamente tanto de la misma naturaleza como de otra gloria.

2. Les dijo: *Paz a vosotros. Como me envió el Padre, así os envío yo.* Esto es, como el Padre Dios me envió a mí Dios, también yo hombre os envío a vosotros hombres. El Padre envió al Hijo, a quien constituyó para ser encarnado por la redención del género humano. Al cual ciertamente quiso que viniera al mundo para la pasión, pero sin embargo amó al Hijo a quien envió a la pasión. Pero el Señor envía a los elegidos apóstoles al mundo no para los gozos del mundo, sino, como Él mismo fue enviado, para las pasiones. Porque, pues, tanto el Hijo es amado por el Padre y sin embargo es enviado a la pasión, así también los discípulos son amados por el Señor, quienes sin embargo son enviados a la pasión en el mundo. Por tanto se dice: *Como me envió el Padre, así os envío yo,* esto es, con aquella caridad os amo cuando os envío entre los escándalos de los perseguidores, con la cual caridad me ama el Padre, a quien hizo venir para tolerar las pasiones. Aunque el ser enviado también puede entenderse según la naturaleza de la divinidad. Por eso mismo, pues, se dice que el Hijo es enviado por el Padre, por lo cual es engendrado por el Padre. Pues también al Espíritu Santo, quien aunque es coigual al Padre y al Hijo, sin embargo no se encarnó, el mismo Hijo afirma que lo envía, diciendo: *Cuando venga el Paráclito, a quien yo os enviaré del Padre* (Jn 15, 26). Pues si el ser enviado debiera entenderse solo como ser encarnado, el Espíritu Santo de ningún modo se diría que es enviado, el cual de ninguna manera se encarnó. Sino que su misión es esa misma procesión por la cual procede del Padre y del Hijo. Como, pues, el Espíritu se dice que es enviado porque procede, así también el Hijo no incongruentemente se dice que es enviado porque es engendrado.

Habiendo dicho esto, sopló y les dijo: Recibid el Espíritu Santo. ¿Por qué nuestro Señor dio el Espíritu Santo una vez permaneciendo en la tierra, y otra vez presidiendo en el cielo? Pues no se muestra claramente que el Espíritu Santo haya sido dado en ningún otro lugar (Hechos 2, 1 sig.), sino ahora cuando se percibe por el soplo, y después cuando, viniendo del cielo, se manifiesta en variadas lenguas. ¿Por qué, pues, se da primero en la tierra a los discípulos, y después se envía desde el cielo, sino porque son dos los preceptos de la caridad, a saber, el amor a Dios y el amor al prójimo? En la tierra se da el Espíritu para que se ame al prójimo; desde el cielo se da el Espíritu para que se ame a Dios. Así como, pues, una es la caridad y dos los preceptos, así uno es el Espíritu y dos las daciones. Primero por el Señor permaneciendo en la tierra, después desde el cielo, porque en el amor del prójimo se aprende cómo se debe llegar al amor de Dios. Por lo cual también dice el mismo Juan: *El que no ama a su hermano a quien ve, ¿cómo puede amar a Dios a quien no ve?* (1 Jn 4, 20). Y ciertamente el mismo Espíritu Santo ya estaba en las mentes de los discípulos para la fe, pero sin embargo no fue dado por una dación manifiesta sino después de la resurrección.

Unde et scriptum est: Nondum erat spiritus datus, quia Jesus nondum fuerat glorificatus (Joan. VII, 39). Unde etiam per Moysen dicitur: Suxerunt mel de petra, et oleum de firma petra (Deut. XXXII, 13). Neque enim quidquam tale juxta historiam legitur, si tota Testamenti Veteris series recenseatur. Nusquam de petra mel, nusquam oleum ille populus suxit. Sed quia juxta Pauli vocem: Petra erat Christus (I Cor. X, 4), mel de petra suxerunt, qui ejusdem Redemptoris nostri facta et miracula viderunt. Oleum vero de firma petra suxerunt, quia effusione sancti Spiritus post resurrectionem ejus ungi meruerunt. Quasi ergo infirma petra mel dedit, quando adhuc mortalis Dominus miraculorum suorum dulcedinem discipulis ostendit. Sed firma petra oleum fudit, quia, post resurrectionem suam factus jam impassibilis, per afflationem spiritus donum sanctae unctionis emanavit.

De hoc oleo per prophetam dicitur: Computrescet jugum a facie olei (Isai. X, 27). Sub jugo quippe tenebamur daemoniacae dominationis, sed uncti sumus oleo Spiritus sancti. Et quia nos gratia libertatis unxit, dominationis daemoniacae jugum putruit, Paulo attestante, qui ait: Ubi spiritus Domini, ibi libertas (II Cor. III, 17). Sciendum vero est quod hi qui prius Spiritum sanctum habuerunt, ut et ipsi innocenter viverent, et in praedicatione quibusdam prodessent, idcirco hunc post resurrectionem Domini patenter acceperunt, ut prodesse non paucis, sed pluribus possent. Unde et in hac ipsa datione Spiritus dicitur: Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, et quorum retinueritis retenta sunt. Libet intueri illi discipuli, ad tanta onera humilitatis vocati, ad quantum culmen gloriae sint perducti. Ecce non solum de semetipsis securi fiunt, sed etiam alienae obligationis potestatem relaxationis accipiunt; principatumque superni judicii sortiuntur, ut vice Dei quibusdam peccata retineant, quibusdam relaxent. Sic sic eos a Deo decebat erigi, qui tantum pro Deo consenserant humiliari. Ecce qui districtum Dei judicium metuunt animarum judices fiunt; et alios damnant, vel liberant, qui semetipsos damnari metuebant.

Horum profecto nunc in Ecclesia episcopi locum tenent. Ligandi atque solvendi auctoritatem suscipiunt, qui gradum regiminis sortiuntur. Grandis honor, sed grave pondus istius est honoris. Durum quippe est ut qui nescit tenere moderamina vitae suae judex vitae fiat alienae. Et plerumque contingit ut hic judicii locum teneat, cui ad locum vita minime concordat. Ac saepe agitur, ut vel damnet immeritos, vel alios ipse ligatus solvat. Saepe in solvendis ac ligandis subditis suae voluntatis motus, non autem causarum merita sequitur.

Por lo cual también está escrito: *Aún no había sido dado el Espíritu, porque Jesús aún no había sido glorificado* (Jn 7, 39). Por lo cual también se dice por Moisés: *Chuparon miel de la piedra, y aceite de la piedra firme* (Dt 32, 13). Pues nada de tal se lee según la historia, si se revisa toda la serie del Antiguo Testamento. En ninguna parte aquel pueblo chupó miel de la piedra, en ninguna parte aceite. Pero porque según la voz de Pablo: *La piedra era Cristo* (1 Cor 10, 4), chuparon miel de la piedra los que vieron los hechos y milagros de nuestro mismo Redentor. Pero chuparon aceite de la piedra firme, porque merecieron ser ungidos por la efusión del Espíritu Santo después de su resurrección. Como si, pues, la piedra débil dio miel, cuando el Señor todavía mortal mostró la dulzura de sus milagros a los discípulos. Pero la piedra firme derramó aceite, porque, hecho ya impasible después de su resurrección, por el soplo del espíritu emanó el don de la santa unción.

De este aceite se dice por el profeta: *Se pudrirá el yugo ante la presencia del aceite* (Is 10, 27). Pues bajo el yugo de la dominación demoníaca estábamos sujetos, pero fuimos ungidos con el aceite del Espíritu Santo. Y porque la gracia de la libertad nos ungió, el yugo de la dominación demoníaca se pudrió, atestiguándolo Pablo, quien dice: *Donde está el espíritu del Señor, allí hay libertad* (2 Cor 3, 17). Debe saberse, en verdad, que aquellos que antes tuvieron el Espíritu Santo, para que ellos mismos vivieran inocentemente y aprovecharan a algunos en la predicación, por eso lo recibieron patentemente después de la resurrección del Señor, para que pudieran aprovechar no a pocos, sino a muchos. Por lo cual también en esta misma dación del Espíritu se dice: *A quienes perdonareis los pecados, les son perdonados, y a quienes se los retuviereis, les son retenidos.* Place considerar a aquellos discípulos, llamados a tan grandes cargas de humildad, a qué cumbre de gloria han sido conducidos. He aquí que no solo se vuelven seguros de sí mismos, sino que también reciben la potestad de relajación de la obligación ajena; y obtienen el principado del juicio celestial, para que en lugar de Dios retengan los pecados a algunos y a otros los relajen. Así, así convenía que fueran ensalzados por Dios los que tanto habían consentido en ser humillados por Dios. He aquí que quienes temen el severo juicio de Dios se convierten en jueces de las almas; y condenan o liberan a otros los que temían ser ellos mismos condenados.

Ciertamente los obispos ocupan ahora el lugar de estos en la Iglesia. Reciben la autoridad de ligar y de solver quienes obtienen el grado de gobierno. Gran honor, pero es una carga pesada la de este honor. Pues es duro que quien no sabe mantener la moderación de su propia vida se convierta en juez de la vida ajena. Y muchísimas veces sucede que ocupa aquí el lugar del juicio aquel cuya vida mínimamente concuerda con el lugar. Y a menudo ocurre que o condena a los inmerecidos, o él mismo, estando ligado, suelta a otros. A menudo, al solver y ligar a los súbditos, sigue el movimiento de su propia voluntad, y no los méritos de las causas.

Unde fit, ut ipsa hac ligandi et solvendi potestate se privet, qui hanc pro suis voluntatibus, et non pro subjectorum moribus exercet. Saepe fit, ut erga quemlibet proximum odio vel gratia moveatur Pastor: judicare autem de subditis digne nequeunt, qui in subditorum causis sua vel odia vel gratiam sequuntur. Unde recte per prophetam dicitur: Mortificabant animas quae non moriuntur; et vivificabant animas quae non vivunt (Ezech. XIII, 19). Non morientem quippe mortificat, qui justum damnat. Et non victurum vivificare nititur, qui reum a supplicio absolvere conatur.

Causae ergo pensandae sunt, et tunc ligandi atque solvendi potestas exercenda. Videndum est quae culpa praecessit, aut quae sit poenitentia secuta post culpam, ut quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam visitat, illos pastoris sententia absolvat. Tunc enim vera est absolutio praesidentis, cum interni arbitrium sequitur judicis. Quod bene quatriduani mortui resuscitatio illa significat, quae videlicet demonstrat quia prius mortuum Dominus vocavit et vivificavit, dicens: Lazare, veni foras (Joan. XI, 43); et postmodum is qui vivens egressus fuerat a discipulis est solutus, sicut scriptum est: Cumque egressus esset qui fuerat ligatus institis, tunc dixit discipulis: Solvite eum, et sinite abire (Joan. XI, 45). Ecce illum discipuli jam viventem solvunt, quem magister resuscitaverat mortuum. Si enim discipuli Lazarum mortuum solverent, fetorem magis ostenderent quam virtutem. Ex qua consideratione intuendum est quod illos nos debemus per pastoralem auctoritatem solvere quos auctorem nostrum cognoscimus per suscitantem gratiam vivificare. Quae nimirum vivificatio ante operationem rectitudinis in ipsa jam cognoscitur confessione peccati. Unde et huic ipsi mortuo Lazaro nequaquam dicitur Revivisce, sed Veni foras. Omnis quippe peccator dum culpam suam intra conscientiam abscondit, introrsum latet, in suis penetralibus occultatur. Sed mortuus venit foras, cum peccator nequitias suas sponte confitetur. Lazaro ergo dicitur Veni foras. Ac si aperte cuilibet mortuo in culpa diceretur: Cur reatum tuum intra conscientiam abscondis? Foras jam per confessionem egredere, qui apud te interius per negationem lates. Veniat itaque foras mortuus, id est culpam confiteatur peccator. Venientem vero foras solvant discipuli, ut pastores Ecclesiae ei poenam debeant amovere, quam meruit qui non erubuit confiteri quod fecit. Haec de solutionis ordine breviter dixerim, ut sub magno moderamine pastores Ecclesiae vel solvere studeant, vel ligare. Sed utrum juste an injuste obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est, ne is qui subest, et cum injuste forsitan ligatur, ipsam obligationis suae sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo vel absolvere indiscrete timeat, vel ligare.

De donde resulta que se priva de esta misma potestad de ligar y solver quien la ejerce por sus propias voluntades, y no por las costumbres de los súbditos. A menudo sucede que el Pastor se mueve por odio o por gracia hacia cualquier prójimo; pero no pueden juzgar dignamente de los súbditos quienes en las causas de los súbditos siguen o sus propios odios o su gracia. Por lo cual rectamente se dice por el profeta: *Mortificaban las almas que no mueren; y vivificaban las almas que no viven* (Ez 13, 19). Pues mortifica al que no muere quien condena al justo. Y se esfuerza por vivificar al que no ha de vivir quien intenta absolver al reo del suplicio.

Por tanto, las causas deben ser sopesadas, y entonces debe ejercerse la potestad de ligar y solver. Se debe ver qué culpa precedió, o qué penitencia siguió después de la culpa, para que a aquellos a quienes Dios omnipotente visita por la gracia de la compunción, los absuelva la sentencia del pastor. Pues entonces es verdadera la absolución del que preside, cuando sigue el arbitrio del juez interno. Lo cual significa bien aquella resurrección del muerto de cuatro días, la cual demuestra que el Señor primero llamó y vivificó al muerto, diciendo: *Lázaro, ven fuera* (Jn 11, 43); y después aquel que había salido vivo fue desatado por los discípulos, como está escrito: *Y como hubiese salido el que había estado ligado con vendas, entonces dijo a los discípulos: Desatadlo, y dejadlo ir* (Jn 11, 45). He aquí que los discípulos desatan al que ya vive, a quien el maestro había resucitado muerto. Pues si los discípulos desataran a Lázaro muerto, mostrarían hedor más que virtud. Por cuya consideración debe observarse que nosotros debemos desatar por la autoridad pastoral a aquellos que conocemos que nuestro autor vivifica por la gracia que resucita. Cuya vivificación, ciertamente, se conoce ya en la misma confesión del pecado antes de la operación de la rectitud. Por lo cual también a este mismo muerto Lázaro de ninguna manera se le dice *Revive*, sino *Ven fuera*. Pues todo pecador, mientras esconde su culpa dentro de la conciencia, yace oculto en su interior, se esconde en sus penetrales. Pero el muerto sale fuera cuando el pecador confiesa espontáneamente sus iniquidades. A Lázaro, pues, se le dice: *Ven fuera*. Como si abiertamente se dijera a cualquiera muerto en la culpa: ¿Por qué escondes tu reato dentro de la conciencia? Sal ya fuera por la confesión, tú que te ocultas ante ti mismo interiormente por la negación. Salga, pues, fuera el muerto, esto es, confiese el pecador su culpa. Y a quien sale fuera, desátenlo los discípulos, para que los pastores de la Iglesia deban removerle la pena que mereció quien no se avergonzó de confesar lo que hizo. Estas cosas he dicho brevemente sobre el orden de la solución, para que los pastores de la Iglesia se esforzen por solver o por ligar bajo una gran moderación. Pero ya sea que el pastor ligue justa o injustamente, la sentencia del pastor debe ser temida por la grey, no sea que el que está sometido, aun cuando sea ligado tal vez injustamente, merezca esa misma sentencia de su obligación por otra culpa. El pastor, pues, tema absolver o ligar indiscretamente.

Is autem qui sub manu pastoris est, ligari timeat vel injuste; nec pastoris sui judicium temere reprehendat, ne etsi injuste ligatus est, ex ipsa tumidae reprehensionis superbia culpa quae non erat fiat. Sed quia haec breviter per excessum diximus, ad expositionis ordinem redeamus.

Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Jesus. Iste unus discipulus defuit, reversus quod gestum est audivit, audita credere renuit. Venit iterum Dominus, et non credenti discipulo latus palpandum praebuit, manus ostendit, et, ostensa suorum cicatrice vulnerum, infidelitatis illius vulnus sanavit. Quid, fratres charissimi, quid inter haec animadvertitis? Nunquid casu gestum creditis, ut electus ille discipulus tunc deesset, post autem veniens audiret, audiens dubitaret, dubitans palparet, palpans crederet? Non hoc casu, sed divina dispensatione gestum est. Egit namque miro modo superna clementia ut discipulus ille dubitans, dum in magistro suo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis Thomae infidelitas ad fidem quam fides credentium discipulorum profuit, quia dum ille ad fidem palpando reducitur, nostra mens, omni dubitatione postposita, in fide solidatur. Sic quippe discipulum Dominus post resurrectionem suam dubitare permisit, nec tamen in dubitatione deseruit, sicut ante nativitatem suam habere Mariam sponsum voluit, qui tamen ad ejus nuptias non pervenit. Nam ita factus est discipulus dubitans et palpans, testis verae resurrectionis, sicut sponsus matris fuerat custos integerrimae virginitatis.

Palpavit autem, et exclamavit: Dominus meus, et Deus meus. Dicit ei Jesus: Quia vidisti me, Thoma, credidisti. Cum Paulus apostolus dicat: Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium (Hebr. XI, 1), profecto liquet quia fides illarum rerum argumentum est quae apparere non possunt. Quae etenim apparent jam fidem non habent, sed agnitionem. Dum ergo vidit Thomas, dum palpavit, cur ei dicitur: Quia vidisti me, credidisti? Sed aliud vidit, aliud credidit. A mortali quippe homine divinitas videri non potuit. Hominem ergo vidit, et Deum confessus est, dicens: Dominus meus, et Deus meus. Videndo ergo credidit, qui considerando verum hominem, hunc Deum, quem videre non poterat, exclamavit

Pero aquel que está bajo la mano del pastor tema ser ligado incluso injustamente; ni reprenda temerariamente el juicio de su pastor, no sea que, aunque haya sido ligado injustamente, por la misma soberbia de la hinchada reprensión se haga una culpa la que no existía. Pero porque hemos dicho estas cosas brevemente por una digresión, volvamos al orden de la exposición.

Tomás, en cambio, uno de los doce, el que se dice Dídimo, no estaba con ellos cuando vino Jesús. Faltó este único discípulo, al volver oyó lo que había sucedido, y oído, se negó a creerlo. Vino otra vez el Señor, y al discípulo que no creía le ofreció su costado para ser palpado, le mostró las manos y, mostrada la cicatriz de sus heridas, sanó la herida de la infidelidad de aquel. ¿Qué, hermanos carísimos, qué advertís en medio de esto? ¿Acaso creéis que sucedió por azar que aquel discípulo elegido faltara entonces, y viniendo después oyera, oyendo dudara, dudando palpara, palpando creyera? No sucedió esto por azar, sino por divina disposición. Pues obró de modo admirable la superna clemencia para que aquel discípulo que dudaba, mientras palpaba en su maestro las heridas de la carne, sanara en nosotros las heridas de la infidelidad. Pues más nos aprovechó para la fe la infidelidad de Tomás que la fe de los discípulos que creyeron, porque mientras aquel es reducido a la fe por el tacto, nuestra mente, pospuesta toda duda, se consolida en la fe. Pues así permitió el Señor que el discípulo dudara después de su resurrección, mas no lo abandonó en la duda, así como antes de su nacimiento quiso que María tuviera esposo, quien sin embargo no llegó a sus nupcias. Pues así el discípulo que dudaba y palpaba fue hecho testigo de la verdadera resurrección, como el esposo de la madre había sido custodio de la íntegra virginidad.

Palpó, pues, y exclamó: *Señor mío y Dios mío.* Le dice Jesús: *Porque me has visto, Tomás, has creído.* Como el apóstol Pablo diga: *Es, pues, la fe la sustancia de las cosas que se esperan, el argumento de las que no aparecen* (Heb 11, 1), ciertamente consta que la fe es argumento de aquellas cosas que no pueden aparecer. Pues las que aparecen ya no tienen fe, sino conocimiento. Así pues, mientras Tomás vio, mientras palpó, ¿por qué se le dice: *Porque me has visto, has creído*? Pero una cosa vio y otra creyó. Pues por un hombre mortal la divinidad no pudo ser vista. Vio, pues, al hombre, y confesó a Dios, diciendo: *Señor mío y Dios mío.* Al ver, pues, creyó, quien considerando al hombre verdadero, exclamó que este era Dios, a quien no podía ver.

Laetificat valde quod sequitur: Beati qui non viderunt, et crediderunt. In qua nimirum sententia nos specialiter signati sumus, qui eum quem carne non vidimus mente retinemus. Nos signati sumus, sed si fidem nostram operibus sequimur. Ille etenim vere credit, qui exercet operando quod credit. Quo contra de his qui fidem nomine tenus retinent Paulus dicit: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant (Tit. I, 16). Hinc Jacobus ait: Fides sine operibus mortua est (Jac. II, 26). Hinc ad beatum Job de antiquo hoste generis humani Dominus dicit: Absorbebit fluvium, et non mirabitur, et habet fiduciam quod influat Jordanis in os ejus (Job. XL, 18). Quis etenim per fluvium designatus, nisi humani generis fluxus? Quod videlicet genus ab ortu ad finem defluit, et, quasi aquae more, usque ad competentem terminum ex carnis liquore percurrit, Quid per Jordanem, nisi baptizatorum forma signatur? Quia enim in Jordane flumine ipse auctor redemptionis nostrae baptizari dignatus est, recte Jordanis nomine eorum multitudo exprimitur, qui intra sacramentum baptismatis tenentur. Antiquus ergo hostis generis humani fluvium absorbuit, quia a mundi origine usque ad Redemptoris adventum, vix paucis electis evadentibus, in ventrem suae malitiae genus humanum traxit. De quo recte dicitur: Absorbebit fluvium, et non mirabitur (Ibid.), quia pro magno non habet cum infideles rapit. Sed grave est valde quod subditur: Et habet fiduciam quod influat Jordanis in os ejus (Ibid.), quia postquam infideles quosque a mundi origine rapuit, adhuc se posse suscipere etiam fideles praesumit. Nam ore pestiferae persuasionis eos quotidie devorat, in quibus a confessione fidei reproba vita discordat.

Hoc ergo, fratres charissimi, tota intentione pertimescite, hoc apud vos sollicita mente cogitate. Ecce Paschalia solemnia agimus; sed ita vivendum est nobis, ut pervenire ad aeterna festa mereamur. Transeunt cuncta quae temporaliter festiva celebrantur. Curate, qui his solemnitatibus interestis, ne ab aeterna solemnitate separemini. Quid prodest interesse esse festis hominum, si deesse contingat festis angelorum? Umbra venturae solemnitatis est solemnitas praesentis. Idcirco hanc annue agimus, ut ad illam quae non est annua, sed continua, perducamur. Cum haec statuto tempore geritur, ad illius desiderium memoria nostra refricatur. Frequentatione ergo gaudii temporalis ad aeterna gaudia mens incalescat et ferveat, ut ex veritate laetitiae perfruatur in patria quod de umbra gaudii meditatur in via. Vitam ergo vestram, fratres, moresque componite. Is qui mitis resurrexit ex morte, quam districtus in judicio veniat praevidete.

Alegra mucho lo que sigue: *Bienaventurados los que no vieron y creyeron.* En cuya sentencia ciertamente nosotros somos especialmente señalados, los que retenemos en la mente a quien no vimos en la carne. Nosotros somos señalados, pero si seguimos nuestra fe con las obras. Pues aquel cree verdaderamente que ejercita obrando lo que cree. Por el contrario, de aquellos que retienen la fe solo de nombre dice Pablo: *Confiesan conocer a Dios, pero con los hechos lo niegan* (Tit 1, 16). De aquí dice Santiago: *La fe sin obras está muerta* (Sant 2, 26). De aquí al bienaventurado Job sobre el antiguo enemigo del género humano dice el Señor: *Absorberá el río y no se maravillará, y tiene confianza de que el Jordán influya en su boca* (Job 40, 18). ¿Quién, pues, es designado por el río, sino el flujo del género humano? El cual género ciertamente fluye desde el origen hasta el fin y, a modo de agua, recorre desde el licor de la carne hasta el término competente. ¿Qué por el Jordán, sino la forma de los bautizados es señalada? Porque como en el río Jordán el mismo autor de nuestra redención se dignó ser bautizado, rectamente con el nombre de Jordán se expresa la multitud de aquellos que son contenidos dentro del sacramento del bautismo. El antiguo enemigo del género humano, pues, absorbió el río, porque desde el origen del mundo hasta el advenimiento del Redentor, apenas escapando unos pocos elegidos, arrastró al género humano al vientre de su malicia. De quien rectamente se dice: *Absorberá el río y no se maravillará*, porque no lo tiene por gran cosa cuando arrebata a los infieles. Pero es muy grave lo que se añade: *Y tiene confianza de que el Jordán influya en su boca*, porque después de haber arrebatado a todos los infieles desde el origen del mundo, todavía presume poder recibir incluso a los fieles. Pues con la boca de la pestífera persuasión los devora diariamente, a aquellos en quienes la vida réproba discorda de la confesión de la fe.

Esto, pues, hermanos carísimos, temedlo con toda intención, pensadlo en vuestro interior con mente solícita. He aquí que celebramos las solemnidades pascuales; pero debemos vivir de tal modo que merezcamos llegar a las fiestas eternas. Pasan todas las cosas que se celebran festivamente de forma temporal. Cuidad, los que asistís a estas solemnidades, de no ser separados de la solemnidad eterna. ¿Qué aprovecha asistir a las fiestas de los hombres, si aconteciera faltar a las fiestas de los ángeles? Sombra de la solemnidad venidera es la solemnidad presente. Por eso celebramos esta anualmente, para que seamos conducidos a aquella que no es anual, sino continua. Cuando esta se realiza en el tiempo establecido, nuestra memoria se refresca para el deseo de aquella. Por la frecuentación, pues, del gozo temporal, la mente se caliente y enfervorice hacia los gozos eternos, para que por la verdad de la alegría disfrute en la patria lo que medita por la sombra del gozo en el camino. Componed, pues, vuestra vida, hermanos, y vuestras costumbres. Preved cuán severo vendrá en el juicio aquel que resucitó manso de la muerte.

Certe in die tremendi examinis suis, cum angelis, cum archangelis, cum thronis, cum dominationibus, cum principatibus et potestatibus apparebit, coelis ac terris ardentibus, cunctis videlicet elementis in sui obsequii terrore commotis. Hunc ergo tanti pavoris judicem ante oculos ponite; hunc venturum timete, ut hunc, cum venerit, non timidi, sed securi videatis. Timendus ergo est, ne timeatur. Terror ejus nos ad usum bonae operationis exerceat, metus illius vitam nostram a pravitate compescat. Mihi, fratres, credite, quia tanto tunc erimus securi de ejus praesentia, quanto nunc esse satagimus suspecti de culpa.

Certe si aliquis vestrum cum suo adversario causam dicturus in meo judicio die crastino esset exhibendus, totam fortasse noctem insomnem duceret, quid sibi dici posset, quid objectionibus responderet, secum sollicita et aestuante mente versaret, ne me inveniret asperum vehementer metueret, ne apud me appareret noxius formidaret. Et quis ego? aut quid ego? nimirum non longe post futurus post hominem vermis, atque post vermem pulvis. Si ergo tanta cura pertimescitur judicium pulveris, qua intentione cogitandum est, qua formidine praevidendum tantae judicium majestatis?

Sed quia sunt nonnulli qui de resurrectione carnis incerti sunt, et hanc tunc rectius docemus, si etiam cordium vestrorum quaestionibus occultis occurrimus: pauca nobis de ipsa resurrectionis fide loquenda sunt. Multi etenim de resurrectione dubitant, sicut et nos aliquando fuimus, qui dum carnem in putredinem ossaque in pulverem redigi per sepulcra conspiciunt, reparari ex pulvere carnem et ossa diffidunt, sicque apud se quasi ratiocinantes dicunt: Quando ex pulvere homo reducitur? quando agitur ut cinis animetur? Quibus breviter respondemus quia longe minus est Deo reparare quod fuit quam creasse quod non fuit. Aut quid mirum si hominem ex pulvere reficit, qui simul omnia ex nihilo creavit? Mirabilius namque est coelum et terram ex nullis existentibus condidisse, quam ipsum hominem ex terra reparare. Sed cinis attenditur, et in carnem redire posse desperatur, et divinae operationis virtus comprehendi quasi ex ratione quaeritur. Qui scilicet haec idcirco in suis cogitationibus dicunt, quia eis quotidiana Dei miracula ex assiduitate viluerunt.

Ciertamente en el día del tremendo examen aparecerá a los suyos, con los ángeles, con los arcángeles, con los tronos, con las dominaciones, con los principados y potestades, ardiendo los cielos y la tierra, conmovidos todos los elementos ciertamente en el terror de su obsequio. Poned, pues, ante vuestros ojos a este juez de tanto pavor; temedle a él que ha de venir, para que, cuando venga, lo veáis no tímidos, sino seguros. Debe ser temido, pues, para no ser temido. Su terror nos ejercite al uso de la buena operación, su miedo restrinja nuestra vida de la depravación. Creedme, hermanos, que tanto estaremos entonces seguros de su presencia, cuanto ahora nos afanamos por ser sospechosos de la culpa.

Ciertamente si alguno de vosotros, habiendo de decir su causa con su adversario, debiera ser presentado mañana ante mi juicio, pasaría tal vez toda la noche insomne, qué se le podría decir, qué respondería a las objeciones, lo daría vueltas en sí con mente solícita y ferviente, temería vehementemente encontrarme áspero, dudaría de aparecer nocivo ante mí. ¿Quién soy yo? ¿o qué soy yo? ciertamente no mucho después habré de ser gusano después de hombre, y polvo después de gusano. Si, pues, con tanto cuidado se teme el juicio del polvo, ¿con qué intención debe pensarse, con qué pavor debe preverse el juicio de tanta majestad?

Pero porque hay algunos que están inciertos sobre la resurrección de la carne, y nosotros entonces enseñamos esto más rectamente si también salimos al encuentro de las cuestiones ocultas de vuestros corazones: debemos decir unas pocas cosas sobre esa misma fe de la resurrección. Pues muchos dudan de la resurrección, como también nosotros fuimos alguna vez, los cuales, mientras ven por los sepulcros reducirse la carne a la putrefacción y los huesos al polvo, desconfían de que la carne y los huesos puedan ser reparados del polvo, y así como razonando entre sí dicen: ¿Cuándo el hombre es reducido del polvo? ¿cuándo se hace que la ceniza se anime? A los cuales brevemente respondemos que es mucho menos para Dios reparar lo que fue que haber creado lo que no fue. ¿O qué maravilla si rehace al hombre del polvo, quien creó todas las cosas a la vez de la nada? Pues más admirable es haber fundado el cielo y la tierra de ningunas cosas existentes, que reparar al hombre mismo de la tierra. Pero se atiende a la ceniza, y se desespera de que pueda volver a la carne, y se busca comprender la virtud de la operación divina como por la razón. Los que ciertamente dicen estas cosas en sus pensamientos porque los milagros cotidianos de Dios se les han envilecido por la asiduidad.

Nam ecce in uno grano parvissimi seminis latet tota quae nascitura est arboris moles. Constituamus namque ante oculos cujuslibet arboris miram magnitudinem; cogitemus unde oriendo coepit, quae ad tantam molem crescendo pervenit. Invenimus procul dubio ejus originem, parvissimum semen. Consideremus nunc ubi in illo parvo grano seminis latet fortitudo ligni, asperitas corticis, saporis odorisque magnitudo, ubertas fructuum, viriditas foliorum. Contrectatum namque seminis granum non est validum; unde ergo processit ligni duritia? non est asperum, unde asperitas corticis erupit? non est saporum, unde sapor in fructibus? olfactum nil redolet, unde odor in fructibus fragrat? nil in se viride ostendit, unde foliorum viriditas exivit? Cuncta ergo in semine simul latent, quae tamen non simul ex semine prodeunt. Ex semine quippe producitur radix, ex radice prodit virgultum, ex virgultum oritur fructus, in fructu etiam producitur semen. Addamus ergo quia et semen latet in semine. Quid igitur mirum, si ossa, nervos, carnem, capillosque reducat ex pulvere, qui lignum, fructus, folia, in magna mole arboris ex parvo quotidie semine restaurat? Cum ergo dubitans animus de resurrectionis potentia rationem quaerit, earum rerum ei quaestiones inferendae sunt, quae et incessanter fiunt, et tamen ratione comprehendi nequaquam possunt, ut dum non valet ex visione rei penetrare quod conspicit, de promissione divinae potentiae credat quod audit. Illa ergo vobiscum, fratres charissimi, promissa cogitate quae permanent; quae vero cum tempore transeunt, velut jam dimissa despicite. Ad hujus resurrectionis gloriam quam in se Veritas ostendit tota intentione festinate. Terrena desideria quae ab auctore separant fugite, quia tanto altius ad conspectum Dei omnipotentis pertingitis, quanto Mediatorem Dei et hominum singularius amatis. Qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XXVII.

Habita ad populum in basilica sancti Pancratii martyris, die natalis ejus

LECTIO S. EVANG. SEC. JOAN. XV, 12-16.

Pues he aquí que en un solo grano de semilla pequeñísima late toda la mole del árbol que ha de nacer. Pongamos, pues, ante los ojos la admirable magnitud de cualquier árbol; pensemos de dónde empezó al surgir, el cual llegó a tanta mole al crecer. Hallamos sin duda su origen, una semilla pequeñísima. Consideremos ahora dónde en aquel pequeño grano de semilla late la fortaleza de la madera, la aspereza de la corteza, la magnitud del sabor y del olor, la ubertad de los frutos, el verdor de las hojas. Pues el grano de semilla tocado no es fuerte; ¿de dónde, pues, procedió la dureza de la madera? no es áspero, ¿de dónde brotó la aspereza de la corteza? no tiene sabor, ¿de dónde el sabor en los frutos? al olfato nada huele, ¿de dónde fragua el olor en los frutos? nada verde muestra en sí, ¿de dónde salió el verdor de las hojas? Todas las cosas, pues, laten a la vez en la semilla, las cuales sin embargo no salen a la vez de la semilla. Pues de la semilla se produce la raíz, de la raíz sale el vástago, del vástago nace el fruto, en el fruto también se produce la semilla. Añadamos, pues, que incluso la semilla late en la semilla. ¿Qué maravilla, pues, si recupera los huesos, los nervios, la carne y los cabellos del polvo, quien restaura cotidianamente la madera, los frutos, las hojas, en la gran mole del árbol a partir de una pequeña semilla? Cuando, pues, el ánimo que duda busca razón sobre la potencia de la resurrección, se le deben presentar las cuestiones de aquellas cosas que tanto se hacen incesantemente y, sin embargo, por la razón de ningún modo pueden ser comprendidas, para que mientras no puede penetrar por la visión de la cosa lo que contempla, crea por la promesa de la potencia divina lo que oye. Aquellas cosas, pues, hermanos carísimos, pensad que han sido prometidas y que permanecen; las que, en cambio, pasan con el tiempo, despreciadlas como ya dejadas. A la gloria de esta resurrección que la Verdad mostró en sí, apresuraos con toda intención. Los deseos terrenales que separan del autor, huid de ellos, porque tanto más alto llegáis a la presencia de Dios omnipotente, cuanto más singularmente amáis al Mediador de Dios y de los hombres. Quien vive y reina con el Padre en la unidad del Espíritu Santo, Dios, por todos los siglos de los siglos. Amén.

HOMILÍA XXVII.

Habida ante el pueblo en la basílica de san Pancracio mártir, en el día de su nacimiento.

LECTURA DEL S. EVANG. SEGÚN JUAN 15, 12-16.

In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis: Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem sicut dilexi vos. Majorem hac dilectionem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis si feceritis quae ego praecipio vobis. Jam non dicum vos servos, quia servus nescit quid faciat dominus ejus. Vos autem dixi amicos, quia omnia quaecunque audivi a Patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, et posui vos ut eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat, ut quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.

Cum cuncta sacra eloquia dominicis plena sint praeceptis, quid est quod de dilectione, quasi de singulari mandato, Dominus dicit: Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, nisi quia omne mandatum de sola dilectione est, et omnia unum praeceptum sunt, quia quidquid praecipitur, in sola charitate solidatur? Ut enim multi arboris rami ex una radice prodeunt, sic multae virtutes ex una charitate generantur. Nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non manet in radice charitatis. Praecepta ergo dominica et multa sunt, et unum: multa per diversitatem operis, unum in radice dilectionis. Qualiter autem ista dilectio tenenda sit, ipse insinuat, qui in plerisque Scripturae suae sententiis et amicos jubet diligi in se, et inimicos diligi propter se. Ille enim veraciter charitatem habet, qui et amicum diligit in Deo, et inimicum diligit propter Deum. Nam sunt nonnulli qui diligunt proximos, sed per affectum cognationis et carnis, quibus tamen in hac dilectione sacra eloquia non contradicunt. Sed aliud est quod sponte impenditur naturae, aliud quod praeceptis dominicis ex charitate debetur obedientiae. Hi nimirum et proximum diligunt, et tamen illa sublimia dilectionis praemia non assequuntur, quia amorem suum non spiritaliter, sed carnaliter impendunt. Proinde cum Dominus diceret: Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, protinus addidit: Sicut dilexi vos. Ac si aperte dicat: Ad hoc amate ad quod amavi vos.

Qua in re, fratres charissimi, solerter intuendum est quod antiquus hostis, dum mentem nostram ad rerum temporalium delectationem trahit, infirmiorem contra nos proximum excitat, qui ea ipsa quae diligimus auferre moliatur. Nec curat antiquus hostis, haec faciens, ut terrena tollat, sed ut charitatem in nobis feriat. Nam in odium repente exardescimus; et dum foris invicti esse cupimus, intus graviter ferimur; dum parva foris defendimus, intus amittimus maxima, quia dum rem diligimus temporalem, veram amittimus dilectionem. Omnis quippe qui nostra tollit, inimicus est.

En aquel tiempo, dijo Jesús a sus discípulos: Este es mi precepto: que os améis los unos a los otros como yo os he amado. Nadie tiene mayor amor que este: que uno ponga su vida por sus amigos. Vosotros sois mis amigos si hiciereis lo que yo os mando. Ya no os llamo siervos, porque el siervo no sabe qué hace su señor. A vosotros, en cambio, os he llamado amigos, porque todas las cosas que oí de mi Padre os las he dado a conocer. No me elegisteis vosotros a mí, sino que yo os elegí a vosotros, y os he puesto para que vayáis y deis fruto, y vuestro fruto permanezca, para que cualquier cosa que pidiereis al Padre en mi nombre, os la dé.

Estando todas las sagradas palabras llenas de los preceptos del Señor, ¿por qué dice el Señor sobre la caridad, como de un mandato singular: *Este es mi precepto: que os améis los unos a los otros*, sino porque todo mandato procede de la sola caridad, y todos son un solo precepto, porque cualquier cosa que se manda se solidifica en la sola caridad? Pues así como de una sola raíz salen muchas ramas del árbol, así de una sola caridad se generan muchas virtudes. Ni tiene nada de verdor la rama de la buena obra si no permanece en la raíz de la caridad. Los preceptos del Señor, pues, son muchos y uno: muchos por la diversidad de la obra, uno en la raíz de la caridad. Pero de qué manera deba mantenerse esta caridad, él mismo lo insinúa, quien en muchísimas sentencias de su Escritura manda amar a los amigos en él, y amar a los enemigos por causa de él. Pues aquel tiene verdaderamente caridad que ama al amigo en Dios, y ama al enemigo por Dios. Pues hay algunos que aman a sus prójimos, pero por el afecto de parentesco y de la carne, a los cuales sin embargo en este amor las sagradas palabras no contradicen. Pero una cosa es lo que se otorga espontáneamente a la naturaleza, y otra lo que se debe a la obediencia por caridad según los preceptos del Señor. Estos, ciertamente, aman al prójimo, y sin embargo no alcanzan aquellos sublimes premios de la caridad, porque no otorgan su amor espiritualmente, sino carnalmente. Por lo cual, cuando el Señor dijo: *Este es mi precepto: que os améis los unos a los otros*, añadió inmediatamente: *Como yo os he amado.* Como si dijera abiertamente: Amad para aquello para lo que yo os he amado.

En lo cual, hermanos carísimos, debe observarse solícitamente que el antiguo enemigo, mientras atrae nuestra mente al deleite de las cosas temporales, incita contra nosotros a un prójimo más débil, que intente arrebatarnos esas mismas cosas que amamos. Y no cuida el antiguo enemigo, al hacer esto, de quitar las cosas terrenas, sino de herir en nosotros la caridad. Pues de repente nos encendemos en odio; y mientras deseamos ser invictos fuera, somos gravemente heridos dentro; mientras defendemos cosas pequeñas fuera, perdemos dentro las mayores, porque mientras amamos la cosa temporal, perdemos la verdadera caridad. Pues todo el que nos quita lo nuestro es enemigo.

Sed si odio habere coeperimus inimicum intus est quod perdimus. Cum ergo aliquid exterius a proximo patimur, contra occultum raptorem interius vigilemus, qui nunquam melius vincitur, nisi cum raptor exterior amatur. Una quippe et summa est probatio charitatis, si et ipse diligitur qui adversatur. Hinc est quod ipsa Veritas et crucis patibulum sustinet, et tamen ipsis suis persecutoribus affectum dilectionis impendit, dicens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt (Luc. XXIII, 34). Quid ergo mirum si inimicos diligant discipuli dum vivunt, quando et tunc inimicos diligit magister cum occiditur? Cujus dilectionis summam exprimit, cum subjungitur: Majorem hac dilectionem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Mori etiam pro inimicis Dominus venerat, et tamen positurum se animam pro amicis dicebat, ut profecto nobis ostenderet quia dum diligendo lucrum facere de inimicis possumus, etiam ipsi amici sunt qui persequuntur.

But behold, no one persecutes us even to death. Unde ergo probare possumus an diligamus inimicos? Sed est quod in pace sanctae Ecclesiae fieri debeat, unde clarescat si persecutionis tempore mori pro dilectione valeamus. Certe idem Joannes dicit: Qui habuerit substantiam mundi hujus, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo (I Joan. III, 17)? Hinc etiam Joannes Baptista ait: Qui habet duas tunicas, det non habenti (Luc. III, 11). Qui ergo tranquillitatis tempore non dat pro Deo tunicam suam, quando in persecutione daturus est animam suam? Virtus ergo charitatis ut invicta sit in perturbatione, nutriatur per misericordiam in tranquillitate, quatenus omnipotenti Deo primum discat sua impendere, postmodum semetipsum.

Sequitur: Vos amici mei estis. O quanta est misericordia conditoris nostri. Servi digni non sumus, et amici vocamur. Quanta est dignitas hominum esse amicos Dei? Sed audistis gloriam dignitatis, audite et laborem certaminis. Si feceritis quae ego praecipio vobis. Amici mei estis, si ea quae praecipio vobis facitis. Ac si aperte dicat: Gaudetis de culmine, pensate quibus laboribus pervenitur ad culmen. Certe dum filii Zebedaei, interveniente matre, quaererent ut unus a dextris Dei et alius a sinistris sedere debuissent, audierunt: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum (Matth. XX, 22)? Jam locum celsitudinis quaerebant, ad viam illos Veritas revocat, per quam ad celsitudinem venirent. Ac si dicatur: Jam vos locus delectat celsitudinis, sed prius via exerceat laboris. Per calicem pertingitur ad majestatem. Si mens vestra appetit quod demulcet, prius bibite quod dolet. Sic sic per amarum poculum confectionis pervenitur ad gaudium salutis. Jam non dicam vos servos, quia servus nescit quid faciat dominus ejus. Vos autem dixi amicos, quia omnia quaecunque audivi a Patre meo, nota feci vobis.

Pero si empezamos a odiar al enemigo, es dentro donde perdemos lo que perdemos. Cuando, pues, sufrimos algo exteriormente del prójimo, vigilemos interiormente contra el ladrón oculto, a quien nunca se le vence mejor que cuando se ama al ladrón exterior. Pues una sola y suma es la prueba de la caridad: si se ama incluso al que se opone. De aquí es que la Verdad misma sostiene el patíbulo de la cruz y, sin embargo, otorga a sus mismos perseguidores el afecto de la caridad, diciendo: *Padre, perdónalos, porque no saben lo que hacen* (Lc 23, 34). ¿Qué maravilla, pues, si los discípulos aman a sus enemigos mientras viven, cuando el maestro ama a sus enemigos incluso cuando es matado? Cuya suma de la caridad expresa cuando se añade: *Nadie tiene mayor amor que este: que uno ponga su vida por sus amigos.* El Señor había venido para morir incluso por sus enemigos, y sin embargo decía que pondría su vida por sus amigos, para demostrarnos ciertamente que mientras amando podemos sacar ganancia de los enemigos, incluso son amigos los mismos que nos persiguen.

Pero he aquí que a nosotros nadie nos persigue hasta la muerte. ¿De dónde, pues, podemos probar si amamos a los enemigos? Pero hay algo que debe hacerse en la paz de la santa Iglesia, por lo cual se aclare si en tiempo de persecución somos capaces de morir por caridad. Ciertamente el mismo Juan dice: *Quien tuviere la sustancia de este mundo, y viere a su hermano tener necesidad, y cerrare sus entrañas ante él, ¿cómo permanece la caridad de Dios en él?* (1 Jn 3, 17). De aquí también dice Juan el Bautista: *El que tiene dos túnicas, dé al que no tiene* (Lc 3, 11). El que, pues, en tiempo de tranquilidad no da por Dios su túnica, ¿cuándo en la persecución va a dar su vida? Por tanto, para que la virtud de la caridad sea invicta en la perturbación, nútrase por la misericordia en la tranquilidad, a fin de que aprenda a otorgar a Dios omnipotente primero sus cosas, y después a sí mismo.

Sigue: *Vosotros sois mis amigos.* ¡Oh, cuán grande es la misericordia de nuestro creador! No somos siervos dignos, y somos llamados amigos. ¿Cuán grande es la dignidad de los hombres ser amigos de Dios? Pero habéis oído la gloria de la dignidad, oíd también el trabajo del certamen. *Si hiciereis lo que yo os mando.* Mis amigos sois, si hacéis las cosas que yo os mando. Como si dijera abiertamente: Os gozáis de la cumbre, pensad con qué trabajos se llega a la cumbre. Ciertamente cuando los hijos de Zebedeo, interviniendo su madre, pidieron que uno se sentara a la derecha de Dios y el otro a la izquierda, oyeron: *¿Podéis beber el cáliz que yo he de beber?* (Mt 20, 22). Ya buscaban el lugar de la celsitud; la Verdad los reclama al camino por el cual llegarían a la celsitud. Como si se dijera: Ya os deleita el lugar de la celsitud, pero primero os ejercite el camino del trabajo. Por el cáliz se llega a la majestad. Si vuestra mente apetece lo que la endulza, primero bebed lo que duele. Así, así por la amarga copa de la confección se llega al gozo de la salvación. *Ya no os llamaré siervos, porque el siervo no sabe qué hace su señor.* *A vosotros, en cambio, os he llamado amigos, porque todas las cosas que oí de mi Padre os las he dado a conocer.*

Quae sunt omnia quae audivit a Patre suo, quae nota fieri veluit servis suis, ut eos efficeret amicos suos, nisi gaudia internae charitatis, nisi illa festa supernae patriae, quae nostris quotidie mentibus per aspirationem sui amoris imprimit? Dum enim audita supercoelestia amamus, amata jam novimus, quia amor ipse notitia est. Omnia ergo eis nota fecerat, qui, a terrenis desideriis immutati, amoris summi facibus ardebant. Istos vero amicos Dei aspexerat Propheta, cum dicebat; Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus (Psal. CXXXVIII, 17). Amicus enim quasi animi custos vocatur. Quia ergo Psalmista prospexit electos Dei a mundi hujus amore separatos custodire in mandatis coelestibus voluntatem Dei, miratus est amicos Dei, dicens: Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus. Et tanquam si ab eo protinus causas honoris tanti nobis insinuari quaereremus, illico adjunxit: Nimis confortatus est principatus eorum (Ibid.). Ecce electi Dei carnem domant, spiritum roborant, daemonibus imperant, virtutibus coruscant, praesentia despiciunt, aeternam patriam cum voce moribus praedicant; eam etiam moriendo diligunt, atque ad illam per tormenta pertingunt. Occidi possunt, et flecti nequeunt. Nimis ergo confortatus est principatus eorum. In ista ipsa passione, qua ceciderunt in morte carnis, videte quantum fuerit culmen mentis. Unde hoc, nisi quia confortatus est principatus eorum. Sed sic magni forsitan pauci sunt? Subjunxit: Dinumerabo eos, et super arenam multiplicabuntur (Ibid., 18). Totum mundum, fratres, aspicite: martyribus plenus est. Jam pene tot qui videamus non sumus quot veritatis testes habemus. Deo ergo numerabiles nobis super arenam multiplicati sunt, quia quanti sint, a nobis comprehendi non possunt.

Sed quisquis ad hanc pervenit dignitatem, ut amicus vocetur Dei, sese in se conspiciat, dona autem quae percipit, super se. Nihil suis meritis tribuat, ne ad inimicitias erumpat. Unde et subditur: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, et posui vos, ut eatis, et fructum afferatis. Posui ad gratiam, plantavi ut eatis volendo, fructum afferatis operando. Eatis enim volendo dixi, quia velle aliquid facere, jam mente ire est. Qualen vero fructum afferre debeant subditur: Et fructus vester maneat. Omne quod secundum praesens saeculum laboramus vix usque ad mortem sufficit.

¿Cuáles son todas las cosas que oyó de su Padre, que quiso dar a conocer a sus siervos para hacerlos sus amigos, sino los gozos de la caridad interna, sino aquellas fiestas de la patria superna que imprime diariamente en nuestras mentes por la aspiración de su amor? Pues mientras amamos lo supercelestial oído, lo amado ya lo conocemos, porque el amor mismo es conocimiento. Todas las cosas, pues, les había dado a conocer a los que, cambiados de los deseos terrenales, ardían con las antorchas del amor sumo. A estos amigos de Dios había mirado el Profeta cuando decía: *Para mí, en cambio, tus amigos, oh Dios, son sumamente honrados* (Sal 138, 17). Pues el amigo es llamado, por así decirlo, custodio del ánimo. Porque, pues, el Salmista previó a los elegidos de Dios separados del amor de este mundo para custodiar en los mandatos celestiales la voluntad de Dios, se admiró de los amigos de Dios diciendo: *Para mí, en cambio, tus amigos, oh Dios, son sumamente honrados.* Y como si buscáramos que al punto se nos insinuaran por él las causas de tanto honor, añadió inmediatamente: *Su principado se ha fortalecido en extremo* (Ibíd.). He aquí que los elegidos de Dios doman la carne, fortalecen el espíritu, mandan a los demonios, resplandecen con virtudes, desprecian las cosas presentes, predican la patria eterna con la voz y con las costumbres; la aman incluso muriendo y llegan a ella por los tormentos. Pueden ser matados, y no pueden ser torcidos. En extremo, pues, se ha fortalecido su principado. En esa misma pasión en la que cayeron en la muerte de la carne, ved cuán grande fue la cumbre de la mente. ¿De dónde esto, sino de que su principado se ha fortalecido? ¿Pero acaso estos grandes son pocos? Añadió: *Los contaré, y se multiplicarán sobre la arena* (Ibíd., 18). Mirad todo el mundo, hermanos: está lleno de mártires. Ya casi no somos tantos los que vemos como testigos de la verdad tenemos. Para Dios, pues, son numerables, para nosotros se han multiplicado sobre la arena, porque cuántos sean no puede ser comprendido por nosotros.

Pero quienquiera que llegue a esta dignidad de ser llamado amigo de Dios, mírese a sí mismo en sí mismo, mas los dones que percibe, por encima de sí mismo. Nada atribuya a sus propios méritos, no sea que prorumpa en enemistades. Por lo cual también se añade: *No me elegisteis vosotros a mí, sino que yo os elegí a vosotros, y os he puesto para que vayáis y deis fruto.* Os puse para la gracia, os planté para que vayáis queriendo, y deis fruto obrando. Dije, pues, *vayáis* queriendo, porque querer hacer algo es ya ir con la mente. Pero qué tipo de fruto deban dar se añade: *And que vuestro fruto permanezca.* Todo lo que trabajamos según el presente siglo apenas basta hasta la muerte.

Mors namque interveniens fructum nostri laboris abscidit. Quod vero pro aeterna vita agitur etiam post mortem servatur; et tunc apparere incipit, cum laborum carnalium fructus coeperit non videri. Ibi ergo illa retributio inchoat, ubi ista terminatur. Quisquis ergo jam aeterna cognovit, apud ejus animum temporales fructus vilescant. Tales fructus operemur qui maneant; tales fructus operemur qui, cum mors cuncta interimat, ipsi exordium a morte sumant. Nam quod a morte incipiat fructus Dei, testatur Propheta, qui dicit: Cum dederit dilectis suis somnum, haec est haereditas Domini (Psal. CXXVI, 2, 3). Omnis qui dormit in morte perdit haereditatem; sed cum dederit dilectis suis somnum, haec est haereditas Domini, quia electi Dei postquam pervenerint ad mortem, tunc invenient haereditatem.

Sequitur: Ut quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis. Ecce hic dicit: Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis. Rursum alibi per eumdem Evangelistam dicit: Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Usque modo non petistis quidquam in nomine meo (Joan. XVI, 23, 24). Si omne quod petimus in nomine Filii dat nobis Pater, quid ergo est quod Paulus ter Dominum rogavit, et exaudiri non meruit, sed dictum est illi: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur (II Cor. XII, 9)? Nunquid ille tam egregius praedicator in Filii nomine non petiit? Quare autem non accepit quod petiit? Quomodo ergo verum est quia quidquid petierimus Patrem in nomine Filii, dat nobis Pater, si auferri a se angelum Satanae petiit Apostolus in nomine Filii, et tamen quod petiit non accepit? Sed quia nomen Filii Jesus est, Jesus autem salvator, vel etiam salutaris dicitur, ille ergo in nomine Salvatoris petit, qui illud petit quod ad veram salutem pertinet. Nam si id quod non expedit petitur, non in nomine Jesu petitur Pater. Unde et eisdem apostolis adhuc infirmantibus Dominus dicit: Usque modo non petistis quidquam in nomine mea (Joan. XVI, 23). Ac si aperte diceretur: Non petistis in nomine Salvatoris quia nescitis quaerere aeternam salutem. Hinc est quod et Paulus non exauditur quia si liberaretur a tentatione, ei non proderat ad salutem (II. Cor. XII, 9).

Ecce videmus, fratres charissimi, quam multi ad solemnitatem martyris convenistis, genua flectitis, pectus tunditis, voces orationis ac confessionis emittitis, faciem lacrymis rigatis. Sed pensate, quaeso, petitiones vestras; videte si in nomine Jesu petitis, id est si gaudia salutis aeternae postulatis. In domo enim Jesu Jesum non quaeritis, si in aeternitatis templo importune pro temporalibus oratis. Ecce alius in oratione quaerit uxorem, alius petit villam, alius postulat vestem, alius dari sibi deprecatur alimentum. Et quidem cum haec desunt, ab omnipotenti Deo petenda sunt.

Pues la muerte interviniente corta el fruto de nuestro trabajo. Pero lo que se hace por la vida eterna se conserva incluso después de la muerte; y empieza a aparecer entonces, cuando el fruto de los trabajos carnales empieza a no verse. Allí, pues, comienza aquella retribución donde esta se termina. Quienquiera, pues, que ya haya conocido las cosas eternas, envilézcanse en su ánimo los frutos temporales. Obremos tales frutos que permanezcan; obremos tales frutos que, cuando la muerte lo mate todo, ellos mismos tomen su inicio de la muerte. Pues que de la muerte comience el fruto de Dios, lo atestigua el Profeta, quien dice: *Cuando diere el sueño a sus amados, esta es la heredad del Señor* (Sal 126, 2, 3). Todo el que duerme en la muerte pierde la herencia; pero cuando diere el sueño a sus amados, esta es la heredad del Señor, porque los elegidos de Dios después que hayan llegado a la muerte, entonces encontrarán la herencia.

Sigue: *Para que cualquier cosa que pidiereis al Padre en mi nombre, os la dé.* He aquí que dice aquí: *Cualquier cosa que pidiereis al Padre en mi nombre, os la dé.* De nuevo en otro lugar por el mismo Evangelista dice: *Si algo pidiereis al Padre en mi nombre, os lo dará. Hasta ahora no habéis pedido nada en mi nombre* (Jn 16, 23, 24). Si todo lo que pedimos en el nombre del Hijo nos lo da el Padre, ¿qué es, pues, lo que Pablo rogó tres veces al Señor, y no mereció ser escuchado, sino que se le dijo: *Te basta mi gracia, pues la virtud en la flaqueza se perfecciona* (2 Cor 12, 9)? ¿Acaso aquel tan egregio predicador no pidió en el nombre del Hijo? ¿Por qué, pues, no recibió lo que pidió? ¿Cómo, pues, es verdad que cualquier cosa que pidiéramos al Padre en el nombre del Hijo, nos la da el Padre, si el Apóstol pidió que se le quitara el ángel de Satanás en el nombre del Hijo, y sin embargo no recibió lo que pidió? Pero porque el nombre del Hijo es Jesús, y Jesús se dice Salvador, o también Saludable, aquel, pues, pide en el nombre del Salvador que pide aquello que pertenece a la verdadera salvación. Pues si se pide aquello que no conviene, no se pide al Padre en el nombre de Jesús. Por lo cual también a los mismos apóstoles, todavía flacos, les dice el Señor: *Hasta ahora no habéis pedido nada en mi nombre* (Jn 16, 23). Como si se dijera abiertamente: No habéis pedido en el nombre del Salvador porque no sabéis buscar la salvación eterna. De aquí es que tampoco Pablo es escuchado porque, si fuera liberado de la tentación, no le aprovechaba para la salvación (2 Cor 12, 9).

He aquí vemos, hermanos carísimos, cuántos habéis acudido a la solemnidad del mártir, dobláis las rodillas, os golpeáis el pecho, emitís voces de oración y de confesión, regáis la cara con lágrimas. Pero sopesad, os ruego, vuestras peticiones; ved si pedís en el nombre de Jesús, esto es, si postuláis los gozos de la salvación eterna. Pues en la casa de Jesús no buscáis a Jesús, si en el templo de la eternidad oráis importunamente por las cosas temporales. He aquí que uno en la oración busca esposa, otro pide una villa, otro postula un vestido, otro depreca que se le dé alimento. Y ciertamente cuando estas cosas faltan, deben pedirse a Dios omnipotente.

Sed meminisse continuo debemus quod ex mandato ejusdem nostri Redemptoris accepimus, Quaerite primum regnum Dei, et justitiam ejus, et haec omnia adjicientur vobis (Matth. VI, 33). Et haec itaque a Jesu petere non est errare, si tamen non nimie petantur. Sed adhuc, quod est gravius, alius postulat mortem inimici, eumque quem gladio non potest persequi, persequitur oratione. Et vivit adhuc qui maledicitur, et tamen is qui maledicit jam de morte illius reus tenetur. Jubet autem Deus ut diligatur inimicus (Matth. V, 44), et tamen rogatur Deus ut occidat inimicum. Quisquis itaque sic orat, in ipsis suis precibus contra conditorem pugnat. Unde et sub Judae specie dicitur: Fiat oratio ejus in peccatum (Psal. CVIII, 7). Oratio quippe in peccatum est illa petere quae prohibet ipse qui petitur.

Hinc Veritas dicit: Cum statis ad orandum, remittite si quid habetis in cordibus vestris (Marc. XI, 25). Quam virtutem remissionis apertius ostendimus, si unum testimonium Testamenti Veteris proferamus. Certe cum Judaea conditoris sui justitiam culpis exigentibus offendisset, prophetam suum ab oratione Dominus prohibens, dicit: Non assumas laudem et orationem pro eis (Jerem. VII, 16). Si Moyses et Samuel steterint coram me, non est anima mea ad populum istum (Ibid., XV, 1). Quid est quod intermissis relictisque tot patribus, soli Moyses et Samuel ad medium deducuntur, quorum mira obtinendi virtus ostenditur, dum nec ipsi posse intercedere dicuntur? Ac si aperte Dominus dicat: Nec illos audio quos propter magnum petitionis suae meritum minime contemno. Quid ergo est quod Moyses et Samuel caeteris patribus in postulatione praeferuntur, nisi quod hi duo tantummodo in cuncta Testamenti Veteris serie etiam pro inimicis suis leguntur exorasse? Unus a populo lapidibus impetitur (Exod. XVII, 4), et tamen pro lapidatore suo Dominum deprecatur; alter ex principatu dejicitur, et tamen petitus ut exoraret, fatetur dicens: Absit a me hoc peccatum in Domino, quo minus cessem orare pro vobis (I Reg. XII, 23). Si Moyses et Samuel steterint coram me, non est anima mea ad populum istum (Jerem. XV, 1). Ac si aperte dicat; Nec illos modo pro amicis audio, quos magnae virtutis merito orare etiam pro inimicis scio. Virtus ergo verae orationis est celsitudo charitatis. Et tunc quisque quod recte petit, adipiscitur, cum ejus animus in petitione nec inimici odio fuscatur. Sed plerumque reluctantem animum vincimus, si etiam pro inimicis oramus. Effundit os pro adversariis precem, sed utinam cor teneat amorem. Nam saepe et orationem pro inimicis nostris impendimus, sed hanc ex praeceptione potius fundimus quam ex charitate. Nam et vitam inimicorum petimus, et tamen ne exaudiamur timemus. Sed quia internus judex mentem potius quam verba considerat, pro inimico nil postulat, qui pro eo ex charitate non orat.

Pero debemos recordar continuamente lo que recibimos por mandato de nuestro mismo Redentor: *Buscad primero el reino de Dios y su justicia, y todas estas cosas se os añadirán* (Mt 6, 33). Y así, pedir estas cosas a Jesús no es errar, si sin embargo no se piden excesivamente. Pero todavía, lo que es más grave, otro postula la muerte del enemigo, y a aquel a quien no puede perseguir con la espada, lo persigue con la oración. Y vive todavía el que es maldecido, y sin embargo aquel que maldice ya es tenido por reo de su muerte. Manda Dios que se ame al enemigo (Mt 5, 44), y sin embargo se ruega a Dios que mate al enemigo. Quienquiera, pues, que así ora, en sus mismas súplicas lucha contra el creador. Por lo cual también bajo la especie de Judas se dice: *Hágase su oración en pecado* (Sal 108, 7). Pues la oración es para pecado cuando se piden aquellas cosas que prohíbe el mismo a quien se pide.

De aquí dice la Verdad: *Cuando estéis para orar, perdonad si tenéis algo en vuestros corazones* (Mc 11, 25). Cuya virtud de la remisión mostramos más claramente si proferimos un testimonio del Antiguo Testamento. Ciertamente cuando Judea había ofendido la justicia de su creador, exigiéndolo sus culpas, prohibiendo el Señor a su profeta la oración, dice: *No asumas alabanza y oración por ellos* (Jer 7, 16). *Si Moisés y Samuel estuvieren ante mí, no está mi alma hacia este pueblo* (Ibíd., 15, 1). ¿Qué es que, omitidos y dejados tantos padres, solo Moisés y Samuel son traídos al medio, cuya admirable virtud de obtener se muestra, mientras se dice que ni ellos mismos pueden interceder? Como si abiertamente dijera el Señor: Ni a ellos escucho, a quienes por el gran mérito de su petición mínimamente desprecio. ¿Qué es, pues, que Moisés y Samuel son preferidos a los demás padres en la postulación, sino que estos dos solamente en toda la serie del Antiguo Testamento se lee que oraron incluso por sus enemigos? Uno es acometido por el pueblo con piedras (Ex 17, 4) y, sin embargo, depreca al Señor por su lapidador; el otro es depuesto del principado y, sin embargo, pedido que orara, confiesa diciendo: *Lejos de mí este pecado ante el Señor, que cese de orar por vosotros* (1 Sam 12, 23). *Si Moisés y Samuel estuvieren ante mí, no está mi alma hacia este pueblo* (Jer 15, 1). Como si dijera abiertamente: Ni a ellos escucho ahora por los amigos, a quienes sé que por el mérito de su gran virtud oran incluso por los enemigos. La virtud, pues, de la verdadera oración es la celsitud de la caridad. Y entonces cada uno alcanza lo que rectamente pide, cuando su ánimo en la petición no se oscurece por el odio del enemigo. Pero muchísimas veces vencemos al ánimo reacio si también oramos por los enemigos. Derrama la boca la súplica por los adversarios, pero ¡ojalá el corazón mantuviera el amor! Pues a menudo también otorgamos la oración por nuestros enemigos, pero esta la fundimos más por precepto que por caridad. Pues también pedimos la vida de los enemigos y, sin embargo, tememos ser escuchados. Pero porque el juez interno considera la mente más que las palabras, nada postula por el enemigo quien por él no ora por caridad.

Sed ecce in nos graviter inimicus deliquit, damna intulit, juvantes laesit, amantes persecutus est. Retinenda haec essent, si remittenda nobis delicta non essent. Advocatus etenim noster precem nobis in causa nostra composuit; et ipse ejusdem causae judex est, qui advocatus. Preci autem quam composuit conditionem inseruit, dicens: Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris (Matth. VI, 12). Quia ergo ipse judex venit, qui advocatus exstitit, ipse precem exaudit qui fecit. Aut ergo non facientes dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, et nosmetipsos hoc dicendo amplius ligamus; aut fortasse conditionem hanc in oratione intermittimus, et advocatus noster precem quam composuit non recognoscit, atque apud se protinus dicit: Scio quid monui, non est ipsa oratio quam feci. Quid ergo nobis agendum est, fratres, nisi ut verae charitatis affectum impendamus fratribus? Nulla in corde malitia maneat. Consideret omnipotens Deus erga proximum charitatem nostram, ut nostris impendat iniquitatibus pietatem suam. Mementote quod monemur: Dimittite, et dimittetur vobis (Luc. VI, 37). Ecce debetur nobis, et debemus. Dimittamus ergo quod debetur nobis, ut dimittatur quod debetur a nobis. Sed ad haec mens renititur, et vult implere quod audit, et tamen reluctatur.

Ad martyris tumbam consistimus, qui ad coeleste regnum ex qua morte pervenerit scimus. Nos si pro Christo corpus non ponimus, saltem animum vincamus. Placatur Deus isto sacrificio, approbat in judicio pietatis suae victoriam pacis nostrae. Certamen enim nostri cordis aspicit; et qui post vincentes remunerat, nunc decertantes juvat, per Dominum nostrum Jesum Christum Filium suum, qui cum eo vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XXVIII.

Habita ad populum in basilica sanctorum Nerei et Achillei, die natalis eorum.

LECTIO S. EVANG. SEC. JOAN. IV, 46-53.

Pero he aquí que un enemigo ha delinquido gravemente contra nosotros, ha causado daños, ha herido a quienes ayudaban, ha perseguido a quienes amaban. Estas cosas deberían ser retenidas si nuestros delitos no nos hubieran de ser remitidos. Pues nuestro Abogado compuso para nosotros una súplica en nuestra causa; y él mismo es el juez de esa misma causa, quien es el abogado. Pero insertó una condición en la súplica que compuso, diciendo: *Perdónanos nuestras deudas, así como nosotros perdonamos a nuestros deudores* (Mt 6, 12). Porque, pues, vino como juez el mismo que existió como abogado, él mismo escucha la súplica que hizo. O bien, no haciéndolo decimos: *Perdónanos nuestras deudas, así como nosotros perdonamos a nuestros deudores*, y nosotros mismos nos ligamos más al decir esto; o tal vez omitimos esta condición en la oración, y nuestro abogado no reconoce la súplica que compuso, y al punto dice para sí: Sé lo que aconsejé, no es la misma oración que hice. ¿Qué debemos hacer, pues, hermanos, sino otorgar el afecto de la verdadera caridad a los hermanos? Ninguna malicia permanezca en el corazón. Considere Dios omnipotente nuestra caridad para con el prójimo, para que otorgue su piedad a nuestras iniquidades. Recordad lo que se nos aconseja: *Perdonad, y se os perdonará* (Lc 6, 37). He aquí que se nos debe, y debemos. Perdonemos, pues, lo que se nos debe, para que se nos perdone lo que por nosotros es debido. Pero a estas cosas el ánimo se resiste, y quiere cumplir lo que oye, y sin embargo se muestra reacio.

Estamos ante la tumba del mártir, de quien sabemos a qué reino celestial llegó por qué muerte. Nosotros, si por Cristo no ponemos el cuerpo, al menos venzamos el ánimo. Se aplaca Dios con ese sacrificio, aprueba en el juicio de su piedad la victoria de nuestra paz. Pues contempla el certamen de nuestro corazón; y quien remunera después a los que vencen, ahora ayuda a los que luchan, por nuestro Señor Jesucristo su Hijo, que con él vive y reina en la unidad del Espíritu Santo, Dios, por todos los siglos de los siglos. Amén.

HOMILÍA XXVIII.

Habida ante el pueblo en la basílica de los santos Nereo y Aquileo, en el día de su nacimiento.

LECTURA DEL S. EVANG. SEGÚN JUAN 4, 46-53.

In illo tempore, erat quidam regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset quia Jesus veniret a Judaea in Galilaeam, abiit ad eum, et rogabat eum ut descenderet, et sanaret filium ejus. Incipiebat enim mori. Dixit ergo Jesus ad eum: Nisi signa et prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum regulus: Domine, descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Jesus: Vade, filius tuus vivit. Credidit homo sermoni quem dixit ei Jesus, et ibat. Jam autem eo descendente, servi occurrerunt ei, et nuntiaverunt dicentes quia filius ejus viveret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit. Et dixerunt ei quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognovit ergo pater quia illa hora erat in qua dixerat ei Jesus: Filius tuus vivit. Et credidit ipse, et domus ejus tota.

1. Lectio sancti Evangelii, quam modo, fratres, audistis, expositione non indiget. Sed ne hanc taciti praeterisse videamur, exhortando potius quam exponendo in ea aliquid loquamur. Hoc autem nobis solummodo de expositione video esse requirendum, cur is qui ad salutem filio petendam venerat audivit: Nisi signa et prodigia videritis, non creditis? Qui enim salutem filio quaerebat, procul dubio credebat. Neque enim ab eo quaereret salutem quem non crederet salvatorem. Quare ergo dicitur: Nisi signa et prodigia videritis, non creditis, qui ante credidit quam signum videret? Sed mementote quid petiit, et aperte cognoscetis quia in fide dubitavit. Poposcit namque ut descenderet, et sanaret filium ejus. Corporalem ergo praesentiam Domini quaerebat, qui per spiritum nusquam deerat. Minus itaque in illum credidit, quem non putavit posse salutem dare, nisi praesens esset et corpore. Si enim perfecte credidisset, procul dubio sciret quia non esset locus ubi non esset Deus. Ex magna ergo parte diffisus est, quia honorem non dedit majestati, sed praesentiae corporali. Salutem itaque filio petiit, et tamen in fide dubitavit, quia eum ad quem venerat, et potentem ad curandum credidit, et tamen morienti filio esse absentem putavit. Sed Dominus, qui rogatur ut vadat, quia non desit ubi invitatur indicat, solo jussu salutem reddidit qui voluntate omnia creavit.

2. Qua in re hoc est nobis solerter intuendum, quod, sicut evangelista alio testante didicimus, centurio ad Dominum venit dicens: Domine, puer meus jacet paralyticus in domo mea, et male torquetur. Cui a Jesu protinus respondetur: Ego veniam et curabo eum (Matth. VIII, 6, 7). Quid est quod regulus rogat ut ad ejus filium veniat, et tamen ire corporaliter recusat; ad servum vero centurionis non invitatur, et tamen se corporaliter ire pollicetur? Reguli filio per corporalem praesentiam non dignatur adesse, centurionis servo non dedignatur occurrere.

En aquel tiempo, había un cierto régulo, cuyo hijo estaba enfermo en Cafarnaún. Este, como hubiese oído que Jesús venía de Judea a Galilea, fue a él y le rogaba que descendiera y sanara a su hijo. Pues empezaba a morir. Díjole, pues, Jesús: Si no viereis señales y prodigios, no creéis. Dícele el régulo: Señor, desciende antes que muera mi hijo. Dícele Jesús: Vete, tu hijo vive. Creyó el hombre a la palabra que le dijo Jesús, e iba. Y ya descendiendo él, sus siervos le salieron al encuentro y le anunciaron diciendo que su hijo vivía. Preguntóles, pues, la hora en que se había sentido mejor. Y le dijeron que ayer a la hora séptima le dejó la fiebre. Conoció, pues, el padre que era aquella hora en la cual le había dicho Jesús: Tu hijo vive. Y creyó él y toda su casa.

1. La lectura del santo Evangelio que acabáis de oír, hermanos, no necesita exposición. Pero para que no parezca que la hemos pasado por alto en silencio, digamos algo en ella más exhortando que exponiendo. Sin embargo, veo que esto solo ha de ser requerido por nosotros acerca de la exposición: ¿por qué aquel que había venido a pedir la salud para su hijo oyó: *Si no viereis señales y prodigios, no creéis*? Pues quien buscaba la salud para su hijo, sin duda creía. Pues no pediría la salud de aquel a quien no creyera salvador. ¿Por qué, pues, se dice: *Si no viereis señales y prodigios, no creéis*, a quien creyó antes de ver una señal? Pero recordad qué pidió, y conoceréis claramente que dudó en la fe. Pues pidió que descendiera y sanara a su hijo. Buscaba, por tanto, la presencia corporal del Señor, que por el espíritu en ningún lugar faltaba. Menos creyó, pues, en aquel a quien no pensó que pudiera dar la salud si no estuviera presente también en cuerpo. Pues si hubiera creído perfectamente, sin duda sabría que no había lugar donde no estuviera Dios. Por tanto, desconfió en gran parte, porque no dio honor a la majestad, sino a la presencia corporal. Así pues, pidió la salud para su hijo, y sin embargo dudó en la fe, porque creyó que aquel a quien había venido era poderoso para curar, y sin embargo pensó que estaba ausente de su hijo moribundo. Pero el Señor, a quien se le ruega que vaya, indica que no falta donde se le invita; devolvió la salud con solo una orden quien con su voluntad creó todas las cosas.

2. En lo cual debemos observar con diligencia que, como hemos aprendido por el testimonio de otro evangelista, un centurión vino al Señor diciendo: *Señor, mi criado yace paralítico en mi casa y es gravemente atormentado*. A quien Jesús le responde al punto: *Yo iré y lo curaré* (Mt 8, 6. 7). ¿Qué es esto, que el régulo ruega que vaya a su hijo y sin embargo rehúsa ir corporalmente; pero al siervo del centurión no es invitado y sin embargo promete que irá corporalmente? Al hijo del régulo no se digna asistir mediante la presencia corporal, al siervo del centurión no se desdeña de acudir.

Quid est hoc, nisi quod superbia nostra retunditur, qui in hominibus non naturam qua ad imaginem Dei facti sunt, sed honores et divitias veneramur? Cumque pensamus quae circa eos sunt, profecto interiora minime providemus, dum ea consideramus quae in corporibus despecta sunt, negligimus pensare quod sunt. Redemptor vero noster ut ostenderet quia quae alta sunt hominum despicienda sunt, et quae despecta sunt hominum sanctis despicienda non sunt, ad filium reguli ire noluit, ad servum centurionis ire paratus fuit. Increpata est ergo superbia nostra, quae nescit pensare homines propter homines. Sola, ut diximus, quae circumstant hominibus pensat, naturam non aspicit, honorem Dei in hominibus non agnoscit. Ecce ire non vult Filius Dei ad filium reguli, et tamen venire paratus est ad salutem servi. Certe si nos cujuspiam servus rogaret ut ad eum ire deberemus, protinus nobis nostra superbia in cogitatione tacita responderet, dicens: Non eas, quia temetipsum degeneras, honor tuus despicitur, locus vilescit. Ecce de coelo venit qui servo in terra occurrere non despicit; et tamen humiliari in terra contemnimus, qui de terra sumus. Quid vero apud Deum vilius, quid despectius esse potest, quam servare honorem apud homines, et interni testis oculos non timere? Unde et in sacro Evangelio ad Pharisaeos Dominus ait: Vos estis qui justificatis vos coram hominibus, Deus autem novit corda vestra, quia quod hominibus altum est abominabile est apud Deum (Luc. XVI, 15). Notate, fratres, notate quod dicitur. Si enim quod hominibus altum est abominabile est apud Deum, cordis nostri cogitatio tanto apud Deum in imo est, quanto hominibus in alto, et humilitas cordis nostri tanto apud Deum in alto est, quanto hominibus in imo.

3. Despiciamus ergo si quid boni gerimus, nulla nos nostra inflet operatio, non rerum abundantia, non gloria extollat. Si quibuslibet ex bonis affluentibus intus intumescimus, Deo despecti sumus. Quo contra de humilibus Psalmista dicit: Custodiens parvulos Dominus (Psal. CXIV, 6). Quia parvulos humiles appellat, postquam sententiam protulit, consilium subjungit; nam quasi quaereremus quid ipse ad haec faceret, adjunxit: Humiliatus sum, et liberavit me (Ibid.). Haec ergo cogitate, fratres, haec tota intentione pensate. Nolite in proximis vestris mundi hujus bona venerari.

¿Qué es esto, sino que se reprime nuestra soberbia, nosotros que en los hombres no veneramos la naturaleza por la cual fueron hechos a imagen de Dios, sino los honores y las riquezas? Y cuando pensamos en las cosas que los rodean, ciertamente descuidamos muchísimo lo interior, mientras consideramos aquellas cosas que en los cuerpos son despreciadas, olvidamos considerar lo que son. Pero nuestro Redentor, para mostrar que lo que para los hombres es elevado debe ser despreciado, y lo que para los hombres es despreciado no debe ser despreciado por los santos, no quiso ir al hijo del régulo y estuvo dispuesto a ir al siervo del centurión. Fue reprendida, pues, nuestra soberbia, que no sabe valorar a los hombres por ser hombres. Solo valora, como hemos dicho, lo que rodea a los hombres, no mira la naturaleza, no reconoce el honor de Dios en los hombres. He aquí que el Hijo de Dios no quiere ir al hijo del régulo, y sin embargo está dispuesto a venir por la salud de un siervo. Ciertamente, si el siervo de cualquiera de nosotros nos rogara que debiéramos ir a él, al punto nuestra soberbia nos respondería en pensamiento tácito, diciendo: No vayas, porque te rebajas, tu honor es despreciado, el lugar se vuelve vil. He aquí que viene del cielo quien no desprecia acudir a un siervo en la tierra; y sin embargo nosotros, que somos de la tierra, despreciamos ser humillados en la tierra. Pues, ¿qué puede ser más vil, qué más despreciable ante Dios, que conservar el honor ante los hombres y no temer los ojos del testigo interno? De donde también en el sagrado Evangelio dice el Señor a los fariseos: *Vosotros sois los que os justificáis delante de los hombres, pero Dios conoce vuestros corazones, porque lo que es elevado para los hombres es abominable ante Dios* (Lc 16, 15). Notad, hermanos, notad lo que se dice. Pues si lo que es elevado para los hombres es abominable ante Dios, el pensamiento de nuestro corazón está tanto más en lo profundo ante Dios cuanto más elevado para los hombres, y la humildad de nuestro corazón está tanto más en lo alto ante Dios cuanto más en lo bajo para los hombres.

3. Despreciemos, pues, cualquier bien que hagamos, que ninguna obra nuestra nos infle, ni la abundancia de las cosas ni la gloria nos ensalcen. Si por cualesquiera bienes afluentes nos hinchamos interiormente, somos despreciados por Dios. Por el contrario, de los humildes dice el Salmista: *El Señor guarda a los pequeños* (Sal 114, 6). Porque llama pequeños a los humildes, después de haber pronunciado la sentencia, añadió el consejo; pues como si preguntáramos qué haría él mismo ante esto, añadió: *Fui humillado y me libró* (ibid.). Pensad, pues, estas cosas, hermanos, consideradlas con toda intención. No veneréis en vuestros prójimos los bienes de este mundo.

Hoc propter Deum honorate in hominibus, quibus tamen commissi non estis, quod facti sunt ad imaginem Dei. Quod tunc proximis vere servatis, si apud vosmetipsos prius in corde non intumescitis. Nam qui se adhuc pro rebus transitoriis extollit, nescit in proximo venerari quod maneat. Nolite ergo in vobismetipsis pensare quod habetis, sed quid estis. Ecce mundus qui diligitur fugit. Sancti isti, ad quorum tumbam consistimus, florentem mundum mentis despectu calcaverunt. Erat vita longa, salus continua, opulentia in rebus, fecunditas in propagine, tranquillitas in diuturna pace; et tamen cum in seipso floreret, jam in eorum cordibus mundus aruerat. Ecce jam mundus in seipso aruit, et adhuc in cordibus nostris floret. Ubique mors, ubique luctus, ubique desolatio, undique percutimur, undique amaritudinibus replemur; et tamen caeca mente carnalis concupiscentiae ipsas ejus amaritudines amamus, fugientem sequimur, labenti inhaeremus. Et quia labentem retinere non possumus, cum ipso labimur, quem cadentem tenemus. Aliquando nos mundus delectatione sibi tenuit; nunc tantis plagis plenus est, ut ipse nos jam mundus mittat ad Deum. Pensate ergo quia nulla sunt quae temporaliter currunt. Finis temporalium ostendit quam nihil sit quod transire potuit. Casus rerum indicat quia res transiens et tunc prope nihil fuit cum stare videretur. Haec ergo, fratres charissimi, sollicita consideratione pensate, in aeternitatis amore cor figite; ut dum terrena culmina adipisci contemnitis, perveniatis ad gloriam, quem per fidem tenetis, per Jesum Christum Dominum nostrum, qui vivit et regnat Deus cum Patre in unitate Spiritus sancti, per omnia saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XXIX.

Habita ad populum in basilica beati Petri apostoli, in Ascensione Domini.

LECTIO S. EVANG. SEC. MARC. XVI, 14-20.

Honrad por Dios esto en los hombres, a quienes sin embargo no estáis encomendados, que fueron hechos a imagen de Dios. Lo cual guardáis verdaderamente en vuestros prójimos si antes no os hincháis en el corazón dentro de vosotros mismos. Pues quien todavía se ensalza por las cosas transitorias, no sabe venerar en el prójimo lo que permanece. No consideréis, pues, en vosotros mismos lo que tenéis, sino lo que sois. He aquí que el mundo que se ama huye. Estos santos, ante cuya tumba estamos, pisotearon el mundo floreciente con el desprecio de su mente. Había vida larga, salud continua, opulencia de bienes, fecundidad en la descendencia, tranquilidad en una paz duradera; y sin embargo, cuando florecía en sí mismo, ya en sus corazones el mundo se había marchitado. He aquí que ya el mundo se ha marchitado en sí mismo, y todavía florece en nuestros corazones. Por todas partes muerte, por todas partes llanto, por todas partes desolación, por doquier somos golpeados, por doquier somos llenados de amarguras; y sin embargo, con la mente ciega de la concupiscencia carnal amamos sus mismas amarguras, seguimos al que huye, nos adherimos al que resbala. And because we cannot retain the sliding, we slide with it, which we hold as it falls. Alguna vez el mundo nos retuvo para sí con deleite; ahora está tan lleno de plagas, que el mundo mismo ya nos envía a Dios. Considerad, pues, que no son nada las cosas que corren temporalmente. El fin de lo temporal muestra cuán nada es lo que pudo pasar. La caída de las cosas indica que la cosa transitoria era también entonces casi nada cuando parecía estar en pie. Considerad, pues, estas cosas, hermanos carísimos, con solícita consideración, fijad el corazón en el amor de la eternidad; para que, mientras despreciáis alcanzar las cumbres terrenas, lleguéis a la gloria que poseéis por la fe, por Jesucristo nuestro Señor, que vive y reina Dios con el Padre en la unidad del Espíritu Santo, por todos los siglos de los siglos. Amén.

HOMILÍA XXIX.

Habida ante el pueblo en la basílica del bienaventurado Pedro el apóstol, en la Ascensión del Señor.

LECTURA DEL S. EVANG. SEGÚN MARCOS 16, 14-20.

In illo tempore, recumbentibus undecim discipulis, apparuit illis Jesus, et exprobravit incredulitatem eorum, et duritiam cordis, quia his qui viderant eum resurrexisse non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae. Qui crediderit, et baptizatus fuerit salvus erit; qui vero non crediderit condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint haec sequentur. In nomine meo daemonia ejicient, linguis loquentur novis, serpentes tollent, et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super aegros manus imponent, et bene habebunt. Et Dominus quidem Jesus, postquam locutus est eis, assumptus est in coelum, et sedet a dextris Dei. Illi autem profecti praedicaverunt ubique, Domino cooperante, et sermonem confirmante, sequentibus signis.

1. Quod resurrectionem dominicam discipuli tarde crediderunt, non tam illorum infirmitas quam nostra, ut ita dicam, futura firmitas fuit. Ipsa namque resurrectio illis dubitantibus per multa argumenta monstrata est: quae dum nos legentes agnoscimus, quid aliud quam de illorum dubitatione solidamur? Minus enim mihi Maria Magdalene praestitit, quae citius credidit quam Thomas qui diu dubitavit. Ille etenim dubitando vulnerum cicatrices tetigit, et de nostro pectore dubietatis vulnus amputavit. Ad insinuandam quoque veritatem dominicae resurrectionis notandum nobis est quid Lucas referat, dicens: Convescens praecepit eis a Jerosolymis ne discederent (Act. I, 4). Et post pauca: Videntibus illis, elevatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum (Ibid., 9). Notate verba, signate mysteria. Convescens elevatus est. Comedit, et ascendit, ut videlicet per effectum comestionis veritas patesceret carnis. Marcus vero priusquam coelum Dominus ascendat, eum de cordis atque infidelitatis duritia increpasse discipulos memorat. Qua in re quid considerandum est, nisi quod idcirco Dominus tunc discipulos increpavit, cum eos corporaliter reliquit, ut verba quae recedens diceret in corde audientium arctius impressa remanerent? Increpata igitur eorum duritia, quid admonendo dicat, audiamus: Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae.

2. Nunquid, fratres mei, sanctum Evangelium vel insensatis rebus, vel brutis animalibus fuerat praedicandum, ut de eo discipulis dicatur: Praedicate omni creaturae? Sed omnis creaturae nomine signatur homo. Sunt namque lapides, sed nec vivunt, nec sentiunt. Sunt herbae et arbusta; vivunt quidem, sed non sentiunt. Vivunt dico, non per animam, sed per viriditatem, quia et Paulus dicit: Insipiens, tu quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur (I Cor. XV, 36). Vivit ergo quod moritur, ut vivificetur. Lapides itaque sunt, sed non vivunt. Arbusta autem sunt, et vivunt, sed non sentiunt.

En aquel tiempo, estando recostados los once discípulos, se les apareció Jesús y les reprochó su incredulidad y dureza de corazón, porque no habían creído a los que le habían visto resucitado. Y les dijo: Id por todo el mundo, predicad el Evangelio a toda criatura. El que crea y sea bautizado, se salvará; pero el que no crea, se condenará. Y a los que crean les seguirán estas señales. En mi nombre echarán demonios, hablarán lenguas nuevas, quitarán serpientes y, si bebieren algo mortífero, no les dañará. Pondrán las manos sobre los enfermos y se sentirán bien. Y el Señor Jesús, después de haberles hablado, fue elevado al cielo y se sienta a la diestra de Dios. Ellos, por su parte, salieron a predicar por todas partes, cooperando el Señor y confirmando la palabra con las señales que seguían.

1. El hecho de que los discípulos tardaran en creer en la resurrección del Señor no fue tanto su debilidad como, por así decirlo, nuestra futura firmeza. Pues la misma resurrección les fue mostrada, mientras dudaban, a través de muchos argumentos; los cuales, mientras nosotros los reconocemos al leerlos, ¿qué otra cosa hacemos sino afianzarnos por su duda? Pues menos me aportó María Magdalena, que creyó más rápido, que Tomás, que dudó por mucho tiempo. Pues él, al dudar, tocó las cicatrices de las heridas y amputó de nuestro pecho la herida de la duda. Para insinuar también la verdad de la resurrección del Señor, debemos notar lo que refiere Lucas, diciendo: *Comiendo con ellos, les mandó que no se apartaran de Jerusalén* (Hch 1, 4). Y poco después: *Viéndolo ellos, fue elevado y una nube lo recibió de sus ojos* (ibid. 9). Notad las palabras, señalad los misterios. *Comiendo fue elevado*. Comió y ascendió para que, evidentemente, por el efecto de la comida se pusiera de manifiesto la verdad de la carne. Marcos, en cambio, recuerda que antes de que el Señor subiera al cielo, reprochó a los discípulos la dureza de su corazón y su infidelidad. En lo cual, ¿qué hay que considerar sino que por eso el Señor reprochó entonces a los discípulos, cuando los dejaba corporalmente, para que las palabras que decía al retirarse quedaran más profundamente impresas en el corazón de los oyentes? Reprendida, pues, su dureza, oigamos lo que dice amonestando: *Id por todo el mundo, predicad el Evangelio a toda criatura*.

2. ¿Acaso, hermanos míos, el santo Evangelio debía ser predicado a las cosas insensibles o a los animales brutos, para que se diga de él a los discípulos: *Predicad a toda criatura*? Pero con el nombre de toda criatura se designa al hombre. Pues existen las piedras, pero ni viven ni sienten. Existen las hierbas y los arbustos; viven, sí, pero no sienten. Digo que viven, no por el alma, sino por el verdor, porque también Pablo dice: *Insensato, lo que tú siembras no se vivifica si no muere primero* (1 Cor 15, 36). Vive, pues, lo que muere para ser vivificado. Así pues, existen las piedras, pero no viven. Existen los arbustos y viven, pero no sienten.

Bruta vero animalia sunt, vivunt, sentiunt, sed non discernunt. Angeli etenim sunt, vivunt, sentiunt, et discernunt. Omnis autem creaturae aliquid habet homo. Habet namque commune esse cum lapidibus, vivere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis. Si ergo commune habet aliquid cum omni creatura homo, juxta aliquid omnis creatura est homo. Omni ergo creaturae praedicatur Evangelium, cum soli homini praedicatur, quia ille videlicet docetur, propter quem in terra cuncta creata sunt, et a quo omnia per quamdam similitudinem aliena non sunt. Potest etiam omnis creaturae nomine, omnis natio gentium designari. Ante etenim dictum fuerat: In viam gentium ne abieritis (Matth. X, 5). Nunc autem dicitur, Praedicate omni creaturae, ut scilicet prius a Judaea apostolorum repulsa praedicatio tunc nobis in adjutorium fieret, cum hanc illa ad damnationis suae testimonium superba repulisset. Sed cum discipulos ad praedicandum Veritas mittit, quid aliud in mundo facit, nisi grana seminis spargit? Et pauca grana mittit in semine, ut multarum messium fruges recipiat ex nostra fide. Neque enim in universo mundo tanta fidelium messis exsurgeret, si de manu Domini super rationalem terram illa electa grana praedicantium non venisset. Sequitur:

3. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur. Fortasse unusquisque apud semetipsum dicat: Ego jam credidi, salvus ero. Verum dicit, si fidem operibus tenet. Vera etenim fides est, quae in hoc quod verbis dicit, moribus non contradicit. Hinc est enim quod de quibusdam falsis fidelibus Paulus dicit: Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant (Tit. I, 16). Hinc Joannes ait: Qui dicit se nosse Deum, et mandata ejus non custodit, mendax est (I Joan. II, 4). Quod cum ita sit, fidei nostrae veritatem in vitae nostrae consideratione debemus agnoscere. Tunc enim veraciter fideles sumus, si quod verbis promittimus operibus implemus. In die quippe baptismatis omnibus nos antiqui hostis operibus atque omnibus pompis abrenuntiare promisimus. Itaque unusquisque vestrum ad considerationem suam mentis oculos reducat; et si servat post baptismum quod ante baptismum spopondit, certus jam quia fidelis est, gaudeat. Sed ecce quod promisit minime servavit, si ad exercenda prava opera, ad concupiscendas mundi pompas, dilapsus est; videamus si jam scit plangere quod erravit. Apud misericordem namque judicem nec ille fallax habebitur, qui ad veritatem revertitur, etiam postquam mentitur, quia omnipotens Deus dum libenter nostram poenitentiam suscipit, ipse suo judicio hoc quod erravimus abscondit (32, q. 1, c. 10). Sequitur:

Existen los animales brutos, que viven y sienten, pero no disciernen. Existen los ángeles, que viven, sienten y disciernen. Pero el hombre tiene algo de toda criatura. Pues tiene el ser común con las piedras, el vivir con los árboles, el sentir con los animales, el entender con los ángeles. Si, pues, el hombre tiene algo en común con toda criatura, en cierto sentido toda criatura es el hombre. Por tanto, se predica el Evangelio a toda criatura cuando se predica solo al hombre, porque se enseña a aquel por quien todas las cosas fueron creadas en la tierra y de quien todas las cosas no son ajenas por una cierta semejanza. También puede designarse con el nombre de toda criatura a toda nación de los gentiles. Pues antes se había dicho: *No vayáis por camino de gentiles* (Mt 10, 5). Pero ahora se dice: *Predicad a toda criatura*, para que, evidentemente, la predicación rechazada primero por Judea se convirtiera entonces en ayuda para nosotros, cuando aquella soberbia la hubo rechazado para testimonio de su propia condenación. Pero cuando la Verdad envía a los discípulos a predicar, ¿qué otra cosa hace en el mundo sino esparcir granos de semilla? Y envía pocos granos en la semilla para recibir los frutos de muchas cosechas de nuestra fe. Pues no surgiría en todo el mundo una cosecha tan grande de fieles si de la mano del Señor no hubieran llegado sobre la tierra racional aquellos granos elegidos de predicadores. Sigue:

3. *El que crea y sea bautizado, se salvará; pero el que no crea, se condenará*. Tal vez cada uno diga para sí: Yo ya he creído, me salvaré. Dice la verdad, si mantiene la fe con las obras. Pues la verdadera fe es aquella que en lo que dice con palabras no contradice con las costumbres. Por esto dice Pablo acerca de ciertos falsos fieles: *Confiesan conocer a Dios, pero con los hechos lo niegan* (Tit 1, 16). Por esto dice Juan: *El que dice que conoce a Dios y no guarda sus mandamientos, es un mentiroso* (1 Jn 2, 4). Siendo esto así, debemos reconocer la verdad de nuestra fe en la consideración de nuestra vida. Pues entonces somos verdaderamente fieles si cumplimos con obras lo que prometemos con palabras. En el día del bautismo, ciertamente, prometimos renunciar a todas las obras del antiguo enemigo y a todas sus pompas. Por tanto, que cada uno de vosotros vuelva los ojos de la mente a su propia consideración; y si guarda después del bautismo lo que prometió antes del bautismo, alégrese, seguro ya de que es fiel. Pero he aquí que apenas ha guardado lo que prometió si se ha deslizado hacia el ejercicio de obras depravadas, hacia la concupiscencia de las pompas del mundo; veamos si ya sabe llorar por lo que erró. Pues ante un juez misericordioso tampoco será tenido por falaz quien vuelve a la verdad, incluso después de haber mentido, porque Dios omnipotente, al recibir de buen grado nuestra penitencia, oculta él mismo en su juicio aquello en lo que erramos. Sigue:

4. Signa autem eos qui crediturі sunt haec sequentur. In nomine meo daemonia ejicient, linguis loquentur notis, serpentes tollent; et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit; super aegros manus imponent, et bene habebunt. Nunquidnam, fratres mei, quia ista signa non facitis, minime creditis? Sed haec necessaria in exordio Ecclesiae fuerunt. Ut enim fides cresceret, miraculis fuerat nutrienda, quia et nos cum arbusta plantamus, tandiu eis aquam infundimus, quousque ea in terra jam convaluisse videamus; et si semel radicem fixerint, in rigando cessamus. Hinc est enim quod Paulus dicit: Linguae in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus (I Cor. XIV, 22). Habemus de his signis atque virtutibus quae adhuc subtilius considerare debeamus. Sancta quippe Ecclesia quotidie spiritaliter facit quod tunc per apostolos corporaliter faciebat. Nam sacerdotes ejus cum per exorcismi gratiam manum credentibus imponunt, et habitare malignos spiritus in eorum mente contradicunt, quid aliud faciunt, nisi daemonia ejiciunt? Et fideles quique qui jam vitae veteris saecularia verba derelinquunt, sancta autem mysteria insonant, conditoris sui laudes et potentiam, quantum praevalent, narrant, quid aliud faciunt, nisi novis linguis loquuntur? qui dum bonis suis exhortationibus malitiam de alienis cordibus auferunt, serpentes tollunt. Et dum pestiferas suasiones audiunt, sed tamen ad operationem pravam minime pertrahuntur, mortiferum quidem est quod bibunt, sed non eis nocebit. Qui quoties proximos suos in bono opere infirmari conspiciunt, dum eis tota virtute concurrunt, et exemplo suae operationis illorum vitam roborant qui in propria actione titubant; quid aliud faciunt, nisi super aegros manus imponunt, ut bene habeant? Quae nimirum miracula tanto majora sunt, quanto spiritalia; tanto majora sunt, quanto per haec non corpora, sed animae suscitantur: haec itaque signa, fratres charissimi, auctore Deo si vultis vos facitis. Ex illis enim exterioribus signis obtineri vita ab haec operantibus non valet. Nam corporalia illa miracula ostendunt aliquando sanctitatem, non autem faciunt; haec vero spiritalia, quae aguntur in mente, virtutem vitae non ostendunt, sed faciunt. Illa habere et mali possunt, istis autem perfrui nisi boni non possunt. Unde de quibusdam Veritas dicit: Multi mihi dicent in die illa: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo daemonia ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia non novi vos; discedite a me qui operamini iniquitatem (Matth. VII, 22, 23; Psal. VI, 9). Nolite ergo, fratres charissimi, amare signa quae possunt cum reprobis haberi communia; sed haec quae modo diximus charitatis atque pietatis miracula amate, quae tanto securiora sunt, quanto et occulta, et de quibus apud Dominum eo major si retributio, quo apud homines minor est gloria. Sequitur:

4. *Y a los que hayan de creer les seguirán estas señales:* *En mi nombre echarán demonios, hablarán lenguas nuevas, quitarán serpientes; y si bebieren algo mortífero, no les dañará; pondrán las manos sobre los enfermos y se sentirán bien.* ¿Acaso, hermanos míos, porque no hacéis estas señales, creéis muy poco? Pero estas cosas fueron necesarias en el comienzo de la Iglesia. Pues para que la fe creciera, debía ser nutrida con milagros, porque nosotros también, cuando plantamos arbustos, les echamos agua durante tanto tiempo hasta que vemos que ya han cobrado fuerza en la tierra; y una vez que han echado raíces, dejamos de regar. Por esto dice Pablo: *Las lenguas son señal no para los fieles, sino para los infieles* (1 Cor 14, 22). Tenemos acerca de estas señales y virtudes algo que debemos considerar aún más sutilmente. Pues la santa Iglesia hace diariamente de modo espiritual lo que entonces hacía corporalmente por medio de los apóstoles. Pues sus sacerdotes, cuando por la gracia del exorcismo imponen la mano a los fieles y prohíben que los espíritus malignos habiten en su mente, ¿qué otra cosa hacen sino echar demonios? Y todos los fieles que ya abandonan las palabras seculares de la vida vieja, pero resuenan los santos misterios y narran, en cuanto pueden, las alabanzas y el poder de su Creador, ¿qué otra cosa hacen sino hablar nuevas lenguas? Quienes, mientras con sus buenas exhortaciones quitan la malicia de los corazones ajenos, quitan serpientes. Y mientras escuchan persuasiones pestíferas, pero no son arrastrados en absoluto a una obra depravada, es ciertamente mortífero lo que beben, pero no les dañará. Quienes, cada vez que ven a sus prójimos flaquear en una buena obra, mientras acuden a ellos con toda su virtud y con el ejemplo de su propia conducta robustecen la vida de los que vacilan en su propia acción, ¿qué otra cosa hacen sino imponer las manos sobre los enfermos para que se sientan bien? Milagros que, sin duda, son tanto mayores cuanto que son espirituales; tanto mayores cuanto que por ellos no se resucitan cuerpos, sino almas. Estas señales, pues, hermanos carísimos, si queréis las hacéis vosotros con la ayuda de Dios. Pues por aquellas señales exteriores no pueden obtener la vida quienes las operan. Pues aquellos milagros corporales a veces muestran la santidad, pero no la hacen; en cambio estos espirituales, que se realizan en la mente, no muestran la virtud de la vida, sino que la hacen. Aquellos pueden tenerlos también los malos, pero de estos no pueden disfrutar sino los buenos. Por lo cual dice la Verdad de algunos: *Muchos me dirán en aquel día: Señor, Señor, ¿no profetizamos en tu nombre, y en tu nombre echamos demonios, y en tu nombre hicimos muchos milagros? Y entonces les confesaré que nunca os conocí; apartaos de mí, los que obráis la iniquidad* (Mt 7, 22-23; Sal 6, 9). No queráis, pues, hermanos carísimos, amar las señales que pueden tenerse en común con los réprobos; sino amad estos milagros de caridad y de piedad que acabamos de mencionar, los cuales son tanto más seguros cuanto más ocultos, y de los cuales tanto mayor es la retribución ante el Señor cuanto menor es la gloria ante los hombres. Sigue:

5. Et Dominus quidem Jesus postquam locutus est eis, assumptus est in coelum, et sedet a dextris Dei. In Veteri Testamento cognovimus quod Elias sit raptus in coelum. Sed aliud est coelum aereum, aliud aethereum. Coelum quippe aereum terrae est proximum; unde et aves coeli dicimus, quia eas volitare in aere videmus. In coelum itaque aereum Elias sublevatus est, ut in secretam quamdam terrae regionem repente duceretur, ubi in magna jam carnis et spiritus quiete viveret, quousque ad finem mundi redeat, et mortis debitum solvat. Ille etenim mortem distulit, non evasit. Redemptor autem noster quia non distulit, superavit, eamque resurgendo consumpsit, et resurrectionis suae gloriam ascendendo declaravit. Notandum quoque est quod Elias in curru legitur ascendisse, ut videlicet aperte demonstraretur quia homo purus adjutorio indigebat alieno. Per angelos quippe facta illa et ostensa sunt adjumenta, quia nec in coelum quidem aereum per se ascendere poterat, quem naturae suae infirmitas gravabat. Redemptor autem noster non curru, non angelis sublevatus legitur, quia is qui fecerat omnia nimirum super omnia sua virtute ferebatur. Illo etenim revertebatur ubi erat, et inde redibat ubi remanebat, quia cum per humanitatem ascenderet in coelum, per divinitatem suam et terram pariter continebat et coelum.

6. Sicut autem Joseph a fratribus venditus venditionem Redemptoris nostri figuravit, sic Enoch translatus, atque ad coelum aereum Elias sublevatus, Ascensionem dominicam designavit. Ascensionis ergo suae Dominus praenuntios et testes habuit, unum ante legem, alium sub lege, ut quandoque veniret ipse qui veraciter coelos penetrare potuisset. Unde et ipse ordo in eorum quoque utrorumque sublevatione per quaedam incrementa distinguitur. Nam Enoch translatus (Genes. V, 24), Elias vero ad coelum subvectus esse memoratur (IV Reg. II, 11), ut veniret postmodum qui nec translatus, nec subvectus, coelum aethereum sua virtute penetraret. Qui nobis in se credentibus quia carnis quoque munditiam largiretur, et sub eo per incrementa temporum virtus castitatis excresceret, in ipsa quoque eorum translatione qui Ascensionem dominicam ut videlicet famuli designaverunt, et in seipso qui ad coelum ascendit, Dominus ostendit. Nam Enoch quidem uxorem et filios habuit; Elias vero neque uxorem; neque filios legitur habuisse. Pensate ergo quomodo per incrementa creverit munditia sanctitatis, quod et per translatos famulos et per ascendentis Domini personam patenter ostenditur. Translatus namque est Enoch et per coitum genitus, et per coitum generans. Raptus est Elias per coitum genitus, sed non jam per coitum generans. Assumptus vero est Dominus neque per coitum generans, neque per coitum generatus.

5. *Y el Señor Jesús, después de haberles hablado, fue elevado al cielo y se sienta a la diestra de Dios.* En el Antiguo Testamento sabemos que Elías fue arrebatado al cielo. Pero uno es el cielo aéreo y otro el etéreo. El cielo aéreo es el más próximo a la tierra; de donde también llamamos aves del cielo a las que vemos volar en el aire. Elías, pues, fue elevado al cielo aéreo para ser llevado repentinamente a una región secreta de la tierra, donde viviera ya en gran quietud de carne y espíritu hasta que vuelva al fin del mundo y pague la deuda de la muerte. Pues él aplazó la muerte, no la evitó. Pero nuestro Redentor, porque no la aplazó, la venció y la consumió resucitando, y declaró la gloria de su resurrección ascendiendo. Debe notarse también que se lee que Elías ascendió en un carro, para que se demostrara claramente que el hombre puro necesitaba ayuda ajena. Ciertamente, aquellas ayudas fueron hechas y mostradas por medio de ángeles, porque ni siquiera al cielo aéreo podía ascender por sí mismo aquel a quien agobiaba la debilidad de su naturaleza. Pero de nuestro Redentor se lee que fue elevado sin carro y sin ángeles, porque el que había hecho todas las cosas era llevado, sin duda, sobre todas las cosas por su propia virtud. Pues volvía a donde estaba, y regresaba de donde permanecía, porque cuando por su humanidad ascendía al cielo, por su divinidad contenía igualmente la tierra y el cielo.

6. Así como José, vendido por sus hermanos, prefiguró la venta de nuestro Redentor, así Enoc trasladado y Elías elevado al cielo aéreo designaron la Ascensión del Señor. Tuvo, pues, el Señor pregoneros y testigos de su Ascensión, uno antes de la ley y otro bajo la ley, para que algún día viniera él mismo que verdaderamente hubiera podido penetrar los cielos. Por lo cual, el orden mismo en la elevación de ambos se distingue por ciertos incrementos. Pues se recuerda que Enoc fue trasladado (Gén 5, 24) y que Elías fue subido al cielo (4 Re 2, 11), para que viniera después aquel que, ni trasladado ni subido, penetrara el cielo etéreo por su propia virtud. El Señor mostró en la traslación de aquellos que como siervos designaron la Ascensión dominicana, y en sí mismo que ascendió al cielo, que a nosotros, que creemos en él, nos otorgaría también la limpieza de la carne y que bajo él crecería por incrementos de los tiempos la virtud de la castidad. Pues Enoc tuvo esposa e hijos; pero de Elías se lee que no tuvo ni esposa ni hijos. Considerad, pues, cómo creció por incrementos la limpieza de la santidad, lo cual se muestra patentemente tanto por los siervos trasladados como por la persona del Señor que asciende. Pues Enoc fue trasladado, habiendo sido engendrado por unión carnal y engendrando por unión carnal. Elías fue arrebatado, habiendo sido engendrado por unión carnal, pero ya no engendrando por unión carnal. El Señor, en cambio, fue elevado sin engendrar por unión carnal ni haber sido engendrado por unión carnal.

7. Considerandum vero nobis est quid est quod Marcus ait: Sedet a dextris Dei; et Stephanus dicit: Video coelos apertos, et Filium hominis stantem a dextris Dei (Act. VII, 55). Quid est quod hunc Marcus sedentem, Stephanus vero stantem se videre testatur? Sed scitis, fratres, quia sedere judicantis est, stare vero pugnantis vel adjuvantis. Quia ergo Redemptor noster assumptus in coelum, et nunc omnia judicat, et ad extremum judex omnium venit, hunc post assumptionem Marcus sedere describit, quia post Ascensionis suae gloriam judex in fine videbitur. Stephanus vero in labore certaminis positus stantem vidit, quem adjutorem habuit, quia ut iste in terra persecutorum infidelitatem vinceret, pro illo de coelo illius gratia pugnavit.

8. Sequitur: Illi autem profecti praedicaverunt ubique, Domino cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis. Quid in his considerandum est, quid memoriae commendandum, nisi quod praeceptum obedientia, obedientiam vero signa secuta sunt? Sed quia, auctore Deo, breviter lectionem Evangelicam exponendo transcurrimus, restat ut aliquid de ipsa tantae solemnitatis consideratione dicamus.

9. Hoc autem nobis primum quaerendum est, quidnam sit quod nato Domino apparuerunt angeli, et tamen non leguntur in albis vestibus apparuisse, ascendente autem Domino, missi angeli in albis leguntur vestibus apparuisse. Sic etenim scriptum est: Videntibus illis elevatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in coelum euntem illum, ecce duo viri steterunt juxta illos in vestibus albis (Act. I, 9). In albis autem vestibus gaudium et solemnitas mentis ostenditur. Quid est ergo quod nato Domino, non in albis vestibus, ascendente autem Domino, in albis vestibus angeli apparent, nisi quod tunc magna solemnitas angelis facta est, cum coelum Deus homo penetravit? Quia nascente Domino videbatur divinitas humiliata; ascendente vero Domino, est humanitas exaltata. Albae etenim vestes exaltationi magis congruunt quam humiliationi. In assumptione ergo ejus angeli in albis vestibus videri debuerunt, quia qui in nativitate sua apparuit Deus humilis, in Ascensione sua ostensus est homo sublimis.

10. Sed hoc nobis magnopere, fratres charissimi, in hac solemnitate pensandum est, quia deletum est hodierna die chirographum damnationis nostrae, mutata est sententia corruptionis nostrae. Illa enim natura cui dictum est: Terra es, et in terram ibis (Genes, III, 19), hodie in coelum ivit. Pro hac ipsa namque carnis nostrae sublevatione per figuram beatus Job Dominum avem vocat. Quia enim Ascensionis ejus mysterium Judaeam non intelligere conspexit, de infidelitate ejus sententiam protulit, dicens: Semitam ignoravit avis (Job. XXVIII, 7).

7. Debemos considerar qué es lo que dice Marcos: *Se sienta a la diestra de Dios*; y Esteban dice: *Veo los cielos abiertos y al Hijo del hombre de pie a la diestra de Dios* (Hch 7, 55). ¿Por qué Marcos atestigua que lo ve sentado y Esteban de pie? Pero sabéis, hermanos, que sentarse es propio del que juzga, y estar de pie es propio del que lucha o ayuda. Porque, pues, nuestro Redentor elevado al cielo ahora juzga todas las cosas y al final viene como juez de todos, Marcos lo describe sentado después de la asunción, porque después de la gloria de su Ascensión será visto como juez al final. Esteban, en cambio, puesto en el trabajo del combate, lo vio de pie, a quien tuvo como ayudante, porque para que aquel venciera en la tierra la infidelidad de los perseguidores, su gracia luchó por él desde el cielo.

8. Sigue: *Ellos, por su parte, salieron a predicar por todas partes, cooperando el Señor y confirmando la palabra con las señales que seguían.* ¿Qué hay que considerar en esto, qué hay que encomendar a la memoria, sino que a la orden siguió la obediencia, y a la obediencia las señales? Pero como, con la ayuda de Dios, hemos recorrido brevemente la lectura evangélica exponiéndola, resta que digamos algo sobre la consideración misma de tan gran solemnidad.

9. Debemos preguntarnos primero por qué, al nacer el Señor, se aparecieron ángeles y, sin embargo, no se lee que se aparecieran con vestiduras blancas; mientras que, al ascender el Señor, se lee que los ángeles enviados se aparecieron con vestiduras blancas. Pues así está escrito: *Viéndolo ellos, fue elevado y una nube lo recibió de sus ojos. Y mientras ellos miraban al cielo yéndose él, he aquí que dos varones se pusieron junto a ellos con vestiduras blancas* (Hch 1, 9). Con las vestiduras blancas se manifiesta el gozo y la solemnidad del ánimo. ¿Por qué, pues, al nacer el Señor los ángeles no se aparecen con vestiduras blancas y al ascender el Señor se aparecen con vestiduras blancas, sino porque entonces se hizo una gran solemnidad para los ángeles, cuando el Dios-hombre penetró en el cielo? Porque al nacer el Señor se veía la divinidad humillada; en cambio, al ascender el Señor, es la humanidad la que ha sido exaltada. Las vestiduras blancas son más propias de la exaltación que de la humillación. En su asunción, pues, debieron verse ángeles con vestiduras blancas, porque el que en su natividad apareció como Dios humilde, en su Ascensión se mostró como hombre sublime.

10. Pero esto debemos considerarlo muchísimo, hermanos carísimos, en esta solemnidad: que hoy ha sido borrado el quirógrafo de nuestra condenación y ha cambiado la sentencia de nuestra corrupción. Pues aquella naturaleza a la que se dijo: *Tierra eres y a la tierra irás* (Gén 3, 19), hoy ha ido al cielo. Por esta misma elevación de nuestra carne, el bienaventurado Job llama al Señor "ave" mediante una figura. Pues porque vio que Judea no entendería el misterio de su Ascensión, pronunció sentencia sobre su infidelidad diciendo: *El ave ignoró la senda* (Job 28, 7).

Avis enim recte appellatus est Dominus, quia corpus carneum ad aethera libravit. Cujus avis semitam ignoravit quisquis eum ad coelum ascendisse non credidit. De hac solemnitate per Psalmistam dicitur: Elevata est magnificentia tua super coelos (Psal. VIII, 2). De hac rursus ait: Ascendit Deus in jubilatione, et Dominus in voce tubae (Psal. XLVI, 6). De hac iterum dicit: Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus (Psal. LXVII, 19). Ascendens quippe in altum captivam duxit captivitatem, quia corruptionem nostram virtute suae incorruptionis absorbuit. Dedit vero dona hominibus, quia, misso desuper Spiritu, alii sermonem sapientiae, alii sermonem scientiae, alii gratiam virtutum, alii gratiam curationum, alii genera linguarum, alii interpretationem tribuit sermonum (I Cor. XII, 8). Dedit ergo dona hominibus. De hac Ascensionis ejus gloria etiam Habacuc ait: Elevatus est sol, et luna stetit in ordine suo (Habac. III, 11, sec. LXX). Quis enim solis nomine nisi Dominus, et quae lunae nomine nisi Ecclesia designatur? Quousque enim Dominus ascendit ad coelos, sancta ejus Ecclesia adversa mundi omnimodo formidavit; at postquam ejus Ascensione roborata est, aperte praedicavit quod occulte credidit. Elevatus est ergo sol, et luna stetit in ordine suo, quia cum Dominus coelum petiit, sancta ejus Ecclesia in auctoritate praedicationis excrevit. Hinc ejusdem Ecclesiae voce per Salomonem dicitur: Ecce iste venit saliens in montibus, et transiliens colles (Cant. II, 8). Consideravit namque tantorum operum culmina, et ait: Ecce iste venit saliens in montibus. Veniendo quippe ad redemptionem nostram, quosdam, ut ita dixerim, saltus dedit. Vultis, fratres charissimi, ipsos ejus saltus agnoscere? De coelo venit in uterum, de utero venit in praesepe, de praesepe venit in crucem, de cruce venit in sepulcrum, de sepulcro rediit in coelum. Ecce, ut nos post se currere faceret, quosdam pro nobis saltus manifestata per carnem veritas dedit, quia exsultavit ut gigas ad currendam viam suam (Psal. XVIII, 6), ut nos ei diceremus ex corde: Trahe nos post te, curremus in odorem unguentorum tuorum (Cant. I, 3).

11. Unde, fratres charissimi, oportet ut illuc sequamur corde, ubi eum corpore ascendisse credimus. Desideria terrena fugiamus, nihil nos jam delectet in infimis, qui patrem habemus in coelis. Et hoc nobis est magnopere perpendendum, quia is qui placidus ascendit terribilis redibit; et quidquid nobis cum mansuetudine praecepit, hoc a nobis cum districtione exiget. Nemo ergo indulta poenitentiae tempora parvipendat, nemo curam sui, dum valet, agere negligat, quia Redemptor noster tanto tunc in judicium districtior veniet, quanto nobis ante judicium magnam patientiam praerogavit.

Pues con razón el Señor es llamado ave, porque libró el cuerpo carnal hacia los éteres. Quien no creyó que él ascendió al cielo ignoró la senda de esta ave. De esta solemnidad se dice por el Salmista: *Tu magnificencia ha sido elevada sobre los cielos* (Sal 8, 2). De ella dice de nuevo: *Subió Dios entre júbilo y el Señor al son de trompeta* (Sal 46, 6). De ella dice otra vez: *Subiendo a lo alto, llevó cautiva la cautividad, dio dones a los hombres* (Sal 67, 19). Subiendo, en efecto, a lo alto llevó cautiva la cautividad, porque absorbió nuestra corrupción con la virtud de su incorrupción. Y dio dones a los hombres porque, enviado el Espíritu desde lo alto, a unos dio palabra de sabiduría, a otros palabra de ciencia, a otros gracia de virtudes, a otros gracia de curaciones, a otros géneros de lenguas, a otros interpretación de las palabras (1 Cor 12, 8). Dio, pues, dones a los hombres. De esta gloria de su Ascensión dice también Habacuc: *Se elevó el sol y la luna se mantuvo en su orden* (Hab 3, 11 según LXX). ¿Quién es designado con el nombre de sol sino el Señor, y quién con el nombre de luna sino la Iglesia? Pues hasta que el Señor subió a los cielos, su santa Iglesia temía de todas las formas las adversidades del mundo; pero después de haber sido robustecida por su Ascensión, predicó abiertamente lo que creyó ocultamente. Se elevó, pues, el sol y la luna se mantuvo en su orden porque, cuando el Señor se dirigió al cielo, su santa Iglesia creció en la autoridad de la predicación. De aquí dice la voz de la misma Iglesia por Salomón: *He aquí que este viene saltando en los montes y saltando los collados* (Cant 2, 8). Consideró, en efecto, las cumbres de tan grandes obras y dijo: *He aquí que este viene saltando en los montes*. Pues al venir para nuestra redención, dio, por así decir, ciertos saltos. ¿Queréis, hermanos carísimos, reconocer sus mismos saltos? Del cielo vino al útero, del útero vino al pesebre, del pesebre vino a la cruz, de la cruz vino al sepulcro, del sepulcro volvió al cielo. He aquí que, para hacernos correr tras él, la Verdad manifestada por la carne dio por nosotros ciertos saltos, porque *exultó como un gigante para recorrer su camino* (Sal 18, 6), para que nosotros le dijéramos de corazón: *Atráenos tras de ti, correremos al olor de tus ungüentos* (Cant 1, 3).

11. Por lo cual, hermanos carísimos, conviene que lo sigamos con el corazón allá donde creemos que él ha ascendido con el cuerpo. Huyamos de los deseos terrenos, que ya nada nos deleite en las cosas ínfimas a nosotros, que tenemos un Padre en los cielos. Y esto debemos ponderarlo muchísimo: que aquel que ascendió apacible volverá terrible; y todo lo que nos mandó con mansedumbre, nos lo exigirá con severidad. Nadie, pues, menosprecie los tiempos concedidos de penitencia, nadie descuide cuidar de sí mismo mientras puede, porque nuestro Redentor vendrá entonces tanto más severo al juicio cuanto mayor paciencia nos otorgó antes del juicio.

Haec itaque vobiscum, fratres, agite, haec in mente sedula cogitatione versate. Quamvis adhuc rerum perturbationibus animus fluctuet, jam tamen spei vestrae anchoram in aeternam patriam figite, intentionem mentis in vera luce solidate. Ecce ad coelum ascendisse Dominum audivimus. Hoc ergo servemus in meditatione quod credimus. Et si adhuc hic tenemur infirmitate corporis, sequamur tamen eum passibus amoris. Non autem deserit desiderium nostrum ipse qui dedit, Jesus Christus Dominus noster, qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XXX.

Habita ad populum in basilica sancti Petri apostoli, die sancto Pentecostes.

LECTIO S. EVANG. SEC. JOAN. XIV, 23-31.

In illo tempore, dicebat Jesus discipulis suis: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me sermones meos non servat. Et sermonem quem audistis non est meus, sed ejus qui misit me Patris. Haec locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia quaecunque dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis: Vado et venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem, quia Pater major me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit credatis. Jam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam. Sed ut cognoscat mundus quia diligo Patrem, et sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.

1. Libet, fratres charissimi, evangelicae verba lectionis sub brevitate transcurrere, ut post diutius liceat in contemplatione tantae solemnitatis immorari. Hodie namque Spiritus sanctus repentino sonitu super discipulos venit (Act. II, 2, seq.), mentesque carnalium in sui amorem permutavit, et foris apparentibus linguis igneis, intus facta sunt corda flammantia, quia dum Deum in ignis visione suscipiunt, per amorem suaviter arserunt. Ipse namque Spiritus sanctus amor est. Unde et Joannes dicit: Deus charitas est (I Joan. IV, 8, 16).

Tratad, pues, estas cosas con vosotros mismos, hermanos, revolvedlas en la mente con asiduo pensamiento. Aunque el ánimo fluctúe todavía por las perturbaciones de las cosas, fijad ya, sin embargo, el ancla de vuestra esperanza en la patria eterna, afianzad la intención de la mente en la verdadera luz. He aquí que hemos oído que el Señor ha ascendido al cielo. Mantengamos, pues, en la meditación lo que creemos. Y si todavía estamos retenidos aquí por la debilidad del cuerpo, sigámoslo, sin embargo, con los pasos del amor. Pero no abandona nuestro deseo aquel mismo que lo dio, Jesucristo nuestro Señor, que vive y reina con Dios Padre en la unidad del Espíritu Santo, Dios, por todos los siglos de los siglos. Amén.

HOMILÍA XXX.

Habida ante el pueblo en la basílica de san Pedro el apóstol, en el día santo de Pentecostés.

LECTURA DEL S. EVANG. SEGÚN JUAN 14, 23-31.

En aquel tiempo, decía Jesús a sus discípulos: Si alguno me ama, guardará mi palabra, y mi Padre lo amará, y vendremos a él y haremos morada en él. El que no me ama, no guarda mis palabras. Y la palabra que habéis oído no es mía, sino del Padre que me envió. Os he hablado de estas cosas estando con vosotros. Pero el Paráclito, el Espíritu Santo, a quien el Padre enviará en mi nombre, él os enseñará todas las cosas y os sugerirá todo lo que yo os haya dicho. La paz os dejo, mi paz os doy. No os la doy como la da el mundo. No se turbe vuestro corazón ni se acobarde. Habéis oído que yo os he dicho: Me voy y vuelvo a vosotros. Si me amarais, os alegraríais ciertamente de que me vaya al Padre, porque el Padre es mayor que yo. Y ahora os lo he dicho antes que suceda, para que cuando suceda, creáis. Ya no hablaré mucho con vosotros. Pues viene el príncipe de este mundo, y en mí no tiene nada. Pero para que el mundo conozca que amo al Padre, y como el Padre me dio el mandato, así lo hago.

1. Nos agrada, hermanos carísimos, recorrer brevemente las palabras de la lectura evangélica, para que después sea lícito detenerse más tiempo en la contemplación de tan gran solemnidad. Pues hoy el Espíritu Santo vino sobre los discípulos con un sonido repentino (Hch 2, 2 ss.), y cambió las mentes de los hombres carnales hacia su amor, y apareciendo por fuera lenguas de fuego, por dentro se encendieron los corazones, porque mientras reciben a Dios en la visión del fuego, ardieron dulcemente por el amor. Pues el Espíritu Santo mismo es amor. De donde también dice Juan: *Dios es caridad* (1 Jn 4, 8. 16).

Qui ergo mente integra Deum desiderat, profecto jam habet quem amat. Neque enim quisquam posset Deum diligere, si eum quem diligit non haberet. Sed ecce, si unusquisque vestrum requiratur an diligat Deum, tota fiducia et secura mente respondet, Diligo. In ipso autem lectionis exordio audistis quid Veritas dicat: Si quis diligit me, sermonem meum servabit. Probatio ergo dilectionis, exhibitio est operis. Hinc in Epistola sua idem Joannes dicit: Qui dicit, Dilige Deum, et mandata ejus non custodit, mendax est (Ibid., 20). Vere etenim Deum diligimus, si ad mandata ejus nos a nostris voluptatibus coarctamus. Nam qui adhuc per illicita desideria diffluit, profecto Deum non amat, quia ei in sua voluntate contradicit.

2. Et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Pensate, fratres charissimi, quanta sit ista solemnitas, habere in cordis hospitio adventum Dei. Certe si domum vestram quisquam dives ac praepotens amicus intraret, omni festinantia domus tota mundaretur, ne quid fortasse esset quod oculos amici intrantis offenderet. Tergat ergo sordes pravi operis, qui Deo praeparat domum mentis. Sed videte quid Veritas dicat: Veniemus, et mansionem apud eum faciemus. In quorumdam etenim corda venit, et mansionem non facit, quia per compunctionem quidem Dei respectum percipiunt, sed tentationis tempore hoc ipsum quod compuncti fuerant obliviscuntur; sicque ad perpetranda peccata redeunt, ac si haec minime planxissent. Qui ergo Deum vere diligit, qui ejus mandata custodit, in ejus corde Dominus et venit et mansionem facit, quia sic eum divinitatis amor penetrat, ut ab hoc amore tentationis tempore non recedat. Ille ergo vere amat, cujus videlicet mentem delectatio prava ex consensu non superat. Nam tanto quisque a superno amore disjungitur, quanto inferius delectatur. Unde et adhuc subditur: Qui non diligit me, sermones meos non servat. Ad vosmetipsos ergo, fratres charissimi, introrsus redite; si Deum vere amatis, exquirite; nec tamen sibi aliquis credat, quidquid sibi animus sine operis attestatione responderit. De dilectione conditoris, lingua, meus, et vita requiratur. Nunquid est Dei amor otiosus. Operatur etenim magna, si est; si vero operari renuit, amor non est.

Et sermonem quem audistis non est meus, sed ejus qui misit me Patris. Scitis, fratres charissimi, quia ipse qui loquitur unigenitus Filius Verbum Patris est, et ideo sermo quem loquitur Filius non est Filii, sed Patris, quia ipse Filius Verbum est Patris. Haec locutus sum vobis apud vos manens. Quando non maneret apud eos, qui ascensurus coelum promittit, dicens: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi (Matth. XXVIII, 20)? Sed Verbum incarnatum et manet et recedit: recedit corpore, manet divinitate.

El que, pues, con mente íntegra desea a Dios, ciertamente ya tiene a quien ama. Pues nadie podría amar a Dios si no tuviera a aquel a quien ama. Pero he aquí que, si a cada uno de vosotros se le preguntara si ama a Dios, con toda confianza y mente segura responde: Lo amo. Pero en el comienzo mismo de la lectura habéis oído lo que dice la Verdad: *Si alguno me ama, guardará mi palabra*. La prueba del amor es, pues, la manifestación de la obra. De aquí dice en su Epístola el mismo Juan: *El que dice: Amo a Dios, y no guarda sus mandamientos, es un mentiroso* (ibid. 20). Pues verdaderamente amamos a Dios si, frente a nuestros placeres, nos ceñimos a sus mandamientos. Pues el que todavía se desparrama por deseos ilícitos, ciertamente no ama a Dios, porque le contradice en su propia voluntad.

2. *Y mi Padre lo amará, y vendremos a él y haremos morada en él.* Considerad, hermanos carísimos, cuán grande es esta solemnidad: tener el advenimiento de Dios en el hospedaje del corazón. Ciertamente, si cualquier amigo rico y poderoso entrara en vuestra casa, se limpiaría toda la casa con toda prisa, para que no hubiera nada que ofendiera los ojos del amigo que entra. Limpie, pues, las suciedades de la mala obra quien prepara a Dios la casa de su mente. Pero ved lo que dice la Verdad: *Vendremos y haremos morada en él*. Pues en los corazones de algunos viene y no hace morada, porque a través de la compunción perciben ciertamente la mirada de Dios, pero en el tiempo de la tentación olvidan esto mismo por lo que se habían compungido; y así vuelven a perpetrar pecados, como si apenas los hubieran llorado. Aquel, pues, que verdaderamente ama a Dios, que guarda sus mandamientos, en su corazón el Señor viene y hace morada, porque el amor de la divinidad lo penetra de tal modo que no se aparta de este amor en el tiempo de la tentación. Aquel, pues, ama de verdad cuya mente no es vencida por el deleite depravado mediante el consentimiento. Pues cada uno está tanto más separado del amor superior cuanto más se deleita en lo inferior. Por lo cual se añade todavía: *El que no me ama, no guarda mis palabras*. Volved, pues, a vosotros mismos en vuestro interior, hermanos carísimos; buscad si amáis verdaderamente a Dios; y sin embargo, nadie se crea a sí mismo, diga lo que le diga el ánimo sin el testimonio de la obra. Sobre el amor al Creador, pregúntese a la lengua, a la mente y a la vida. Nunca está ocioso el amor de Dios. Pues obra grandes cosas, si existe; pero si rehúsa obrar, no es amor.

Y la palabra que habéis oído no es mía, sino del Padre que me envió. Sabéis, hermanos carísimos, que el mismo que habla es el Hijo unigénito, el Verbo del Padre, y por eso la palabra que el Hijo habla no es del Hijo, sino del Padre, porque el Hijo mismo es el Verbo del Padre. *Os he hablado de estas cosas estando con vosotros.* ¿Cuándo no permanecería con aquellos quien, a punto de ascender al cielo, promete diciendo: *He aquí que yo estoy con vosotros todos los días hasta la consumación del siglo* (Mt 28, 20)? Pero el Verbo encarnado permanece y se retira: se retira en el cuerpo, permanece en la divinidad.

Apud eos ergo tunc se mansisse perhibet, quia qui invisibili semper potestate praesens erat, corporali jam visione recedebat.

3. Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia quaecunque dixero vobis. Nostis plurimi, fratres mei, quod Graeca locutione paraclitus Latina advocatus dicitur, vel consolator. Qui idcirco advocatus dicitur, quia pro errore delinquentium apud justitiam Patris intervenit. Qui unius substantiae cum Patre et Filio, exorare pro delinquentibus perhibetur, quia eos quos repleverit, exorantes facit. Unde et Paulus dicit: Ipse enim Spiritus postulat pro nobis, gemitibus inenarrabilibus (Rom. VIII, 26). Minor vero est qui postulat quam qui postulatur; quomodo ergo Spiritus postulare dicitur qui minor non est? Sed ipse Spiritus postulat, quia ad postulandum eos quos repleverit inflammat. Consolator autem idem Spiritus vocatur, quia de peccati perpetratione moerentibus, dum spem veniae praeparat, ab afflictione tristitiae mentem levat. De quo recte promittitur: Ipse vos docebit omnia. Quia nisi idem Spiritus cordi adsit audientis, otiosus est sermo doctoris. Nemo ergo docenti homini tribuat quod ex ore docentis intelligit, quia nisi intus sit qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat. Ecce unam loquentis vocem omnes pariter auditis, nec tamen pariter sensum auditae vocis percipitis. Cum ergo vox dispar non sit, cur in cordibus vestris dispar est vocis intelligentia, nisi quia per hoc quod vox loquentis communiter admonet, est magister interior qui de vocis intelligentia quosdam specialiter docet? De hac unctione Spiritus rursus per Joannem dicitur: Sicut unctio ejus docet vos de omnibus (I Joan. II, 27). Per vocem ergo non instruitur, quando mens per Spiritum non ungitur. Sed cur ista de doctrina hominum loquimur, quando et ipse conditor non ad eruditionem hominis loquitur, si eidem homini per unctionem Spiritus non loquatur? Certe Cain, priusquam fratricidium opere perpetraret, audivit: Peccasti quiesce (Genes. IV, 7, juxta LXX). Sed quia, culpis suis exigentibus, voce est admonitus, non unctione Spiritus, audire verba Dei potuit, sed servare contempsit. Requirendum vero nobis est cur de eodem Spiritu dicatur: Suggeret vobis omnia, cum suggerere soleat esse minoris. Sed quia suggerere aliquando dicimus subministrare, invisibilis Spiritus suggerere dicitur, non quod nobis scientiam ab imo inferat, sed ab occulto. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Hic relinquo, illic do. Sequentibus relinquo, pervenientibus do.

Afirma, pues, que permanecía entonces con ellos porque aquel que siempre estaba presente por su poder invisible, se retiraba ya de la visión corporal.

3. *Pero el Paráclito, el Espíritu Santo, a quien el Padre enviará en mi nombre, él os enseñará todas las cosas y os sugerirá todo lo que yo os haya dicho.* Muchos sabéis, hermanos míos, que en la lengua griega *paraclitus*, en latín se dice *advocatus* (abogado) o *consolator* (consolador). Se llama abogado porque interviene ante la justicia del Padre por el error de los delincuentes. Él, que es de la misma sustancia que el Padre y el Hijo, se dice que ruega por los delincuentes porque a aquellos a quienes llena, los hace orantes. De donde también dice Pablo: *Pues el Espíritu mismo intercede por nosotros con gemidos inefables* (Rom 8, 26). Pero es menor el que pide que aquel a quien se pide; ¿cómo, pues, se dice que el Espíritu pide, si no es menor? Pero el Espíritu mismo pide porque inflama para pedir a aquellos a quienes llena. El mismo Espíritu es llamado consolador porque, a los que se duelen por haber pecado, mientras les prepara la esperanza del perdón, les levanta el ánimo de la aflicción de la tristeza. De él se promete con razón: *Él os enseñará todas las cosas*. Porque si el mismo Espíritu no asiste al corazón del oyente, ociosa es la palabra del doctor. Nadie, pues, atribuya al hombre que enseña lo que entiende de boca del que enseña, porque si no está dentro el que enseña, la lengua del doctor trabaja en vano por fuera. He aquí que todos oís por igual una sola voz del que habla, y sin embargo no percibís por igual el sentido de la voz oída. Si, pues, la voz no es dispar, ¿por qué en vuestros corazones es dispar la inteligencia de la voz, sino porque, a través de esto que la voz del que habla advierte comúnmente, hay un maestro interior que enseña a algunos especialmente sobre la inteligencia de la voz? De esta unción del Espíritu se dice de nuevo por Juan: *Como su unción os enseña sobre todas las cosas* (1 Jn 2, 27). Por tanto, no se es instruido por la voz cuando la mente no es ungida por el Espíritu. Pero ¿por qué decimos esto de la doctrina de los hombres, cuando ni siquiera el mismo Creador habla para la instrucción del hombre si no le habla a ese mismo hombre por la unción del Espíritu? Ciertamente Caín, antes de perpetrar de obra el fratricidio, oyó: *Pecaste, descansa* (Gén 4, 7 según LXX). Pero porque, por exigencia de sus culpas, fue advertido por la voz, no por la unción del Espíritu, pudo oír las palabras de Dios, pero despreció guardarlas. Debemos preguntarnos por qué se dice del mismo Espíritu: *Os sugerirá todas las cosas*, siendo que sugerir suele ser propio del inferior. Pero como a veces decimos que sugerir es suministrar, se dice que el Espíritu invisible sugiere, no porque nos introduzca el conocimiento desde abajo, sino desde lo oculto. *La paz os dejo, mi paz os doy.* Aquí dejo, allí doy. A los que siguen les dejo, a los que llegan les doy.

4. Ecce, fratres charissimi, verba sacrae lectionis sub brevitate discussimus, nunc in contemplationem tantae festivitatis animum transferamus. Sed quia cum lectione evangelica vobis est etiam Actuum apostolorum lectio recitata (Act. II), ex ea ergo aliquid in usum nostrae contemplationis trahamus. Audistis etenim quia Spiritus sanctus super discipulos in igneis linguis apparuit, omniumque linguarum scientiam dedit. Quid scilicet hoc miraculo designans, nisi quod sancta Ecclesia, eodem Spiritu repleta, omnium gentium erat voce locutura? Qui vero contra Deum turrim aedificare conati sunt communionem unius linguae perdiderunt (Genes. XI, 8), in his autem qui Deum humiliter metuebant linguae omnes unitae sunt. Hic ergo humilitas virtutem meruit, illic superbia confusionem.

5. Sed quaerendum nobis est cur sanctus Spiritus, Patri et Filio coaeternus, in igne apparuit, cur in igne simul et linguis, cur aliquando in columba, aliquando vero in igne monstratur, cur super unigenitum Filium apparuit in columbae specie, et super discipulos in igne (Act. II, 2 seq.); ita ut neque super Dominum veniret in igne, neque super discipulos monstraretur in columba. Per quatuor itaque haec quae proposuimus solvendo redeamus.

Patri namque et Filio coaeternus Spiritus in igne monstratur, quia incorporeus, ineffabilis, atque invisibilis ignis est Deus, attestante Paulo: Deus noster ignis consumens est (Hebr. XII, 29). Deus quippe ignis dicitur, quia per hunc peccatorum rubigo consumitur. De hoc igne Veritas dicit: Ignem veni mittere in terram, et quid volo, nisi ut ardeat (Luc. XII, 49)? Terra enim vocata sunt corda terrena, quae, dum semper infimas in se cogitationes congerunt, a malignis spiritibus conculcantur. Sed ignem Dominus in terram mittit cum afflatu sancti Spiritus corda carnalium incendit. Et terra ardet cum cor carnale in suis pravis voluptatibus frigidum, relinquit concupiscentias praesentis saeculi, et incenditur ad amorem Dei. Bene ergo in igne apparuit Spiritus, quia ab omni corde quod replet torporem frigoris excutit, et hoc in desiderium suae aeternitatis accendit.

In igneis autem linguis monstratus est, quia idem Spiritus coaeternus est Filio, et habet cognationem maximam lingua cum verbo. Verbum quippe Patris est Filius. Et quia una est Spiritus et Verbi substantia, idem Spiritus monstrari debuit in lingua. Vel certe quia per linguam procedit verbum, in linguis apparuit Spiritus, quia quisquis sancto Spiritu tangitur, Dei Verbum, id est unigenitum Filium confitetur; et negare Dei Verbum non valet, quia jam sancti Spiritus linguam habet. Vel certe in linguis igneis apparuit Spiritus, quia omnes quos repleverit ardentes pariter et loquentes facit.

4. He aquí, hermanos carísimos, que hemos analizado brevemente las palabras de la sagrada lectura; ahora trasladamos el ánimo a la contemplación de tan gran solemnidad. Pero como junto con la lectura evangélica se os ha recitado también la lectura de los Hechos de los apóstoles (Hch 2), saquemos de ella algo para nuestra contemplación. Habéis oído, en efecto, que el Espíritu Santo apareció sobre los discípulos en lenguas de fuego y dio el conocimiento de todas las lenguas. ¿Qué designaba evidentemente con este milagro, sino que la santa Iglesia, llena del mismo Espíritu, hablaría con la voz de todas las naciones? Los que intentaron edificar una torre contra Dios perdieron la comunión de una sola lengua (Gén 11, 8), pero en aquellos que temían a Dios humildemente se unieron todas las lenguas. Aquí, pues, la humildad mereció la virtud; allí, la soberbia la confusión.

5. Pero debemos preguntarnos por qué el Espíritu Santo, coeterno con el Padre y el Hijo, apareció en fuego; por qué en fuego y en lenguas a la vez; por qué se muestra a veces en una paloma y otras verdaderamente en fuego; por qué sobre el Hijo unigénito apareció en especie de paloma y sobre los discípulos en fuego (Hch 2, 2 ss.); de modo que ni sobre el Señor vino en fuego, ni sobre los discípulos se mostró en paloma. Volvamos, pues, a resolver estas cuatro cosas que hemos propuesto.

Pues el Espíritu, coeterno con el Padre y el Hijo, se muestra en fuego porque Dios es fuego incorpóreo, inefable e invisible, como atestigua Pablo: *Nuestro Dios es fuego consumidor* (Heb 12, 29). En efecto, Dios es llamado fuego porque por él se consume la herrumbre de los pecados. De este fuego dice la Verdad: *Fuego vine a traer a la tierra, ¿y qué quiero sino que arda?* (Lc 12, 49). Pues se han llamado "tierra" a los corazones terrenos que, mientras amontonan siempre en sí los pensamientos más bajos, son pisoteados por los espíritus malignos. Pero el Señor envía fuego a la tierra cuando inflama los corazones de los carnales con el hálito del Espíritu Santo. Y la tierra arde cuando el corazón carnal, frío en sus depravados placeres, abandona las concupiscencias del presente siglo y se inflama en el amor de Dios. Con razón, pues, apareció el Espíritu en fuego, porque de todo corazón que llena sacude el torpor del frío y lo enciende en el deseo de su eternidad.

Pero se mostró en lenguas de fuego porque el mismo Espíritu es coeterno con el Hijo, y la lengua tiene la máxima afinidad con el Verbo. Pues el Hijo es el Verbo del Padre. Y como es una misma la sustancia del Espíritu y del Verbo, el mismo Espíritu debió mostrarse en la lengua. O ciertamente porque por la lengua procede la palabra, en lenguas apareció el Espíritu, porque quienquiera que es tocado por el Espíritu Santo, confiesa al Verbo de Dios, esto es, al Hijo unigénito; y no puede negar al Verbo de Dios porque ya tiene la lengua del Espíritu Santo. O ciertamente el Espíritu apareció en lenguas de fuego porque a todos los que llena los hace a la vez ardientes y hablantes.

Linguas igneas doctores habent, quia, dum Deum amandum praedicant, corda audientium inflammant. Nam et otiosus est sermo docentis, si praebere non valet incendium amoris. Hoc doctrinae incendium ab ipso Veritatis ore conceperant, qui dicebant: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis cum loqueretur in via et aperiret nobis Scripturas (Luc. XXIV, 32)? Ex audito quippe sermone inardescit animus, torporis frigus recedit, fit mens in superno desiderio anxia, a concupiscentiis terrenis aliena. Amor verus qui hanc repleverit, in fletibus cruciat; sed dum tali ardore cruciatur, ipsis suis cruciatibus pascitur. Audire ei libet praecepta coelestia; et quot mandatis instruitur, quasi tot facibus inflammatur; et quae torpebat prius per desideria, ardet postmodum per verba. Unde bene per Moysen dicitur: In dextera ejus ignea lex (Deut. XXXIII, 2). Sinistra quippe reprobi, qui et ad sinistram ponendi sunt; dextera autem Dei appellantur electi. In dextera ergo Dei lex ignea est, quia electi mandata coelestia nequaquam frigido corde audiunt, sed ad haec amores intimi facibus inardescunt. Sermo ad aurem ducitur, et mens eorum sibimet irata ex internae dulcedinis flamma concrematur.

In columba vero Spiritus sanctus et in igne monstratus est, quia omnes quos repleverit, simplices et ardentes facit, simplices puritate, ardentes aemulatione. Neque enim placere Deo potest aut simplicitas sine zelo, aut zelus sine simplicitate. Hinc ipsa Veritas dicit: Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae (Matth. X, 16). Qua in re notandum est quod discipulos suos nec de columba sine serpente, nec de serpente sine columba voluit Dominus admonere, quatenus et columbae simplicitatem astutia serpentis accenderet, et serpentis astutiam columbae simplicitas temperaret. Hinc Paulus ait: Nolite pueri effici sensibus (I Cor. XIV, 20). Ecce prudentiam serpentis audivimus, nunc de simplicitate columbae moneamur: Sed malitia parvuli estote (Ibid.). Hinc de beato Job dicitur: Erat vir simplex et rectus (Job I, 1). Quae est autem rectitudo sine simplicitate, aut quae simplicitas sine rectitudine? Quia ergo et rectitudinem docet iste Spiritus et simplicitatem, et in igne monstrari debuit et in columba, quatenus omne cor quod ejus gratia tangitur, et mansuetudinis lenitate tranquillum, et zelo justitiae accensum fiat.

Los doctores tienen lenguas de fuego porque, mientras predican que se debe amar a Dios, inflaman los corazones de los oyentes. Pues también es ociosa la palabra del que enseña si no puede proporcionar el incendio del amor. Este incendio de la doctrina lo habían concebido de la misma boca de la Verdad los que decían: *¿No estaba nuestro corazón ardiendo en nosotros cuando nos hablaba en el camino y nos abría las Escrituras?* (Lc 24, 32). En efecto, por la palabra oída se enardece el ánimo, se retira el frío del torpor, la mente se vuelve ansiosa en el deseo celestial y ajena a las concupiscencias terrenas. El amor verdadero que la llena la atormenta en llantos; pero mientras es atormentada por tal ardor, se alimenta de sus mismos tormentos. Le agrada oír los preceptos celestiales; y por cuantos mandatos es instruida, por otras tantas antorchas se inflama; y lo que antes estaba entumecido por los deseos, después arde por las palabras. De donde bien se dice por Moisés: *En su diestra la ley de fuego* (Dt 33, 2). Pues la izquierda es de los réprobos, que también han de ser puestos a la izquierda; pero se llaman diestra de Dios los elegidos. En la diestra de Dios, pues, está la ley de fuego, porque los elegidos de ningún modo oyen los mandatos celestiales con corazón frío, sino que para estos se enardecer los amores íntimos con antorchas. La palabra se lleva al oído, y la mente de ellos, airada contra sí misma, se consume por la llama de la dulzura interna.

Pero el Espíritu Santo se mostró en paloma y en fuego porque a todos los que llena los hace sencillos y ardientes: sencillos por la pureza, ardientes por la emulación. Pues no puede agradar a Dios ni la sencillez sin celo, ni el celo sin sencillez. De aquí que la misma Verdad dice: *Sed prudentes como serpientes y sencillos como palomas* (Mt 10, 16). En lo cual se ha de notar que el Señor no quiso advertir a sus discípulos sobre la paloma sin la serpiente, ni sobre la serpiente sin la paloma, para que la astucia de la serpiente encendiera la sencillez de la paloma, y la sencillez de la paloma templara la astucia de la serpiente. De aquí que Pablo dice: *No os hagáis niños en los sentidos* (1 Cor 14, 20). He aquí que hemos oído la prudencia de la serpiente; ahora seamos advertidos sobre la sencillez de la paloma: *Sino sed pequeñuelos en la malicia* (ibíd.). De aquí que se dice del bienaventurado Job: *Era un hombre sencillo y recto* (Job 1, 1). ¿Pero qué es la rectitud sin la sencillez, o qué es la sencillez sin la rectitud? Puesto que, por tanto, este Espíritu enseña tanto la rectitud como la sencillez, debió mostrarse tanto en fuego como en paloma, para que todo corazón que es tocado por su gracia se vuelva tranquilo por la suavidad de la mansedumbre e inflamado por el celo de la justicia.

6. Ad extremum vero quaerendum est cur in ipso Redemptore nostro Mediatore Dei et hominum per columbam apparuit, in discipulis vero per ignem? Certe unigenitus Dei Filius judex est generis humani. Sed quis ejus justitiam ferret, si priusquam nos per mansuetudinem colligeret culpas nostras per zelum rectitudinis examinare voluisset? Homo ergo pro hominibus factus, mitem se hominibus praebuit. Noluit peccatores ferire, sed colligere. Prius voluit mansuete corripere, ut haberet quos postmodum in judicio salvaret. In columba ergo super eum apparere debuit Spiritus, qui non veniebat ut peccata jam per zelum percuteret, sed adhuc per mansuetudinem toleraret. At contra super discipulos in igne debuit Spiritus sanctus demonstrari, ut hi qui erant simpliciter homines, atque ideo peccatores, eos contra semetipsos spiritalis servos accenderet, et peccata, quibus Deus per mansuetudinem parceret, ipsi in se per poenitentiam punirent. Nec ipsi quippe esse poterant sine peccato qui adhaerebant coelesti magisterio, Joanne attestante, qui ait: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, et veritas in nobis non est (I Joan. I, 8). In igne ergo venit in hominibus, in columba vero apparuit in Domino, quia peccata nostra, quae pie Dominus per mansuetudinem tolerat, nos per zelum rectitudinis debemus caute conspicere, et ardore semper poenitentiae cremare. Igitur per columbam Spiritus in Redemptore monstratus est, per ignem vero in hominibus, quia quanto nobis nostri judicis facta est severitas temperata, tanto erga se debet fieri nostra infirmitas accensa. Quatuor itaque propositionum expleta ratione, ad dona ejusdem Spiritus contemplanda transeamus.

7. De isto quippe Spiritu scriptum est: Spiritus ejus ornavit coelos (Job. XXVI, 13). Ornamenta enim coelorum sunt virtutes praedicantium. Quae videlicet ornamenta Paulus enumerat, dicens: Alii datur per Spiritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eumdem Spiritum, alteri fides in eodem Spiritu, alii gratia sanitatum in uno Spiritu, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. Haec autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult (I Cor. XII, 8, seq.). Quot ergo sunt bona praedicantium, tot sunt ornamenta coelorum. Hinc rursus scriptum est: Verbo Domini coeli firmati sunt (Psal. XXXII, 6). Verbum enim Domini, Filius est Patris. Sed eosdem coelos, videlicet sanctos apostolos, ut tota simul sancta Trinitas ostendatur operata, repente de sancti Spiritus divinitate adjungitur: Et spiritu oris ejus omnis virtus eorum (Ibid.). Coelorum ergo virtus de spiritu sumpta est, quia mundi hujus potestatibus contraire non praesumerent, nisi eos sancti Spiritus fortitudo solidasset.

6. Pero, por último, se ha de preguntar por qué en nuestro mismo Redentor, Mediador entre Dios y los hombres, apareció por medio de una paloma, y en los discípulos por medio del fuego. Ciertamente el Hijo unigénito de Dios es el juez del género humano. ¿Pero quién soportaría su justicia si, antes de congregarnos por la mansedumbre, hubiera querido examinar nuestras culpas por el celo de la rectitud? Por tanto, hecho hombre por los hombres, se mostró afable a los hombres. No quiso herir a los pecadores, sino congregarlos. Quiso primero corregir con mansedumbre, para tener a quienes después salvar en el juicio. Debió, pues, aparecer sobre él el Espíritu en paloma, el cual no venía para herir ya los pecados por el celo, sino para tolerarlos todavía por la mansedumbre. Pero, por el contrario, sobre los discípulos debió mostrarse el Espíritu Santo en fuego, para que a estos, que eran simplemente hombres y por tanto pecadores, los encendiera como siervos espirituales contra sí mismos, y ellos mismos castigaran en sí por la penitencia los pecados que Dios, por mansedumbre, perdonaría. Pues ni ellos mismos podían estar sin pecado, los que se adherían al magisterio celestial, como atestigua Juan, que dice: *Si dijéramos que no tenemos pecado, nos engañamos a nosotros mismos y la verdad no está en nosotros* (1 Jn 1, 8). En el fuego, pues, vino en los hombres, pero en la paloma apareció en el Señor, porque nuestros pecados, que el Señor tolera piadosamente por mansedumbre, nosotros debemos observarlos cautamente por el celo de la rectitud y quemarlos siempre con el ardor de la penitencia. Así pues, por la paloma se mostró el Espíritu en el Redentor, pero por el fuego en los hombres, porque cuanto más se nos ha atemperado la severidad de nuestro juez, tanto más debe encenderse nuestra debilidad contra sí misma. Cumplida, pues, la razón de las cuatro proposiciones, pasemos a contemplar los dones del mismo Espíritu.

7. Pues de este Espíritu está escrito: *Su Espíritu adornó los cielos* (Job 26, 13). Pues los adornos de los cielos son las virtudes de los que predican. Adornos que, por cierto, enumera Pablo, diciendo: *A uno se le da por el Espíritu palabra de sabiduría, a otro palabra de ciencia según el mismo Espíritu, a otro fe en el mismo Espíritu, a otro gracia de curaciones en el mismo Espíritu, a otro operación de virtudes, a otro profecía, a otro discreción de espíritus, a otro géneros de lenguas, a otro interpretación de sermones.* *Pero todas estas cosas las obra uno y el mismo Espíritu, repartiendo a cada uno según quiere* (1 Cor 12, 8 ss.). Por tanto, cuantos son los bienes de los que predican, tantos son los adornos de los cielos. De aquí que de nuevo está escrito: *Por la palabra del Señor se afirmaron los cielos* (Sal 31, 6). Pues la palabra del Señor es el Hijo del Padre. Pero sobre los mismos cielos, a saber, los santos apóstoles, para que se muestre que toda la santa Trinidad obró a la vez, se añade de repente sobre la divinidad del Espíritu Santo: *Y por el espíritu de su boca toda la virtud de ellos* (ibíd.). Por tanto, la virtud de los cielos se tomó del espíritu, porque no presumirían oponerse a las potestades de este mundo si la fortaleza del Espíritu Santo no los hubiera consolidado.

Quales namque doctores sanctae Ecclesiae ante adventum hujus Spiritus fuerint scimus, et post adventum illius cujus fortitudinis facti sint conspicimus.

8. Certe iste ipse pastor Ecclesiae, ad cujus sacratissimum corpus sedemus, quantae debilitatis, quantaeque formidinis ante adventum Spiritus fuerit, ancilla ostiaria requisita dicat. Una enim mulieris voce perculsus, dum mori timuit, vitam negavit (Joan. XVIII, 17). Et tunc Petrus negavit in terra, cum latro confiteretur in cruce (Luc. XXIII, 41, 42). Sed vir iste tantae formidinis qualis post adventum Spiritus existat audiamus. Fit conventus magistratus atque seniorum, caesis denuntiatur apostolis ne in nomine Jesu loqui debeant: Petrus magna auctoritate respondit: Obedire oportet Deo magis quam hominibus (Act. V, 29). Et rursus: Si justum est in conspectu Dei vos potius audire quam Deum, judicate. Non enim possumus quae vidimus et audivimus non loqui (Ibid., IV, 9, 10). Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumelias pati (Ibid., V, 41). Ecce gaudet Petrus in verberibus, qui ante in verbis timebat. Et qui prius ancillae voce requisitus timuit, post adventum sancti Spiritus vires principum caesus premit. Libet oculos fidei in virtutem opificis hujus attollere, atque sparsim Patres testamenti novi ac veteris considerare. Ecce, apertis eisdem oculis fidei, David, Amos, Danielem, Petrum, Paulum, Matthaeum intueor, et sanctus iste Spiritus qualis sit artifex considerare volo, sed in ipsa mea consideratione deficio. Implet namque citharoedum puerum, et psalmistam facit (I Reg. XVI, 18). Implet pastorem armentarium sycomoros vellicantem, et prophetam facit (Amos. VII, 14). Implet abstinentem puerum, et judicem senum facit (Dan. XIII, 46, seq.). Implet piscatorem, et praedicatorem facit (Matth. IV, 19). Implet persecutorem, et doctorem gentium facit (Act. IX, 1, seq.). Implet publicanum, et evangelistam facit (Luc. V, 27, 28). O qualis est artifex iste Spiritus! Nulla ad discendum mora agitur in omne quod voluerit. Mox ut tetigerit mentem, docet, solumque tetigisse docuisse est. Nam humanum animum subito ut illustrat immutat; abnegat hunc repente quod erat, exhibet repente quod non erat.

9. Pensemus sanctos praedicatores nostros quales hodierna die reperit, quales fecit. Certe qui in uno conclavi pro Judaeorum metu residebant, nativitatis suae singuli linguam noverant, et tamen nec ea ipsa lingua quam noverant aperte Christum loqui praesumebant. Venit Spiritus, et in ore eos per diversitatem linguarum docuit, in mente autem ex auctoritate roboravit (Act. II, 2, seq.). Coeperunt et in aliena Christum eloqui, qui de illo prius et in sua lingua loqui metuebant.

Pues sabemos qué clase de doctores tuvo la santa Iglesia antes del advenimiento de este Espíritu, y vemos de qué fortaleza se llenaron después de su advenimiento.

8. Ciertamente, que el mismo pastor de la Iglesia, ante cuyo cuerpo sacratísimo estamos sentados, diga de cuánta debilidad y de cuánto temor era antes del advenimiento del Espíritu, al ser interrogado por una criada portera. Pues, herido por la sola voz de una mujer, mientras temió morir, negó la vida (Jn 18, 17). Y entonces Pedro negó en la tierra, cuando el ladrón confesaba en la cruz (Lc 23, 41-42). Pero oigamos qué clase de hombre es este de tanto temor después del advenimiento del Espíritu. Se reúne el magistrado y los ancianos, se les prohíbe a los apóstoles azotados que hablen en el nombre de Jesús: Pedro respondió con gran autoridad: *Hay que obedecer a Dios antes que a los hombres* (Hch 5, 29). And de nuevo: *Si es justo ante Dios escucharos a vosotros más que a Dios, juzgadlo vosotros.* *Porque no podemos dejar de decir lo que hemos visto y oído* (ibíd. 4, 19-20). *Y ellos se retiraban gozosos de la presencia del consejo, porque fueron hallados dignos de sufrir afrentas por el nombre de Jesús* (ibíd. 5, 41). He aquí que se goza Pedro en los azotes, quien antes temía en las palabras. El que antes temió al ser interrogado por la voz de una criada, después del advenimiento del Espíritu Santo, aun siendo azotado, doblega las fuerzas de los príncipes. Agrada levantar los ojos de la fe a la virtud de este Obrero y considerar dispersamente a los Padres del Nuevo y del Antiguo Testamento. He aquí que, abiertos los mismos ojos de la fe, contemplo a David, a Amós, a Daniel, a Pedro, a Pablo, a Mateo, y quiero considerar qué clase de artífice es este Espíritu Santo, pero desfallezco en mi misma consideración. Pues llena a un niño citarista y lo hace salmista (1 Sm 16, 18). Llena a un pastor de bueyes que cultiva sicómoros y lo hace profeta (Am 7, 14). Llena a un niño abstinente y lo hace juez de ancianos (Dn 13, 46 ss.). Llena a un pescador y lo hace predicador (Mt 4, 19). Llena a un perseguidor y lo hace doctor de las gentes (Hch 9, 1 ss.). Llena a un publicano y lo hace evangelista (Lc 5, 27-28). ¡Oh, qué clase de artífice es este Espíritu! No se da demora alguna para aprender en todo lo que quiere. Tan pronto como toca la mente, enseña, y el solo haberla tocado es haber enseñado. Pues al ilustrar súbitamente el ánimo humano, lo cambia; de repente le hace negar lo que era, de repente le hace mostrar lo que no era.

9. Pensemos en nuestros santos predicadores, qué tales los encontró en el día de hoy, qué tales los hizo. Ciertamente, los que residían en una habitación por miedo a los judíos, cada uno conocía la lengua de su nacimiento, y sin embargo ni en esa misma lengua que conocían presumían hablar abiertamente de Cristo. Vino el Espíritu y les enseñó en la boca por la diversidad de lenguas, pero les robusteció en la mente por la autoridad (Hch 2, 2 ss.). Y comenzaron a hablar de Cristo incluso en lenguas extrañas, ellos que antes temían hablar de él incluso en su propia lengua.

Inflammatum etenim cor despexit tormenta corporis, quae ante metuebat; vicit vim carnalis formidinis prae amore conditoris. Et qui prius suis adversariis succumbebant formidine, eis jam praeerant auctoritate. Qui ergo in tantae eos celsitudinis culmen erexit, quid aliud dixerim, nisi quod mentes terrenorum hominum coelos fecit? Pensate, fratres charissimi, post incarnationem unigeniti Filii Dei qualis sit hodierna solemnitas de adventu Spiritus sancti. Sicut enim illa, ita quoque et haec est honorabilis. In illa quippe Deus in se permanens suscepit hominem, in ista vero homines venientem desuper susceperunt Deum. In illa Deus naturaliter factus est homo, in ista homines facti sunt per adoptionem dii. Si ergo remanere carnales in morte nolumus, hunc, fratres charissimi, vivificantem Spiritum amemus.

10. Sed quia caro spiritum nescit, dicat fortasse carnali cogitatione apud se aliquis: Quomodo diligere valeo quem ignoro? Hoc et nos concedimus, quia mens, visibilibus intenta, videre nescit invisibilem. Nulla enim nisi visibilia cogitat, eaque et cum non agit, eorum imagines introrsus trahit; dumque in imaginibus corporeis jacet, surgere ad incorporea non valet. Unde fit ut tanto deterius Creatorem nesciat, quanto in cogitatione sua familiarius corpoream creaturam portat. Sed cum Deum videre non possumus, habemus aliquid quod agamus, unde iter fiat quo ad eum nostrae intelligentiae oculus veniat. Certe quem in se videre nullo modo valemus, hunc in servis suis videre jam possumus. Quos dum mira conspicimus agere, certum nobis fit in eorum mentibus Deum habitare. In re autem incorporea a rebus corporalibus usum trahamus. Nemo etenim nostrum orientem clare solem, in sphaeram illius intendendo, valet conspicere, quia tensi in ejus radiis oculi reverberantur; sed sole illustratos montes aspicimus, et quia jam sol ortus est videmus. Quia ergo solem justitiae in seipso videre non possumus, illustratos montes claritate illius videamus, sanctos videlicet apostolos, qui virtutibus emicant, miraculis coruscant, quos nati solis claritas perfudit, et cum in seipso sit invisibilis, per eos nobis quasi per illustratos montes se visibilem praebuit. Virtus enim divinitatis in se quasi sol in coelo est; virtus divinitatis in hominibus, sol in terra. Solem ergo justitiae intueamur in terra, quem videre non possumus in coelo, ut dum inoffenso pede operis per hunc in terra gradimur, ad intuendum illum quandoque oculos in coelum levemus.

Pues el corazón inflamado despreció los tormentos del cuerpo que antes temía; venció la fuerza del temor carnal por el amor al Creador. Y los que antes sucumbían de temor ante sus adversarios, ya presidían sobre ellos con autoridad. El que, por tanto, los elevó a la cumbre de tan gran alteza, ¿qué otra cosa diría sino que hizo cielos las mentes de hombres terrenos? Considerad, hermanos carísimos, después de la encarnación del Hijo unigénito de Dios, qué tal solemnidad es la de hoy por el advenimiento del Espíritu Santo. Pues así como aquella, así también esta es honorable. En aquella, en efecto, Dios, permaneciendo en sí mismo, recibió al hombre; pero en esta, los hombres recibieron a Dios que venía de lo alto. En aquella, Dios se hizo hombre por naturaleza; en esta, los hombres se hicieron dioses por adopción. Si, por tanto, no queremos permanecer carnales en la muerte, amemos, hermanos carísimos, a este Espíritu vivificante.

10. Pero porque la carne no conoce el espíritu, quizás diga alguno consigo mismo con pensamiento carnal: «¿Cómo puedo amar a quien no conozco?». Esto también nosotros lo concedemos, porque la mente, atenta a las cosas visibles, no sabe ver lo invisible. Pues no piensa en nada sino en lo visible, y aun cuando no está actuando sobre ello, atrae sus imágenes hacia el interior; y mientras yace en imágenes corpóreas, no puede elevarse a lo incorporeo. De donde resulta que tanto peor desconoce al Creador cuanto más familiarmente lleva en su pensamiento a la criatura corpórea. Pero ya que no podemos ver a Dios, tenemos algo que podemos hacer, para que se abra un camino por el que el ojo de nuestra inteligencia llegue a él. Ciertamente, a quien no podemos ver de ningún modo en sí mismo, ya lo podemos ver en sus siervos. Al contemplar que estos obran maravillas, se nos hace cierto que Dios habita en sus mentes. Pero en lo incorpóreo, tomemos el uso de las cosas corporales. Pues ninguno de nosotros puede contemplar claramente el sol naciente fijando la vista en su esfera, porque los ojos, tensos ante sus rayos, son rechazados; pero vemos los montes iluminados por el sol, y vemos que el sol ya ha salido. Ya que, por tanto, no podemos ver al Sol de Justicia en sí mismo, veamos los montes iluminados por su claridad, a saber, los santos apóstoles, que brillan por sus virtudes, resplandecen por sus milagros, a quienes la claridad del Sol nacido inundó; y aunque sea invisible en sí mismo, se nos ha mostrado visible a través de ellos, como a través de montes iluminados. Pues la virtud de la divinidad en sí es como el sol en el cielo; la virtud de la divinidad en los hombres, el sol en la tierra. Miremos, pues, al Sol de Justicia en la tierra, a quien no podemos ver en el cielo, para que, mientras caminamos en la tierra con pie de obra firme por medio de él, elevemos alguna vez los ojos al cielo para contemplarlo.

Sed inoffenso pede iter nostrum in terra agitur, si Deus ac proximus integra mente diligatur. Nec enim Deus vere sine proximo, nec proximus vere diligitur sine Deo. Hinc est quod sicut in alio sermone jam diximus (Supra, homil. 26, num. 3), idem Spiritus secundo legitur discipulis datus, prius a Domino in terra degente, postmodum a Domino coelo praesidente. In terra quippe datur ut diligatur proximus, e coelo vero ut diligatur Deus. Sed cur prius in terra, postmodum e coelo, nisi quod patenter datur intelligi quia, juxta Joannis vocem, Qui fratrem suum non diligit quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? (I Joan. IV, 20.) Diligamus ergo proximum, fratres, amemus eum qui juxta nos est, ut pervenire valeamus ad amorem illius qui super nos est. Meditetur mens in proximo quod exhibeat Deo; ut perfecte mereatur in Deo gaudere cum proximo. Tunc ad illam supernae frequentiae laetitiam perveniemus, de qua nunc sancti Spiritus pignus accepimus. Ad istum finem toto amore tendamus, in quo sine fine laetabimur. Ibi supernorum civium societas sancta; ibi solemnitas certa; ibi requies secura; ibi pax vera, quae nobis jam non relinquitur, sed datur per Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum Patre vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XXXI.

Habita ad populum in basilica sancti Laurentii martyris, Sabbato Quatuor temporum Septembris. LECTIO S. EVANG. SEC. LUC. XIII, 6-13.

In illo tempore, dicebat Jesus turbis similitudinem hanc: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, et venit quaerens fructum in illa, et non invenit. Dixit autem ad cultorem vineae: Ecce anni tres sunt, ex quo venio quaerens fructum in ficulnea hac, et non invenio. Succide ergo illam, ut quid etiam terram occupat? At ille respondens, dicit illi: Domine, dimitte illam et hoc anno, usque dum fodiam circa illam, et mittam cophinum stercoris. Et si quidem fecerit fructum; sin autem, in futurum succides eam. Erat autem docens in synagoga eorum Sabbatis. Et ecce mulier quae habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo, et erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum videret Jesus, vocavit ad se, et ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus; et confestim erecta est, et glorificabat Deum, etc.

Pero nuestro camino se hace con pie firme en la tierra si se ama a Dios y al prójimo con mente íntegra. Pues ni Dios es amado verdaderamente sin el prójimo, ni el prójimo es amado verdaderamente sin Dios. De aquí es que, como ya dijimos en otro sermón (Supra, homilía 26, núm. 3), se lee que el mismo Espíritu fue dado dos veces a los discípulos: primero por el Señor que habitaba en la tierra, después por el Señor que presidía en el cielo. En la tierra, ciertamente, se da para que se ame al prójimo; desde el cielo, para que se ame a Dios. ¿Pero por qué primero en la tierra y después desde el cielo, sino porque se da claramente a entender que, según la voz de Juan: «El que no ama a su hermano, a quien ve, a Dios, a quien no ve, ¿cómo puede amarlo?»? (1 Jn 4, 20). Amemos, pues, al prójimo, hermanos, amemos al que está junto a nosotros, para que podamos llegar al amor de aquel que está sobre nosotros. Medite la mente en el prójimo lo que ha de ofrecer a Dios, para que merezca perfectamente gozar en Dios con el prójimo. Entonces llegaremos a aquella alegría de la celestial concurrencia, de la cual hemos recibido ahora la prenda del Espíritu Santo. Tendamos con todo amor hacia ese fin, en el cual nos alegraremos sin fin. Allí está la sociedad santa de los ciudadanos celestiales; allí la solemnidad cierta; allí el descanso seguro; allí la paz verdadera, que ya no se nos deja, sino que se nos da por nuestro Señor Jesucristo, que con el Padre vive y reina en la unidad del Espíritu Santo, Dios, por todos los siglos de los siglos. Amén.

HOMILÍA XXXI

Tenida ante el pueblo en la basílica de san Lorenzo mártir, el sábado de las Cuatro Témporas de septiembre. LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN LUCAS 13, 6-13.

En aquel tiempo, decía Jesús a las turbas esta parábola: «Un hombre tenía una higuera plantada en su viña, y vino a buscar fruto en ella, y no lo halló. Dijo entonces al viñador: "He aquí que hace tres años que vengo a buscar fruto en esta higuera y no lo halló. Córtala, pues, ¿para qué ha de ocupar también la tierra?". Pero él, respondiendo, le dijo: "Señor, déjala también este año, hasta que cave alrededor de ella y le eche un cesto de estiércol. Y si diere fruto, bien; si no, la cortarás en el futuro». Y estaba enseñando en la sinagoga de ellos los sábados. Y he aquí una mujer que tenía un espíritu de enfermedad desde hacía dieciocho años, y estaba encorvada, y no podía en absoluto mirar hacia arriba. Al verla Jesús, la llamó a sí y le dijo: «Mujer, quedas libre de tu enfermedad». Y le impuso las manos; y al instante se enderezó y glorificaba a Dios, etc.

1. Dominus et Redemptor noster per Evangelium suum aliquando verbis, aliquando rebus loquitur; aliquando aliud verbis, atque aliud rebus; aliquando autem hoc verbis quod rebus. Duas etenim res ex Evangelio, fratres, audistis, ficulneam infructuosam, et mulierem curvam, et utrique rei est pietas impensa. Illud autem dixit per similitudinem, istud egit per exhibitionem. Sed hoc significat ficulnea infructuosa quod mulier inclinata, et hoc ficulnea reservata quod mulier erecta. Dominus vineae tertio venit ad ficulneam, et fructum minime invenit, et mulier quae erecta est decem et octo annis fuerat curva. Hoc autem decem et octo annorum numero signatur, quod tertio dominus vineae ad ficulneam infructuosam venisse perhibetur. Quia ergo praemittendo summatim tota perstrinximus, jam per lectionis ordinem singula disseramus.

2. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua; et venit quaerens fructum in illa, et non invenit. Quid arbor fici, nisi humanam naturam designat? Quid mulier inclinata nisi eamdem naturam significando denuntiat? Quae et bene plantata est sicut ficus, et bene [crea]ta sicut mulier; sed in culpam propria sponte lapsa, neque fructum servat operationis, neque statum rectitudinis. Ad peccatum quippe ex voluntate corruens, quia fructum obedientiae ferre noluit, statum rectitudinis amisit. Quae ad Dei similitudinem condita, dum in sua dignitate non perstitit, quod plantata vel creata fuerat, servare contempsit. Tertio dominus vineae ad ficulneam venit, quia naturam generis humani ante legem, sub lege, sub gratia, exspectando, admonendo, visitando, requisivit.

3. Dixit autem ad cultorem vineae: Ecce anni tres sunt ex quo venio fructum quaerens in ficulnea hac, et non invenio. Venit ante legem, quia per naturalem intellectum quid unusquisque exemplo sui qualiter erga proximum agere debuisset innotuit. Venit in lege, quia praecipiendo docuit. Venit post legem per gratiam, quia pietatis suae praesentiam exhibendo monstravit. Sed tamen in tribus annis fructum se non invenisse conqueritur, quia quorumdam pravorum mentes nec inspirata lex naturalis corrigit, nec praecepta erudiunt, nec incarnationis ejus miracula convertunt. Quid vero per cultorem vineae, nisi praepositorum ordo exprimitur? Qui dum praesunt Ecclesiae, nimirum dominicae vineae curam gerunt. Hujus enim vineae primus cultor Petrus apostolus exstitit. Hunc nos indigni sequimur, in quantum pro eruditione vestra, docendo, deprecando, increpando, laboramus.

1. Nuestro Señor y Redentor habla a través de su Evangelio unas veces con palabras, otras con hechos; a veces una cosa con las palabras y otra con los hechos; pero a veces lo mismo con las palabras que con los hechos. Pues habéis oído dos cosas del Evangelio, hermanos: la higuera infructuosa y la mujer encorvada, y en ambos casos se empleó la piedad. Dijo aquello por medio de una parábola, realizó esto por medio de una demostración. Pero esta higuera infructuosa significa lo mismo que la mujer inclinada, y la higuera reservada lo mismo que la mujer enderezada. El señor de la viña vino por tercera vez a la higuera y no encontró fruto alguno, y la mujer que fue enderezada había estado encorvada durante dieciocho años. Ahora bien, con este número de dieciocho años se significa aquello que se dice, que el señor de la viña vino a la higuera infructuosa por tercera vez. Por tanto, ya que al anticipar hemos tocado sumariamente todas las cosas, discutamos ahora cada una según el orden de la lectura.

6. Sigue: Pero os digo verdaderamente: hay algunos de los que están aquí que no gustarán la muerte hasta que vean el reino de Dios. El reino de Dios, hermanos carísimos, no siempre se llama reino venidero en la sagrada elocuencia, sino que a veces se llama así a la Iglesia presente. De donde está escrito: Enviará el Hijo del hombre a sus ángeles, y recogerán de su reino todos los escándalos (Mt 13, 41). Pues en aquel reino no habrá escándalos, donde ciertamente los reprobados no son admitidos. Por cuyo ejemplo evidentemente se colige que en este lugar se llama reino de Dios a la Iglesia presente. Y porque algunos de los discípulos habían de vivir en el cuerpo hasta que vieran la Iglesia de Dios construida y erigida contra la gloria de este mundo, se dice ahora con promesa consolatoria: Hay algunos de los que están aquí que no gustarán la muerte hasta que vean el reino de Dios. Pero cuando el Señor daba tan grandes preceptos de sufrir la muerte, ¿por qué fue necesario que llegara súbitamente a esta promesa? Si atendemos a esto sutilmente, reconocemos con cuánta dispensación de piedad se actúa. Pues a los discípulos rudos (rudibus) también se les debía prometer algo de la vida presente, para que pudieran consolidarse con más robustez en la futura. Así, al pueblo israelita que había de ser liberado de la tierra de Egipto se le promete la tierra de promisión, y cuando había de ser llamado a los dones celestiales, se le persuade con promesas terrenas. ¿Por qué esto? ¿Para que, mientras hubiera algo que percibiera de cerca, creyera ya con más fidelidad aquello que hubiera podido oír de lejos? Pues el pueblo carnal, si no recibía cosas pequeñas, no creería las grandes. Dios omnipotente, por tanto, al otorgar cosas terrenas, persuade hacia las celestiales, para que percibiendo lo que veía, aprendiera a esperar lo que no veía en absoluto; y se hiciera tanto más sólido respecto a lo invisible cuanto las promesas visibles lo apoyaran para la certeza de la esperanza. De donde rectamente se dice también por el Salmista: Les dio las regiones de las gentes, y poseyeron los trabajos de los pueblos, para que guarden sus justificaciones y busquen su ley (Sal 104, 44. 45). Así pues, en este lugar la Verdad hablando a los discípulos rudos, promete que se verá el reino de Dios en la tierra, para que esto sea presumido por ellos con más fidelidad en el cielo. De ese mismo reino que ya vemos que ha sido sublimado en el mundo, esperemos el reino que creemos que se ha de percibir en el cielo. Pues hay algunos que son censados con el nombre de cristianismo, pero no tienen la fe del cristianismo. Estiman que solo existen las cosas visibles, no apetecen las invisibles, porque ni siquiera sospechan que existan. Estamos ante los cuerpos de los santos mártires, hermanos míos. ¿Acaso estos entregarían su carne a la muerte si no les hubiera constado ciertísimamente que existe la vida por la que debían morir? And he aquí que los que así creyeron, resplandecen (coruscant) con milagros. Pues a sus cuerpos extintos vienen los enfermos vivos y son sanados, vienen los perjuros y son vejados por el demonio, vienen los endemoniados y son liberados. ¿Cómo, pues, viven allí donde viven, si viven en tantos milagros aquí donde están muertos?

7. Rem, fratres, dico brevem verbo, sed non parvam merito, quam religiosis quibusdam senioribus narrantibus agnovi. Gothorum tempore matrona quaedam fuit valde religiosa, quae ad horum martyrum ecclesiam crebro veniebat. Quadam die dum ex more ad orandum venisset, egrediens, duos stantes sub peregrino habitu monachos invenit, peregrinos credidit, dari eis aliquid eleemosynae praecepit. Sed priusquam ejus erogator eis ad largiendam eleemosynam propinquasset, astiterunt illi vicinius, et dixerunt: Tu nos modo visitas, nos te in die judicii requiremus, et quidquid possumus, praestabimus tibi. Quo dicto, ab oculis ejus ablati sunt. Territa illa ad orandum rediit, seseque in lacrymis prolixius effudit. Et facta est post hoc tanto instantior in prece, quanto certior de promissione. Si autem, juxta Pauli vocem, Fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium (Hebr. XI, 1), nequaquam jam dicimus ut venturam vitam credatis, quia ecce ipsi qui in illa vivunt, humanis obtutibus visibiliter praesentantur. Quod enim videri potest, melius dicitur sciri, quam credi. Venturam ergo vitam nos Dominus magis voluit scire, quam credere, qui eos quos invisibiliter recipit, apud se vivere nobis etiam visibiliter ostendit.

8. Hos ergo, fratres charissimi, in causa vestri examinis, quam cum districto judice habetis, patronos facite, hos in die tanti terroris illius defensores adhibete. Certe si apud quemdam magnum judicem causa quaelibet vestra esset die crastino ventilanda, totus hodiernus dies in cogitatione duceretur, patronum vestra fraternitas quaereret, magnis precibus ageret ut apud tantum judicem sibi defensor veniret. Ecce districtus judex Jesus venturus est, tanti illius angelorum archangelorumque concilii terror adhibetur. In illo conventu causa nostra discutitur, et tamen nos patronos modo non quaerimus, quos tunc defensores habeamus. Adsunt defensores nostri sancti martyres, rogari volunt, atque, ut ita dixerim, quaerunt, ut quaerantur. Hos ergo adjutores vestrae orationis quaerite, hos protectores vestri reatus invenite, quia ne punire peccatores debeat, rogari vult et ipse qui judicat. Unde et tam longo tempore comminatur iram, et tamen misericorditer exspectat. Sic autem nos et misericordia ejus refoveat, ut nullo modo negligentes reddat. Sic peccata nostra perturbent, ut mens in desperationem non prorumpat, quia etsi praesumentes metuimus, et metuentes speramus, aeternum regnum citius adepturi sumus, per eum qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

7. Cuento una cosa, hermanos, breve en palabras, pero no pequeña en mérito, que conocí por el relato de algunos ancianos religiosos. En el tiempo de los godos hubo una matrona muy religiosa que venía frecuentemente a la iglesia de estos mártires. Un día, habiendo venido según la costumbre a orar, al salir encontró a dos monjes que estaban allí bajo hábito de peregrino (peregrino habitu); creyó que eran peregrinos y mandó que se les diera algo de limosna (eleemosynae). Pero antes de que su encargado se hubiera acercado a ellos para otorgar la limosna, se le acercaron más y dijeron: «Tú nos visitas ahora, nosotros te buscaremos en el día del juicio y, en cuanto podamos, te favoreceremos». Dicho esto, desaparecieron de sus ojos. Ella, aterrorizada, volvió a orar y se derramó más largamente en lágrimas. Y después de esto se hizo tanto más insistente en la oración cuanto más segura estaba de la promesa. Pero si, según la voz de Pablo, la fe es la sustancia de las cosas que se esperan, el argumento de las que no aparecen (Heb 11, 1), ya no decimos de ningún modo que creáis en la vida venidera, porque he aquí que ellos mismos, que viven en ella, se presentan visiblemente a las miradas humanas. Pues lo que puede verse, mejor se dice que se sabe que se cree. El Señor, por tanto, quiso que conociéramos la vida venidera más que creerla, él que nos muestra también visiblemente que viven con él aquellos a quienes recibe invisiblemente.

8. A estos, pues, hermanos carísimos, hacedlos vuestros patronos (patronos) en la causa de vuestro examen, la cual tenéis ante el juez severo (districto judice); emplead a estos como defensores en el día de aquel terror tan grande. Ciertamente, si mañana se hubiera de ventilar una causa vuestra cualquiera ante algún gran juez, todo el día de hoy se pasaría en pensamientos, vuestra fraternidad buscaría un patrono y actuaría con grandes ruegos para que le viniera un defensor ante tan gran juez. He aquí que el juez severo, Jesús, va a venir; se aplica el terror de aquel consejo tan grande de ángeles y arcángeles. En aquella asamblea se discute nuestra causa, y sin embargo ahora no buscamos patronos que tengamos entonces como defensores. Están presentes nuestros defensores, los santos mártires; quieren ser rogados y, por así decirlo, buscan ser buscados. Buscad, pues, a estos como ayudantes de vuestra oración, hallad a estos como protectores de vuestra culpa (reatus), porque para no tener que castigar a los pecadores, también quiere ser rogado aquel mismo que juzga. De donde también durante tanto tiempo amenaza con la ira y, sin embargo, espera misericordiosamente. Pero de tal modo nos reconforte su misericordia que no nos vuelva negligentes de ningún modo. De tal modo nos perturben nuestros pecados que la mente no prorrumpa en la desesperación, porque aunque presumiendo tememos, y temiendo esperamos, pronto hemos de alcanzar el reino eterno, por aquel que vive y reina con el Padre en la unidad del Espíritu Santo, Dios, por todos los siglos de los siglos. Amén.

HOMILIA XXXIII.

Habita ad populum in basilica sancti Clementis, feria sexta Quatuor temporum Septembris. LECTIO S. EVANG. SEC. LUC. VII, 36-50.

In illo tempore, rogabat Jesum quidam Pharisaeus ut manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisaei, discubuit. Et ecce mulier, quae erat in civitate peccatrix, ut cognovit quod Jesus accubuisset in domo Pharisaei, attulit alabastrum unguenti, et stans retro secus pedes ejus, lacrymis coepit rigare pedes ejus, et capillis capitis sui tergebat, et osculabatur pedes ejus, et unguento ungebat. Videns autem Pharisaeus qui vocaverat eum, ait intra se, dicens: Hic, si esset propheta, sciret utique quae et qualis est mulier quae tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens Jesus, dixit ad illum; Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erant cuidam feneratori: unus debebat denarios quingentos, et alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donavit utrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon, dixit: Aestimo quia is cui plus donavit. At ille dixit ei: Recte judicasti. Et conversus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti; haec autem lacrymis suis rigavit pedes meos, et capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti, haec autem ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti, haec autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata tua. Et coeperunt qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te salvam fecit, vade in pace.

1. Cogitanti mihi de Mariae poenitentia, flere magis libet quam aliquid dicere. Cujus enim vel saxeum pectus illae hujus peccatricis lacrymae ad exemplum poenitendi non emolliant? Consideravit namque quid fecit, et noluit moderari quid faceret. Super convivantes ingressa est, non jussa venit, inter epulas lacrymas obtulit. Discite quo dolore ardet, quae flere et inter epulas non erubescit. Hanc vero quam Lucas peccatricem mulierem, Joannes Mariam nominat, illam esse Mariam credimus de qua Marcus septem daemonia ejecta fuisse testatur.

HOMILÍA XXXIII

Tenida ante el pueblo en la basílica de san Clemente, el viernes de las Cuatro Témporas de septiembre. LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN LUCAS 7, 36-50.

En aquel tiempo, un fariseo rogó a Jesús que comiera con él. Y entrando en la casa del fariseo, se sentó a la mesa (discubuit). Y he aquí que una mujer, que era pecadora en la ciudad, al saber que Jesús se había sentado a la mesa en casa del fariseo, trajo un alabastro de ungüento (alabastrum unguenti), y estando detrás junto a sus pies, comenzó a regar sus pies con lágrimas, y los enjugaba con los cabellos de su cabeza, y besaba sus pies, y los ungía con el ungüento. Al ver esto el fariseo que le había invitado, dijo para sí: «Este, si fuera profeta, sabría ciertamente quién y qué clase de mujer es la que le toca, porque es una pecadora». Y respondiendo Jesús, le dijo: «Simón, tengo algo que decirte». Y él dijo: «Maestro, di». Un prestamista tenía dos deudores: uno le debía quinientos denarios y el otro cincuenta. No teniendo ellos con qué pagar, perdonó a ambos. ¿Quién de ellos, pues, le amará más? Respondiendo Simón, dijo: «Estimo que aquel a quien más perdonó». Y él le dijo: «Rectamente has juzgado». Y vuelto hacia la mujer, dijo a Simón: «¿Ves a esta mujer?» Entré en tu casa, no me diste agua para mis pies; ella, en cambio, ha regado mis pies con sus lágrimas y los ha enjugado con sus cabellos. No me diste un beso; ella, en cambio, desde que entró, no ha cesado de besar mis pies. No ungiste mi cabeza con aceite; ella, en cambio, ha ungido mis pies con ungüento. Por lo cual te digo: sus muchos pecados le son perdonados, porque ha amado mucho. Pero a quien menos se le perdona, menos ama. Y dijo a ella: «Tus pecados te son perdonados». Y comenzaron los que estaban a la mesa con él a decir para sí: «¿Quién es este que incluso perdona pecados?» Y dijo a la mujer: «Tu fe te ha salvado; vete en paz».

1. Al pensar en la penitencia de María, me dan más ganas de llorar que de decir nada. ¿Pues el pecho de quién, aunque fuera de piedra, no ablandarían aquellas lágrimas de esta pecadora para ejemplo de penitencia? Pues consideró lo que había hecho, y no quiso moderar lo que hacía. Entró entre los que comían, vino sin ser llamada, ofreció lágrimas en medio del banquete. Aprendad con qué dolor arde la que no se avergüenza de llorar incluso en medio del banquete. A esta que Lucas llama mujer pecadora, y Juan nombra María, creemos que es aquella María de la cual Marcos atestigua que fueron expulsados siete demonios.

Et quid per septem daemonia, nisi universa vitia designantur? Quia enim septem diebus omne tempus comprehenditur, recte septenario numero universitas figuratur. Septem ergo daemonia Maria habuit, quae universis vitiis plena fuit. Sed ecce quia turpitudinis suae maculas aspexit, lavanda ad fontem misericordiae cucurrit, convivantes non erubuit. Nam quia semetipsam graviter erubescebat intus, nihil esse credidit quod verecundaretur foris. Quid ergo miramur, fratres, Mariam venientem, an Dominum suscipientem? Suscipientem dicam, an trahentem? dicam melius, trahentem et suscipientem, quia nimirum ipse eam per misericordiam traxit intus, qui per mansuetudinem suscepit foris. Sed jam textum sancti Evangelii percurrentes, ipsum quoque ordinem quo venerit sananda, videamus.

2. Attulit alabastrum unguenti, et stans retro secus pedes Jesu, lacrymis coepit rigare pedes ejus, et capillis capitis sui tergebat, et osculabatur pedes ejus, et unguento ungebat. Liquet, fratres, quod illicitis actibus prius mulier intenta unguentum sibi pro odore suae carnis adhibuit. Quod ergo sibi turpiter exhibuerat, hoc jam Deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena concupierat, sed hos jam per poenitentiam conterens flebat. Capillos ad compositionem vultus exhibuerat, sed jam capillis lacrymas tergebat. Ore superba dixerat, sed pedes Domini osculans, hoc in Redemptoris sui vestigia figebat. Quot ergo in se habuit oblectamenta, tot de se invenit holocausta. Convertit ad virtutum numerum criminum, ut totum serviret Deo in poenitentia, quidquid ex se Deum contempserat in culpa.

3. Sed hoc Pharisaeus intuens despicit, et non solum venientem peccatricem mulierem, sed etiam suscipientem Dominum reprehendit, dicens intra se: Hic, si esset propheta, sciret utique quae et qualis est mulier quae tangit eum, quia peccatrix est. Ecce Pharisaeus veraciter apud se superbus, et fallaciter justus, aegram reprehendit de aegritudine, medicum de subventione, qui ipse quoque de elationis vulnere aegrotabat, et ignorabat. Inter duos autem aegros medicus aderat; sed unus aeger in febre integrum sensum tenebat, alter vero in febre carnis et sensum perdiderat mentis.

¿Y qué se designa por los siete demonios sino todos los vicios? Porque como en siete días se comprende todo el tiempo, rectamente se figura la totalidad por el número siete. María, pues, tuvo siete demonios, la que estuvo llena de todos los vicios. Pero he aquí que, porque vio las manchas de su fealdad, corrió a lavarse a la fuente de la misericordia, no se avergonzó ante los comensales. Pues porque se avergonzaba gravemente de sí misma por dentro, creyó que no había nada de qué avergonzarse por fuera. ¿Qué nos admiramos, pues, hermanos, de que María venga, o de que el Señor la reciba? ¿Diré que la recibe o que la atrae? Diré mejor, que la atrae y la recibe, porque sin duda él mismo la atrajo por dentro mediante la misericordia, él que la recibió por fuera mediante la mansedumbre (mansuetudinem). Pero ya recorriendo el texto del santo Evangelio, veamos también el orden mismo por el cual vino para ser sanada.

2. Trajo un alabastro de ungüento, y estando detrás junto a los pies de Jesús, comenzó a regar sus pies con lágrimas, y los enjugaba con los cabellos de su cabeza, y besaba sus pies, y los ungía con el ungüento. Está claro, hermanos, que la mujer que antes estaba entregada a actos ilícitos había empleado el ungüento para sí para el olor de su carne. Lo que, pues, se había exhibido torpemente para sí, eso lo ofrecía ya laudablemente a Dios. Había deseado cosas terrenas con los ojos, pero ahora quebrantándolos por la penitencia lloraba. Había exhibido los cabellos para el arreglo de su rostro, pero ahora enjugaba las lágrimas con sus cabellos. Había dicho cosas soberbias con la boca, pero besando los pies del Señor, fijaba esto en las huellas de su Redentor. Cuantos deleites tuvo en sí, tantos holocaustos (holocausta) encontró de sí misma. Convirtió el número de sus crímenes al número de virtudes, para que sirviera todo a Dios en la penitencia, todo lo que de sí misma había despreciado a Dios en la culpa.

3. Pero el fariseo, al ver esto, la desprecia, y no solo reprende a la mujer pecadora que viene, sino también al Señor que la recibe, diciendo para sí: «Este, si fuera profeta, sabría ciertamente quién y qué clase de mujer es la que le toca, porque es una pecadora». He aquí que el fariseo, verdaderamente soberbio para consigo y falsamente justo, reprende a la enferma por su enfermedad y al médico por su socorro; él que también estaba enfermo por la herida de la elación, y lo ignoraba. Pero entre dos enfermos estaba presente el médico; pero una enferma mantenía íntegro su sentido en la fiebre, mientras que el otro en la fiebre de la carne había perdido el sentido de la mente.

Illa quippe flebat quod fecerat; Pharisaeus autem de falsa justitia elatus, vim suae invaletudinis exaggerabat. In aegritudine ergo et sensum perdiderat, qui hoc ipsum quoque, quod a salute longe esset, ignorabat. Sed inter haec nos gemitus cogit quosdam nostri ordinis viros intueri, qui, sacerdotali officio praediti, si quid fortasse juste exterius vel tenuiter egerint, protinus subjectos despiciunt, et peccatores quosque in plebe positos dedignantur, eisque compati culpam suam confitentibus nolunt, ac, velut Pharisaei more a peccatrice muliere tangi despiciunt. Quae profecto mulier si ad Pharisaei pedes venisset, nimirum calcibus repulsa discederet. Inquinari enim se alieno peccato crederet. Sed quia hunc vera justitia non replebat, de alieno vulnere aegrotabat. Unde semper necesse est ut cum peccatores quosque conspicimus, nosmetipsos prius in illorum calamitate defleamus, quia fortasse in similibus aut lapsi sumus, aut labi possumus, si lapsi non sumus. Et si censura magisterii debet semper virtute disciplinae vitia persequi, oportet tamen ut sollicite discernamus quia districtionem debemus vitiis, compassionem naturae. Si enim feriendus est peccator, nutriendus est proximus. Cum vero jam per poenitentiam percutit ipse quod fecit, jam noster proximus peccator non est, quia cum Dei se justitia contra se dirigit, et hoc in se punit, quod justitia divina reprehendit.

4. Sed jam iste superbus et arrogans qua sententia convincatur audiamus. De duobus quippe ei debitoribus paradigma opponitur, quorum unus minus, et alius amplius debet; utrorumque debito dimisso, quis amplius largitorem debiti diligat, interrogatur. Quibus verbis protinus ille respondit: Ille plus diligit cui plus dimittitur. Qua in re notandum est quia dum sua sententia Pharisaeus convincitur, quasi phreneticus funem portat ex quo ligetur. Enumerantur ei bona peccatricis, enumerantur mala falsi justi, cum dicitur: Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti; haec autem lacrymis rigavit pedes meos, et capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti; haec autem ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti; haec autem unguento unxit pedes meos. Post enumerationem vero subinfertur sententia: Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Quid, fratres mei, esse dilectionem credimus, nisi ignem? et quid culpam, nisi rubiginem?

Ella, en efecto, lloraba por lo que había hecho; pero el fariseo, envanecido por una falsa justicia, exageraba la fuerza de su propia invalidez. En su enfermedad, pues, también había perdido el sentido, él que ignoraba incluso esto mismo: que estaba lejos de la salud. Pero entre estas cosas, un gemido nos obliga a mirar a ciertos hombres de nuestro orden, quienes, dotados del oficio sacerdotal (sacerdotali officio), si acaso han hecho algo justamente en lo exterior, aunque sea tenuemente, al punto desprecian a sus súbditos y se dignan de menos a todos los pecadores que se encuentran entre el pueblo, y no quieren compadecerse de ellos cuando confiesan su culpa y, como al modo del fariseo, desprecian ser tocados por una mujer pecadora. Esta mujer, por cierto, si hubiera venido a los pies del fariseo, sin duda se habría marchado rechazada a puntapiés. Pues creería que él se mancharía con el pecado ajeno. Pero porque una verdadera justicia no le llenaba, estaba enfermo por la herida ajena. Por lo cual siempre es necesario que, cuando contemplamos a cualquier pecador, nos lloremos primero a nosotros mismos en la calamidad de aquel, porque tal vez en cosas semejantes o hemos caído, o podemos caer si no hemos caído. Y si la censura del magisterio debe siempre perseguir los vicios con la virtud de la disciplina, conviene, sin embargo, que discernamos solícitamente que debemos severidad (districtionem) a los vicios, pero compasión a la naturaleza. Pues si el pecador ha de ser herido, el prójimo ha de ser nutrido. Pero cuando ya por la penitencia él mismo golpea lo que hizo, ya nuestro prójimo no es pecador, porque cuando dirige la justicia de Dios contra sí mismo, también castiga en sí lo que la justicia divina reprende.

4. Pero oigamos ya por qué sentencia es convencido aquel hombre soberbio y arrogante. Pues se le opone un paradigma (paradigma) de dos deudores, de los cuales uno debe menos y el otro más; perdonada la deuda de ambos, se le pregunta quién de ellos ama más al otorgante de la condonación. A cuyas palabras respondió él al punto: «Aquel ama más a quien más se le perdona». En lo cual ha de notarse que, mientras el fariseo es convencido por su propia sentencia, como un frenético (phreneticus) lleva la cuerda con la que ha de ser atado. Se le enumeran los bienes de la pecadora, se le enumeran los males del falso justo, cuando se dice: «Entré en tu casa, no me diste agua para mis pies; ella, en cambio, ha regado mis pies con sus lágrimas y los ha enjugado con sus cabellos.» No me diste un beso; ella, en cambio, desde que entró, no ha cesado de besar mis pies. No ungiste mi cabeza con aceite; ella, en cambio, ha ungido mis pies con ungüento. Tras la enumeración se añade la sentencia: «Por lo cual te digo: sus muchos pecados le son perdonados, porque ha amado mucho». ¿Qué creemos, hermanos míos, que es el amor (dilectionem) sino un fuego? ¿Y qué es la culpa sino el moho (rubiginem)?

Unde nunc dicitur: Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Ac si aperte diceretur: Incendit plene peccati rubiginem, quia ardet valide per amoris ignem. Tanto namque amplius peccati rubigo consumitur, quanto peccatoris cor magno charitatis igne concrematur. Ecce ea quae ad medicum venerat aegra sanata est, sed de salute ejus adhuc alii aegrotant. Nam simul discumbentes conquesti sunt, intra se dicentes: Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Sed coelestis medicus aegros non despicit, quos etiam de medicamento fieri deteriores videt. Eam autem quam sanaverat per pietatis suae sententiam confirmat, dicens: Fides tua te salvam fecit, vade in pace. Fides etenim salvam fecit, quia hoc quod petiit posse se accipere non dubitavit. Sed ipsam quoque spei certitudinem jam ab illo acceperat, a quo per spem etiam salutem quaerebat. In pace autem ire praecipitur, ut a veritatis itinere in viam scandali ulterius non derivetur. Unde et per Zachariam dicitur: Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis (Luc. I, 79). Tunc enim gressus nostros in viam pacis dirigimus, quando per illud actionum iter pergimus, in quo ab auctoris nostri gratia non discordamus.

5. Haec, fratres charissimi, historica expositione transcurrimus; nunc vero, si placet, ea quae dicta sunt mystico intellectu disseramus. Quem namque Pharisaeus de falsa justitia praesumens nisi Judaicum populum, quem peccatrix mulier, sed ad vestigia Domini veniens et plorans, nisi conversam gentilitatem designat? Quae cum alabastro venit, unguentum fudit, retro secus pedes Domini stetit, lacrymis pedes rigavit, capillis tersit, eosdemque quos infundebat et tergebat, pedes osculari non desiit. Nos ergo, nos illa mulier expressit, si toto corde ad Dominum post peccata redeamus, si ejus poenitentiae luctus imitemur. Quid namque unguento, nisi bonae odor opinionis exprimitur? Unde et Paulus dicit: Christi bonus odor sumus Deo in omni loco (II Cor. II, 15). Si igitur recta opera agimus, quibus opinionis bonae odore Ecclesiam respergamus, quid in Domini corpore nisi unguentum fundimus? Sed secus pedes Jesu mulier stetit. Contra pedes enim Domini stetimus cum, in peccatis positi, ejus itineribus retinebamur.

De donde ahora se dice: «Sus muchos pecados le son perdonados, porque ha amado mucho». Como si se dijera abiertamente: Incendió plenamente el moho del pecado, porque arde fuertemente por el fuego del amor. Pues tanto más se consume el moho del pecado cuanto más el corazón del pecador se quema con el gran fuego de la caridad. He aquí que aquella que había venido enferma al médico es sanada, pero de su salud otros enferman todavía. Pues los que estaban a la mesa juntos se quejaron, diciendo para sí: «¿Quién es este que incluso perdona pecados?» Pero el médico celestial no desprecia a los enfermos, incluso a los que ve volverse peores por el medicamento. A aquella que había sanado la confirma por la sentencia de su piedad, diciendo: «Tu fe te ha salvado; vete en paz». Pues la fe la salvó porque no dudó de que podía recibir lo que pedía. Pero ya de aquel mismo había recibido esa misma certeza de la esperanza, de quien por la esperanza buscaba también la salud. Pero se le manda ir en paz para que no se desvíe más del camino de la verdad hacia la vía del escándalo. Por lo cual se dice también a través de Zacarías: «Para dirigir nuestros pies al camino de la paz» (Lc 1, 79). Pues entonces dirigimos nuestros pasos al camino de la paz cuando caminamos por aquel itinerario de acciones en el cual no discordamos de la gracia de nuestro Autor.

5. Estas cosas, hermanos carísimos, las hemos recorrido mediante la exposición histórica; pero ahora, si os place, tratemos aquellas cosas que han sido dichas mediante el sentido místico (mystico intellectu). ¿A quién, en efecto, designa el fariseo que presume de una falsa justicia, sino al pueblo judaico? ¿Y a quién la mujer pecadora, pero que viene a las huellas del Señor y llora, sino a la gentilidad (gentilitatem) convertida? La cual vino con el alabastro, derramó el ungüento, estuvo detrás junto a los pies del Señor, regó sus pies con lágrimas, los enjugó con sus cabellos, y no cesó de besar esos mismos pies que regaba y enjugaba. Nosotros, pues, nosotros somos los que aquella mujer expresó, si con todo el corazón volvemos al Señor tras los pecados, si imitamos los lutos de su penitencia. ¿Pues qué se expresa por el ungüento sino el olor de la buena fama (bonae odor opinionis)? De donde también dice Pablo: «Olor de Cristo somos para Dios en todo lugar» (2 Cor 2, 15). Si, pues, hacemos obras rectas con las cuales rociemos la Iglesia con el olor de la buena fama, ¿qué derramamos sobre el cuerpo del Señor sino ungüento? Pero la mujer estuvo junto a los pies de Jesús. Pues estuvimos contra los pies del Señor cuando, puestos en pecados, éramos retenidos lejos de sus caminos.

Sed si ad veram poenitentiam post peccata convertimur, jam retro secus pedes stamus, quia ejus vestigia sequimur quem impugnabamus. Lacrymis mulier pedes ejus rigat. Quod nos quoque veraciter agimus, si quibuslibet ultimis membris Domini per compassionis affectum inclinamur, si sanctis ejus in tribulatione compatimur, si eorum tristitiam nostram putamus. Capillis mulier pedes quos rigaverat tersit. Capilli quippe superfluunt corpori. Et quid abundans terrena substantia, nisi capillorum speciem tenet? Quae dum ad usum necessitatis superfluit, etiam abscissa non sentit. Capillis ergo pedes Domini tergimus, quando sanctis ejus, quibus ex charitate compatimur, etiam ex his quae nobis superfluunt, miseremur, quatenus sic mens per compassionem doleat, ut etiam larga manus affectum doloris ostendat. Rigat namque lacrymis Redemptoris pedes, sed capillis suis non tergit, qui utcunque proximorum dolori compatitur, sed tamen eis ex his quae sibi superfluunt non miseretur. Plorat et non tergit, qui verba quidem doloris tribuit, sed non ministrando quae desunt vim doloris minime abscidit. Osculatur mulier pedes quos tergit. Quod nos quoque plene agimus, si studiose diligimus quos ex largitate continemus, ne gravis nobis sit necessitas proximi, ne ipsa nobis ejus indigentia quae sustentatur fiat onerosa, et cum manus necessaria tribuit, animus a dilectione torpescat.

6. Potest quoque per pedes ipsum mysterium incarnationis ejus intelligi, quo divinitas terram tetigit, quia carnem sumpsit. Verbum enim caro factum est, et habitavit in nobis (Joan. I, 14). Osculamur ergo Redemptoris pedes, cum mysterium incarnationis ejus ex toto corde diligimus. Unguento pedes ungimus, cum ipsam humanitatis ejus potentiam sacri eloquii bona opinione praedicamus. Sed hoc Pharisaeus videt et invidet, quia cum Judaicus populus gentilitatem Deum praedicare conspicit, sua apud se malitia tabescit. Sed Redemptor noster facta ejusdem mulieris quasi bona gentilitatis enumerat, ut in quo malo Judaicus populus jaceat agnoscat. Nam sic Pharisaeus retunditur, ut per eum, sicut, diximus, perfidus ille populus ostendatur. Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, haec autem lacrymis rigavit pedes meos. Aqua quippe extra nos est, lacrymarum humor intra nos, quia videlicet infidelis ille populus nec ea quae extra se erant unquam pro Domino tribuit; conversa autem gentilitas pro eo non solum rerum substantiam, sed etiam sanguinem fudit.

Pero si nos convertimos a la verdadera penitencia tras los pecados, ya estamos detrás junto a sus pies, porque seguimos las huellas de aquel a quien impugnábamos. La mujer regó sus pies con lágrimas. Lo cual nosotros también hacemos verazmente si nos inclinamos hacia cualesquiera de los últimos miembros del Señor mediante el afecto de la compasión, si nos compadecemos de sus santos en la tribulación, si consideramos su tristeza como nuestra. La mujer enjugó con sus cabellos los pies que había regado. Los cabellos, por cierto, son superfluos al cuerpo. ¿Y qué es la abundante sustancia terrena sino que mantiene la apariencia de los cabellos? La cual, mientras es superflua para el uso de la necesidad, incluso cortada no siente. Con los cabellos, pues, enjugamos los pies del Señor cuando nos compadecemos de sus santos, a quienes amamos por caridad, incluso de aquellas cosas que nos son superfluas, de modo que así duela la mente por la compasión, que también la mano generosa muestre el afecto del dolor. Pues riega con lágrimas los pies del Redentor, pero no los enjuga con sus cabellos, aquel que de algún modo se compadece del dolor de los prójimos, pero sin embargo no se compadece de ellos con aquellas cosas que le sobran. Llora y no enjuga aquel que otorga ciertamente palabras de dolor, pero no ministrando lo que falta, no corta mínimamente la fuerza del dolor. La mujer besa los pies que enjuga. Lo cual nosotros también hacemos plenamente si amamos estudiosamente a aquellos a quienes sostenemos por generosidad, para que no nos sea pesada la necesidad del prójimo, para que esa misma indigencia suya que es sustentada no se nos vuelva onerosa y, mientras la mano otorga lo necesario, el ánimo se entorpezca en el amor.

6. También puede entenderse por los pies el misterio mismo de su encarnación (mysterium incarnationis), por el cual la divinidad tocó la tierra, porque tomó carne. «El Verbo se hizo carne y habitó entre nosotros» (Jn 1, 14). Besamos, pues, los pies del Redentor cuando amamos con todo el corazón el misterio de su encarnación. Ungimos los pies con ungüento cuando predicamos esa misma potencia de su humanidad con la buena fama del elocuencia sagrada. Pero el fariseo ve esto y tiene envidia, porque cuando el pueblo judaico contempla a la gentilidad (gentilitatem) predicando a Dios, se consume en su propia malicia. Pero nuestro Redentor enumera los hechos de esa misma mujer como los bienes de la gentilidad, para que el pueblo judaico reconozca en qué mal yace. Pues de tal modo es rechazado el fariseo que a través de él, como hemos dicho, se muestra a aquel pueblo pérfido. «Entré en tu casa, no me diste agua para mis pies; ella, en cambio, ha regado mis pies con lágrimas». El agua, por cierto, está fuera de nosotros, el humor de las lágrimas dentro de nosotros, porque a saber, aquel pueblo infiel ni siquiera aquellas cosas que estaban fuera de sí otorgó jamás por el Señor; pero la gentilidad convertida derramó por él no solo la sustancia de las cosas, sino también su sangre.

Osculum mihi non dedisti; haec autem ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos. Osculum quippe dilectionis est signum. Et infidelis ille populus Deo osculum non dedit, quia ex charitate eum amare noluit, cui ex timore servivit. Vocata autem gentilitas Redemptoris sui vestigia osculari non cessat, quia in ejus amore continuo suspirat. Unde et sponsae voce de eodem Redemptore suo in Canticis canticorum dicitur: Osculetur me osculo oris sui (Cant. I, 7). Osculum recte conditoris sui desiderat, quae se ei obsequi per amorem parat. Oleo caput meum non unxisti. Si pedes Domini mysterium incarnationis ejus accipimus, congrue per caput illius ipsa divinitas designatur. Unde et per Paulum dicitur: Caput Christi, Deus (I Cor. XI, 3). In Deo quippe, et non in se quasi in homine, credere Judaicus populus fatebatur. Sed Pharisaeo dicitur, Oleo caput meum non unxisti, quia ipsam quoque divinitatis ejus potentiam, in qua se Judaicus populus credere spopondit, digna laude praedicare neglexit. Haec autem unguento unxit pedes meos, quia dum incarnationis ejus mysterium gentilitas credidit, summa laude etiam ejus ima praedicavit. Sed jam Redemptor noster enumerata bona concludit, cum per sententiam subdit: Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Ac si aperte dicat: Et si durum est valde quod coquitur, abundat tamen amoris ignis quo etiam dura consumantur.

7. Libet inter haec considerationem tantae pietatis intueri. Peccatricis mulieris opera, sed poenitentis, qua aestimatione Veritas apud se servat, quae ejus adversario sub tanta distributione enumerat. Ad Pharisaei prandium Dominus discumbebat, sed apud poenitentem mulierem mentis epulis delectabatur. Apud Pharisaeum Veritas pascebatur foris, apud peccatricem mulierem, sed tamen conversam, pascebatur intus. Unde et ei sancta Ecclesia, quem sub specie hinnuli cervorum quaerit, in Canticis canticorum dicit: Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie (Cant. I, 6). Cervorum quippe hinnulus Dominus appellatur, juxta assumptam carnem antiquorum filius patrum. Ferventior vero in meridie aestus ardescit, et umbrosum locum hinnulus quaerit, quem aestus igne non afficit. In illis ergo cordibus Dominus requiescit, quae amor praesentis saeculi non incendit, quae carnis desideria non exurunt, quae incensa suis anxietatibus in hujus mundi concupiscentiis non arescunt. Unde et Mariae dicitur: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi (Luc. I, 35).

«No me diste un beso; ella, en cambio, desde que entró, no ha cesado de besar mis pies». El beso, por cierto, es signo de amor (dilectionis). Y aquel pueblo infiel no dio el beso a Dios, porque no quiso amar por caridad a aquel a quien sirvió por temor. Pero la gentilidad llamada no cesa de besar las huellas de su Redentor, porque suspira continuamente en su amor. De donde también se dice en el Cantar de los Cantares por la voz de la esposa acerca de ese mismo Redentor suyo: «Béseme con el beso de su boca» (Cant 1, 2). Rectamente desea el beso de su Creador la que se prepara para obedecerle por amor. «No ungiste mi cabeza con aceite». Si tomamos los pies del Señor como el misterio de su encarnación, congruentemente se designa por su cabeza la divinidad misma. De donde también dice Pablo: «La cabeza de Cristo es Dios» (1 Cor 11, 3). En Dios, en efecto, y no en él como hombre, profesaba creer el pueblo judaico. Pero se dice al fariseo: «No ungiste mi cabeza con aceite», porque descuidó predicar con digna alabanza incluso esa misma potencia de su divinidad en la que el pueblo judaico prometió creer. «Ella, en cambio, ha ungido mis pies con ungüento», porque mientras la gentilidad creyó el misterio de su encarnación, predicó con suma alabanza incluso sus partes ínfimas. Pero ya nuestro Redentor concluye los bienes enumerados cuando añade mediante su sentencia: «Por lo cual te digo: sus muchos pecados le son perdonados, porque ha amado mucho». Como si dijera abiertamente: Y si es muy duro lo que se cuece, abunda sin embargo el fuego del amor por el cual incluso las cosas duras se consumen.

7. Es grato considerar entre estas cosas una piedad tan grande. Con qué estimación guarda la Verdad en sí las obras de la mujer pecadora, pero penitente, las cuales enumera a su adversario bajo tan gran distribución. El Señor estaba a la mesa (discumbebat) para el convite del fariseo, pero se deleitaba con los banquetes de la mente en la mujer penitente. En casa del fariseo, la Verdad se alimentaba por fuera; en la mujer pecadora, pero convertida, se alimentaba por dentro. De donde también la santa Iglesia, que le busca bajo la especie de un cervatillo de los ciervos (hinnuli cervorum), le dice en el Cantar de los Cantares: «Indícame dónde pastoreas, dónde te recuestas al mediodía» (Cant 1, 7). Pues cervatillo de los ciervos es llamado el Señor según la carne asumida, hijo de los antiguos padres. Verdaderamente al mediodía (meridie) el calor arde más ferviente, y el cervatillo busca un lugar sombrío, a quien el fuego del calor no afecta. Por lo tanto, el Señor descansa en aquellos corazones que el amor del presente siglo no enciende, que los deseos de la carne no abrasan, que, encendidos por sus ansiedades, no se secan en las concupiscencias de este mundo. De donde también se dice a María: «El Espíritu Santo vendrá sobre ti, y la virtud del Altísimo te cubrirá con su sombra» (Lc 1, 35).

Umbrosa ergo loca in meridie ad pascendum hinnulus quaerit, quia talibus mentibus Dominus pascitur, quae per respectum gratiae temperatae corporalibus desideriis non uruntur. Plus ergo poenitens mulier pascebat intus quam Pharisaeus Dominum pascebat foris, quia ab aestu carnalium quasi hinnulus Redemptor noster ad illius mentem fugerat, quam post vitiorum ignem poenitentiae umbra temperabat.

8. Pensemus quantae pietatis peccatricem mulierem non solum ad se admittere, sed ei etiam ad tangendum pedes praebere. Consideremus gratiam misericordis Dei, et damnemus multitudinem reatus nostri. Ecce peccatores videt et sustinet, resistentes tolerat, et tamen quotidie per Evangelium clementer vocat. Confessionem nostram ex puro corde desiderat, et cuncta quae delinquimus relaxavit. Temperavit nobis districtionem legis misericordia Redemptoris. In illa quippe scriptum est: Si quis hoc vel illud fecerit, morte moriatur. Si quis haec vel illa fecerit, lapidibus obruatur (Exod. XIX, 12; Lev. XX, seq.). Apparuit conditor et Redemptor noster in carne, confessioni peccatorum non poenam, sed vitam promittit; mulierem sua vulnera confitentem suscipit, et sanam dimittit. Inflexit ergo ad misericordiam duritiam legis, quia quos juste illa damnat, ipse misericorditer liberat. Unde bene quoque in lege scriptum est quia manus Moysi erant graves; sumentes ergo lapidem, posuerunt subter, in quo sedit; Aaron autem et Hur sustentabant manus ejus (Exod. XVII, 12). Moyses quippe sedit in lapide, cum lex requievit in Ecclesia. Sed haec eadem lex manus graves habuit, quia peccantes quosque non misericorditer pertulit, sed severa districtione percussit. Aaron vero mons fortitudinis, Hur autem ignis interpretatur. Quem itaque mons iste fortitudinis signat, nisi Redemptorem nostrum, de quo per prophetam dicitur: Erit in novissimis diebus praeparatus mons domus Domini in vertice montium (Isai. II, 2)? Aut quis per ignem, nisi Spiritus sanctus figuratur, de quo idem Redemptor dicit: Ignem veni mittere in terram (Luc. XII, 49)? Aaron ergo et Hur graves manus Moysi sustinent, atque sustentando leviores reddunt, quia Mediator Dei et hominum cum igne sancti Spiritus veniens mandata legis gravia, quae dum carnaliter tenerentur portari non poterant, tolerabilia nobis per spiritalem intelligentiam ostendit.

Lugares sombríos busca, pues, el cervatillo para pastar al mediodía, porque de tales mentes se alimenta el Señor, las cuales, templadas por el respeto de la gracia, no se queman por los deseos corporales. Por lo tanto, más alimentaba por dentro la mujer penitente que el fariseo alimentaba al Señor por fuera, porque del calor de las cosas carnales nuestro Redentor había huido como un cervatillo a la mente de aquella a quien, tras el fuego de los vicios, templaba la sombra de la penitencia.

8. Pensemos qué piedad es no solo admitir ante sí a la mujer pecadora, sino también ofrecerle sus pies para que los toque. Consideremos la gracia del Dios misericordioso y condenemos la multitud de nuestra culpa (reatus). He aquí que ve y soporta a los pecadores, tolera a los que se resisten y, sin embargo, cada día llama clementemente a través del Evangelio. Desea nuestra confesión de corazón puro y ha perdonado todo lo que hemos delinquido. La misericordia del Redentor ha templado para nosotros la severidad de la ley (districtio legis). Pues en ella está escrito: «Si alguien hiciera esto o aquello, muera de muerte. Si alguien hiciera esto o lo otro, sea sepultado bajo las piedras» (Éx 19, 12; Lev 20, ss.). Apareció nuestro Creador y Redentor en la carne; promete a la confesión de los pecados no la pena, sino la vida; recibe a la mujer que confiesa sus heridas y la despide sana. Inclinó, pues, hacia la misericordia la dureza de la ley, porque a quienes ella justamente condena, él mismo misericordiosamente los libera. Por lo cual bien está escrito también en la ley que «las manos de Moisés eran pesadas; tomando, pues, una piedra, la pusieron debajo, en la que se sentó; Aarón y Jur, en cambio, sostenían sus manos» (Éx 17, 12). Pues Moisés se sentó en la piedra cuando la ley descansó en la Iglesia. Pero esta misma ley tuvo manos pesadas, porque no sobrellevó misericordiosamente a todos los pecadores, sino que los hirió con severa severidad. Aarón, por su parte, se interpreta como «monte de fortaleza», y Jur como «fuego». ¿A quién, pues, significa este monte de fortaleza sino a nuestro Redentor, de quien se dice por el profeta: «En los últimos días estará preparado el monte de la casa del Señor en la cumbre de los montes» (Is 2, 2)? ¿O quién se figura por el fuego sino el Espíritu Santo, de quien el mismo Redentor dice: «Fuego vine a traer a la tierra» (Lc 12, 49)? Aarón y Jur sostienen, pues, las manos pesadas de Moisés y, al sostenerlas, las vuelven más ligeras, porque el Mediador entre Dios y los hombres, viniendo con el fuego del Espíritu Santo, nos muestra como tolerables mediante la inteligencia espiritual los pesados mandatos de la ley que, mientras se mantenían carnalmente, no podían ser llevados.

Quasi enim manus Moysi leves reddidit, quia pondus mandatorum legis ad virtutem confessionis retorsit. Hanc nobis sequentibus misericordiae promissionem innuit, cum per prophetam dicit: Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vival (Ezech. XXXIII, 11). Hinc iterum sub Judaeae specie unicuique peccatrici animae dicitur: Si dereliquerit vir uxorem suam, et illa recedens duxerit virum alterum, nunquid revertetur ad eam ultra? nunquid non polluta et contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, verumtamen revertere ad me, dicit Dominus (Jerem. III, 1). Ecce paradigma turpis mulieris dedit. Ostendit quod post turpitudinem recipi non possit. Sed hoc ipsum paradigma quod protulit per misericordiam vincit, cum dicit fornicantem mulierem recipi nequaquam posse, et tamen ipse fornicantem animam ut recipiat exspectat. Pensate, fratres, pondus tantae pietatis. Dicit quod fieri non potest, et demonstrat quia hoc ipse facere etiam contra morem potest. Ecce vocat, et quos inquinatos denuntiat, hos etiam amplecti quaerit, a quibus desertum esse se queritur. Nemo ergo tantae misericordiae tempus perdat, nemo oblata remedia divinae pietatis abjiciat. Ecce superna benignitas aversos nos revocat, et nobis revertentibus suae clementiae sinum parat. Unusquisque ergo penset quo debito constringitur, quando illum Deus exspectat, nec contemptus exasperatur. Qui ergo permanere noluit redeat, qui stare contempsit saltem post lapsum surgat. Quanto nos amore conditor noster exspectat insinuat cum per prophetam dicit: Attendi, et auscultavi, nemo quod bonum est loquitur; non est qui recogitet in corde suo et dicat, Quid feci? (Jerem. VIII, 6.) Certe nunquam cogitare mala debuimus. Sed quia cogitare recta noluimus, ecce adhuc sustinet, ut recogitemus. Videte tantae pietatis sinum, considerate apertum vobis misericordiae gremium; quos male cogitantes perdidit, bene recogitantes quaerit. Ad vos ergo, fratres charissimi, ad vos oculos mentis reducite, et poenitentem peccatricem mulierem in exemplum vobis imitationis anteferte; quaeque vos in adolescentia, quaeque in juventute deliquisse meministis, deflete; morum operumque maculas lacrymis tergite. Amemus jam Redemptoris nostri vestigia, quae peccando contempsimus. Ecce, ut diximus, ad recipiendos nos supernae pietatis sinus aperitur, nec maculosa in nobis vita contemnitur. Per hoc quod inquinationem nostram perhorrescimus, internae jam munditiae concordamus. Revertentes nos Dominus clementer amplectitur, quia peccatorum vita ei esse indigna jam non potest, quae fletibus lavatur in Christo Jesu Domino nostro, qui vivit et regnat cum Patre Deus in unitate Spiritus sancti, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Como si volviera ligeras las manos de Moisés, porque desvió el peso de los mandatos de la ley hacia la virtud de la confesión. Esta promesa de misericordia nos la insinuó a nosotros que le seguimos, cuando dice por el profeta: «No quiero la muerte del pecador, sino que se convierta y viva» (Ez 33, 11). De aquí nuevamente bajo la especie de Judea se dice a cada alma pecadora: «Si un hombre dejara a su mujer, y ella retirándose tomara a otro marido, ¿acaso volverá a ella más? ¿acaso no estará polucionada y contaminada aquella mujer? Tú, en cambio, has fornicado con muchos amantes, pero sin embargo vuelve a mí, dice el Señor» (Jer 3, 1). He aquí que dio un paradigma de mujer torpe. Mostró que tras la torpeza no puede ser recibida. Pero este mismo paradigma que propuso lo vence por la misericordia, cuando dice que una mujer fornicaria no puede ser recibida de ningún modo y, sin embargo, él mismo espera para recibir a un alma fornicaria. Pensad, hermanos, el peso de piedad tan grande. Dice lo que no puede hacerse y demuestra que él mismo puede hacer incluso esto contra la costumbre. He aquí que llama, y a quienes denuncia como manchados, a estos también busca abrazarlos, de los cuales se queja de haber sido abandonado. Nadie, pues, pierda el tiempo de tanta misericordia, nadie rechace los remedios ofrecidos de la piedad divina. He aquí que la benignidad suprema nos llama a los que nos habíamos apartado y prepara el seno de su clemencia para nosotros que regresamos. Cada uno, pues, piense por qué deuda está constreñido, cuando Dios lo espera y no se exaspera por el desprecio. El que no quiso permanecer, vuelva; el que despreció estar en pie, al menos levántese tras la caída. Con cuánto amor nos espera nuestro Creador lo insinúa cuando dice por el profeta: «Atendí y escuché, nadie habla lo que es bueno; no hay quien recapacite en su corazón y diga: ¿Qué he hecho?» (Jer 8, 6). Ciertamente nunca debimos pensar cosas malas. Pero porque no quisimos pensar cosas rectas, he aquí que todavía aguanta para que recapacitemos. Ved el seno de tanta piedad, considerad abierto para vosotros el regazo de la misericordia; a quienes perdió pensando mal, los busca recapacitando bien. Hacia vosotros, pues, hermanos carísimos, hacia vosotros volved los ojos de la mente, y proponed como ejemplo de imitación a la mujer pecadora penitente; aquellas cosas que recordáis haber delinquido en la adolescencia, aquellas en la juventud, lloradlas; las manchas de las costumbres y de las obras, enjugadlas con lágrimas. Amemos ya las huellas de nuestro Redentor, que despreciamos pecando. He aquí, como hemos dicho, que se abre el seno de la piedad suprema para recibirnos, ni se desprecia en nosotros la vida manchada. Por el hecho de que horrorizamos nuestra mancha, concordamos ya con la limpieza interna. El Señor nos abraza clementemente al regresar, porque la vida de los pecadores ya no puede serle indigna, pues se lava con llantos en Cristo Jesús Señor nuestro, que vive y reina con el Padre, Dios, en la unidad del Espíritu Santo, por todos los siglos de los siglos. Amén.

HOMILIA XXXIV.

Habita ad populum in basilica beatorum Joannis et Pauli, Dominica tertia post Pentecosten. LECTIO S. EVANG. SEC. LUC. XV, 1-10. In illo tempore, erant appropinquantes ad Jesum publicani et peccatores, ut audirent illum. Et murmurabant Pharisaei et Scribae, dicentes: Quia hic peccatores recipit, et manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam, dicens: Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, et si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, et vadit ad illam quae perierat, donec inveniat illam? Et cum invenerit eam, imponit in humeros suos gaudens; et veniens domum, convocat amicos et vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam quae perierat. Dico vobis quod ita gaudium erit in coelo super uno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta novem justis qui non indigent poenitentia. Aut quae mulier habens drachmas decem, et si perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam, et evertit domum, et quaerit diligenter donec inveniat eam? Et cum invenerit, convocat amicas et vicinas suas, dicens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam quam perdideram. Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore poenitentiam agente.

1. Aestivum tempus quod corpori meo valde contrarium est, loqui me de expositione Evangelii longa mora interveniente prohibuit. Sed nunquid quia lingua tacuit, ardere charitas cessavit? Hoc etenim dico, quod apud se vestrum unusquisque recognoscit. Plerumque charitas quibusdam occupationibus praepedita, et in tegra flagrat in corde, et tamen non monstratur in opere, quia et sol cum nube tegitur, non videtur in terra, et tamen ardet in coelo. Sic sic esse occupata charitas solet, et intus vim sui ardoris exerit, et foris flammas operis non ostendit. Sed quia nunc ad loquendum tempus rediit, vestra me studia accendunt, ut mihi tanto amplius loqui libeat, quanto hoc vestrae mentes desiderabilius exspectant.

2. Audistis in lectione evangelica, fratres mei, quia peccatores et publicani accesserunt ad redemptorem nostrum; et non solum ad colloquendum, sed etiam ad convescendum recepti sunt. Quod videntes Pharisaei, dedignati sunt. Ex qua re colligite quia vera justitia compassionem habet, falsa justitia dedignationem, quamvis et justi soleant recte peccatoribus indignari. Sed aliud est quod agitur typho superbiae, aliud quod zelo disciplinae.

HOMILÍA XXXIV

Tenida ante el pueblo en la basílica de los bienaventurados Juan y Pablo, el tercer domingo después de Pentecostés. LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN LUCAS 15, 1-10. En aquel tiempo, los publicanos (publicani) y pecadores se acercaban a Jesús para oírle. Y los fariseos y escribas murmuraban, diciendo: «Porque este recibe a los pecadores y come con ellos». Y les propuso esta parábola, diciendo: «¿Qué hombre de vosotros, que tiene cien ovejas, y si perdiera una de ellas, no deja las noventa y nueve en el desierto y va tras la que se había perdido hasta que la encuentra?» Y cuando la encuentra, se la pone sobre sus hombros gozoso; y viniendo a casa, convoca a los amigos y vecinos, diciéndoles: "Congratulaos conmigo, porque he encontrado mi oveja que se había perdido". Os digo que así habrá gozo en el cielo por un pecador que hace penitencia, más que por noventa y nueve justos que no necesitan penitencia. ¿O qué mujer que tiene diez dracmas, y si perdiera una dracma, no enciende la lámpara, y vuelca la casa, y busca diligentemente hasta que la encuentra? Y cuando la encuentra, convoca a sus amigas y vecinas, diciendo: "Congratulaos conmigo, porque he encontrado la dracma que había perdido". Así os digo, habrá gozo ante los ángeles de Dios por un pecador que hace penitencia».

1. El tiempo estival, que es muy contrario a mi cuerpo, me ha prohibido hablar de la exposición del Evangelio, habiendo intervenido una larga demora. ¿Pero acaso porque la lengua calló, dejó de arder la caridad? Pues digo esto, que cada uno de vosotros reconoce en sí mismo. Frecuentemente la caridad, impedida por ciertas ocupaciones, tanto arde íntegra en el corazón y, sin embargo, no se muestra en la obra, porque también cuando el sol se cubre con una nube no se ve en la tierra y, sin embargo, arde en el cielo. Así, así suele estar ocupada la caridad, y por dentro ejerce la fuerza de su ardor y por fuera no muestra las llamas de la obra. Pero porque ahora ha vuelto el tiempo para hablar, vuestros estudios me encienden para que tanto más me agrade hablar cuanto vuestras mentes esperan esto con más deseo.

2. Habéis oído en la lectura evangélica, hermanos míos, que los pecadores y publicanos se acercaron a nuestro Redentor; y fueron recibidos no solo para conversar, sino incluso para comer juntos. Viendo lo cual los fariseos, se indignaron. De la cual cosa colegid que la verdadera justicia tiene compasión, la falsa justicia indignación; aunque también los justos suelan indignarse rectamente con los pecadores. Pero una cosa es lo que se hace por el humo de la soberbia (typho superbiae), otra lo que se hace por el celo de la disciplina (zelo disciplinae).

Dedignantur etenim, sed non dedignantes; desperant, sed non desperantes; persecutionem commovent, sed amantes, quia etsi foris increpationes per disciplinam exaggerant, intus tamen dulcedinem per charitatem servant. Praeponunt sibi in animo ipsos plerumque quos corrigunt, meliores existimant eos quoque quos judicant. Quod videlicet agentes, et per disciplinam subditos, et per humilitatem custodiunt semetipsos. At contra hi qui de falsa justitia superbire solent, caeteros quosque despiciunt, nulla infirmantibus misericordia condescendunt; et quo se peccatores esse non credunt, eo deterius peccatores fiunt. De quorum profecto numero Pharisaei exstiterant, qui, dijudicantes Dominum quod peccatores susciperet, arenti corde ipsum fontem misericordiae reprehendebant.

3. Sed quia aegri erant ita ut aegros se esse nescirent, quatenus quod erant agnoscerent, coelestis eos medicus blandis fomentis curat, benignum paradigma objicit, et in eorum corde vulneris tumorem premit. Ait namque: Quis ex vobis homo qui habet centum oves, et si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, et vadit ad illam quae perierat? Ecce mira dispensatione pietatis similitudinem Veritas dedit, quam et in seipso homo recognosceret, et tamen haec specialiter ad ipsum auctorem hominum pertineret. Quia enim centenarius perfectus est numerus, ipse centum oves habuit cum angelorum substanttam et hominum creavit. Sed una ovis tunc periit quando peccando homo pascua vitae dereliquit. Dimisit autem nonaginta novem oves in deserto, quia illos summos angelorum choros reliquit in coelo. Cur autem coelum desertum vocatur, nisi quod desertum dicitur derelictum? Tunc autem coelum homo deseruit cum peccavit. In deserto autem nonaginta novem oves remanserant, quando in terra Dominus unam quaerebat, quia rationalis creaturae numerus, angelorum videlicet et hominum, quae ad videndum Deum condita fuerat, pereunte homine erat imminutus, et ut perfecta summa ovium integraretur in coelo, homo perditus quaerebatur in terra. Nam quod hic evangelista dicit in deserto, alius dicit in montibus, ut significet in excelsis (Matth. XVIII, 12), quia nimirum oves quae non perierant in sublimibus stabant. Et cum invenerit ovem, imponit in humeros suos gaudens. Ovem in humeris suis imposuit, quia humanam naturam suscipiens peccata nostra ipse portavit. Et veniens domum, convocat amicos et vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam quae perierat. Inventa ove ad domum redit, quia Pastor noster, reparato homine, ad regnum coeleste rediit. Ibi amicos et vicinos invenit, illos videlicet angelorum choros qui amici ejus sunt, quia voluntatem ejus continue in sua stabilitate custodiunt. Vicini quoque ejus sunt, quia claritate visionis illius sua assiduitate perfruuntur.

Pues se indignan, pero no indignados; desesperan, pero no desesperados; conmueven a persecución, pero amando, porque aunque por fuera exageren las reprensiones por la disciplina, por dentro sin embargo conservan la dulzura por la caridad. Anteponen en su ánimo frecuentemente a aquellos mismos a quienes corrigen; consideran mejores incluso a aquellos a quienes juzgan. Haciendo lo cual, a saber, mediante la disciplina custodian a los súbditos y mediante la humildad se custodian a sí mismos. Por el contrario, aquellos que suelen enorgullecerse de la falsa justicia desprecian a todos los demás; no condescenden con ninguna misericordia hacia los débiles y, en cuanto no se creen pecadores, en tanto se vuelven peores pecadores. De cuyo número por cierto habían sido los fariseos, quienes, juzgando al Señor porque recibía a los pecadores, reprendían con corazón árido a la fuente misma de la misericordia.

3. Pero porque estaban enfermos de tal modo que no sabían que estaban enfermos, para que reconocieran lo que eran, el Médico celestial los cura con blandos fomentos, les presenta un benigno paradigma y oprime en su corazón la hinchazón de la herida. Pues dice: ¿Qué hombre de vosotros que tiene cien ovejas, y si perdiere una de ellas, no deja las noventa y nueve en el desierto y va tras aquella que se había perdido? He aquí que, por una admirable dispensación de piedad, la Verdad dio una semejanza que el hombre pudiera reconocer en sí mismo y que, sin embargo, perteneciera especialmente al mismo Autor de los hombres. Porque, siendo el cien un número perfecto, Él mismo tuvo cien ovejas cuando creó la sustancia de los ángeles y de los hombres. Pero una oveja pereció entonces cuando el hombre, pecando, abandonó los pastos de la vida. Dejó, pues, a las noventa y nueve ovejas en el desierto, porque dejó en el cielo a aquellos coros supremos de los ángeles. ¿Pero por qué el cielo es llamado desierto, sino porque se dice desierto a lo que ha sido dejado (derelictum)? Pues el hombre desertó del cielo cuando pecó. En el desierto, sin embargo, habían permanecido las noventa y nueve ovejas cuando el Señor buscaba a una en la tierra, porque el número de la criatura racional —a saber, de ángeles y hombres— que había sido creada para ver a Dios, había disminuido al perecer el hombre; y para que la suma perfecta de las ovejas se integrara en el cielo, el hombre perdido era buscado en la tierra. Pues lo que aquí el evangelista dice 'en el desierto', otro lo dice 'en los montes', para significar 'en las alturas' (Mt 18, 12), porque sin duda las ovejas que no habían perecido estaban en los lugares sublimes. Y cuando hubiere hallado la oveja, la pone sobre sus hombros gozoso. Puso a la oveja sobre sus hombros porque, asumiendo la naturaleza humana, Él mismo cargó con nuestros pecados. Y viniendo a casa, convoca a los amigos y vecinos, diciéndoles: Congratulaos conmigo, porque he hallado mi oveja que se había perdido. Hallada la oveja, vuelve a casa, porque nuestro Pastor, reparado el hombre, volvió al reino celestial. Allí encuentra a los amigos y vecinos, a saber, a aquellos coros de ángeles que son sus amigos porque custodian continuamente su voluntad en su propia estabilidad. Son también sus vecinos porque disfrutan de la claridad de su visión por su asiduidad.

Et notandum quod non dicit Congratulamini inventae ovi, sed Mihi, quia videlicet ejus gaudium est vita nostra, et cum nos ad coelum reducimur, solemnitatem laetitiae ejus implemus.

4. Dico vobis quod ita gaudium erit in coelo super uno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta novem justis qui non indigent poenitentia. Considerandum nobis est, fratres mei, cur Dominus plus de conversis peccatoribus quam de stantibus justis in coelo gaudium esse fateatur, nisi hoc quod ipsi per quotidianum visionis experimentum novimus, quia plerumque hi qui nullis se oppressos peccatorum molibus sciunt, stant quidem in via justitiae, nulla illicita perpetrant, sed tamen ad coelestem patriam anxie non anhelant, tantoque sibi in rebus licitis usum praebent, quanto se perpetrasse nulla illicita meminerunt. Et plerumque pigri remanent ad exercenda bona praecipua, quia valde sibi securi sunt quod nulla commiserint mala graviora. At contra nonnunquam hi qui se aliqua illicita egisse meminerunt, ex ipso suo dolore compuncti, inardescunt in amorem Dei, seseque in magnis virtutibus exercent, cuncta difficilia sancti certaminis appetunt, omnia mundi derelinquunt, honores fugiunt, acceptis contumeliis laetantur, flagrant desiderio, ad coelestem patriam anhelant; et quia se errasse a Deo considerant, damna praecedentia lucris sequentibus recompensant. Majus ergo de peccatore converso quam de stante justo gaudium fit in coelo, quia et dux in praelio plus eum militem diligit, qui, post fugam reversus, hostem fortiter premit, quam illum qui nunquam terga praebuit, et nunquam aliquid fortiter gessit. Sic agricola illam amplius terram amat quae post spinas uberes fruges profert, quam eam quae nunquam spinas habuit et nunquam fertilem messem producit.

5. Sed inter haec sciendum est quia sunt plerique justi, in quorum vita tantum est gaudium, ut eis quaelibet peccatorum poenitentia praeponi nullatenus possit. Nam multi et nullorum sibi malorum sunt consciii, et tamen in tanti ardoris afflictione se exerunt, ac si peccatis omnibus coangustentur. Cuncta etiam licita respuunt, ad despectum mundi sublimiter accinguntur, licere sibi nolunt omne quodlibet, bona sibi amputant etiam concessa, contemnunt visibilia, invisibilibus accenduntur, 1603 lamentis gaudent, in cunctis semetipsos humiliant; et sicut nonnulli peccata operum, sic ipsi cogitationum peccata deplorant. Quid itaque istos dixerim, nisi et justos et poenitentes, qui se et in poenitentia de peccato cogitationis humiliant, et recti semper in opere perseverant? Hinc ergo colligendum est quantum Deo gaudium faciat quando humiliter plangit justus, si facit in coelo gaudium quando hoc quod male gessit et per poenitentiam damnat injustus.

Y es de notar que no dice 'Congratulaos con la oveja hallada', sino 'conmigo', porque ciertamente su gozo es nuestra vida, y cuando somos conducidos de nuevo al cielo, completamos la solemnidad de su alegría.

4. Os digo que así habrá gozo en el cielo por un solo pecador que hace penitencia, más que por noventa y nueve justos que no necesitan penitencia. Debemos considerar, hermanos míos, por qué el Señor confiesa que hay más gozo en el cielo por los pecadores convertidos que por los justos que se mantienen, sino por esto que nosotros mismos conocemos por la experiencia cotidiana de la visión: que frecuentemente aquellos que no se saben oprimidos por ninguna mole de pecados, se mantienen ciertamente en el camino de la justicia y no perpetran nada ilícito, pero sin embargo no anhelan ansiosamente la patria celestial, y se permiten el uso de las cosas lícitas tanto más cuanto recuerdan no haber perpetrado nada ilícito. Y frecuentemente permanecen perezosos para ejercitar los bienes principales, porque están muy seguros de sí mismos de no haber cometido males más graves. Por el contrario, a veces aquellos que recuerdan haber hecho algunas cosas ilícitas, compungidos por su mismo dolor, se encienden en el amor de Dios y se ejercitan en grandes virtudes, buscan todas las cosas difíciles del santo combate, abandonan todas las cosas del mundo, huyen de los honores, se alegran al recibir contumelias, arden en deseo, anhelan la patria celestial; y porque consideran que se han desviado de Dios, compensan las pérdidas precedentes con las ganancias subsiguientes. Por tanto, se produce mayor gozo en el cielo por el pecador convertido que por el justo que se mantiene, porque también el general en la batalla ama más a aquel soldado que, habiendo regresado tras la huida, oprime fuertemente al enemigo, que a aquel que nunca volvió la espalda y nunca hizo nada valientemente. Así, el agricultor ama más aquella tierra que, tras las espinas, produce frutos abundantes, que aquella que nunca tuvo espinas y nunca produjo una cosecha fértil.

5. Pero entre estas cosas se ha de saber que hay muchos justos en cuya vida hay tan gran gozo que de ningún modo se les puede anteponer ninguna penitencia de los pecadores. Pues muchos no son conscientes de ningún mal en sí mismos y, sin embargo, se ejercitan en la aflicción de tan gran ardor como si estuvieran angustiados por todos los pecados. Rechazan también todas las cosas lícitas, se ciñen sublimemente para el desprecio del mundo, no quieren permitirse todo lo que sea, se amputan a sí mismos incluso los bienes concedidos, desprecian lo visible, se encienden por lo invisible, se alegran con los lamentos, se humillan en todas las cosas; y así como algunos deploran los pecados de obra, así ellos deploran los pecados de pensamiento. ¿Qué diría yo de estos, por tanto, sino que son a la vez justos y penitentes, que se humillan en la penitencia por el pecado de pensamiento y, sin embargo, perseveran siempre rectos en la obra? De aquí, pues, se ha de colegir cuánto gozo causa a Dios cuando el justo se lamenta humildemente, si causa gozo en el cielo cuando el injusto condena mediante la penitencia lo que hizo mal.

6. Sequitur: Aut quae mulier habens drachmas decem, et si perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam, et evertit domum, et quaerit diligenter donec inveniat drachmam quam perdiderat? Qui signatur per pastorem, ipse et per mulierem. Ipse etenim Deus, ipse et Dei sapientia. Et quia imago exprimitur in drachma, mulier drachmam perdidit, quando homo, qui conditus ad imaginem Dei fuerat, peccando a similitudine sui conditoris recessit. Sed accendit mulier lucernam, quia Dei sapientia apparuit in humanitate. Lucerna quippe lumen in testa est: lumen vero in testa, est divinitas in carne. De qua videlicet testa sui corporis dicit ipsa Sapientia: Exaruit velut testa virtus mea (Psal. XXI, 16). Quia enim testa in igne solidatur, ejus virtus sicut testa exaruit, quia assumptam carnem ad resurrectionis gloriam ex passionis tribulatione roboravit. Accensa autem lucerna evertit domum, quia mox ut ejus divinitas per carnem claruit, omnis se nostra conscientia concussit. Domus namque evertitur cum consideratione reatus sui humana conscientia perturbatur. Qui eversionis sermo non discrepat ab eo quod in aliis codicibus legitur, emundat, quia nimirum prava mens si non prius per timorem evertitur, ab assuetis vitiis non emundatur. Eversa ergo domo invenitur drachma, quia dum perturbatur conscientia hominis, reparatur in homine similitudo conditoris. Et cum invenerit, convocat amicas et vicinas suas, dicens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam quam perdideram. Quae amicae vel vicinae nisi illae potestates coelestes sunt, jam superius dictae? Quae tanto supernae sapientiae juxta sunt, quanto ei per gratiam continuae visionis appropinquant. Sed inter haec nequaquam relinquere negligenter debemus cur ista mulier, per quam Dei sapientia figuratur, decem drachmas habuisse perhibetur, ex quibus unam perdidit, quam cum quaereret invenit. Angelorum quippe et hominum naturam ad cognoscendum se Dominus condidit, quam dum consistere ad aeternitatem voluit, eam procul dubio ad suam similitudinem creavit. Decem vero drachmas habuit mulier, quia novem sunt ordines angelorum. Sed ut compleretur electorum numerus, homo decimus est creatus, qui a conditore suo nec post culpam periit, quia hunc aeterna sapientia per carnem miraculis coruscans ex lumine testae reparavit.

6. Sigue: ¿O qué mujer que tiene diez dracmas, si perdiere una dracma, no enciende una lámpara, y trastorna la casa, y busca diligentemente hasta que encuentra la dracma que había perdido? Quien es significado por el pastor, es el mismo que por la mujer. Pues Él mismo es Dios, Él mismo es la Sabiduría de Dios. Y porque la imagen se expresa en la dracma, la mujer perdió la dracma cuando el hombre, que había sido creado a imagen de Dios, pecando se apartó de la semejanza de su Creador. Pero la mujer enciende la lámpara porque la Sabiduría de Dios apareció en la humanidad. La lámpara, ciertamente, es la luz en una vasija de barro (testa): y la luz en la vasija de barro es la divinidad en la carne. De esta vasija de su cuerpo dice la misma Sabiduría: Se secó como una vasija de barro (testa) mi virtud (Sal 21, 16). Porque, como la vasija de barro se solidifica en el fuego, su virtud se secó como una vasija de barro porque fortaleció la carne asumida para la gloria de la resurrección a partir de la tribulación de la pasión. Además, encendida la lámpara, trastorna la casa, porque tan pronto como su divinidad brilló a través de la carne, toda nuestra conciencia se conmocionó. Pues la casa se trastorna cuando la conciencia humana se perturba con la consideración de su propia culpa. Palabra 'trastorno' (eversionis) que no discrepa de lo que se lee en otros códice, 'limpia' (emundat), porque ciertamente la mente depravada, si no es primero trastornada por el temor, no se limpia de los vicios acostumbrados. Trastornada, pues, la casa, se encuentra la dracma, porque mientras se perturba la conciencia del hombre, se repara en el hombre la semejanza del Creador. Y cuando la hubiere hallado, convoca a sus amigas y vecinas, diciendo: Congratulaos conmigo, porque he hallado la dracma que había perdido. ¿Quiénes son estas amigas o vecinas sino aquellas potestades celestiales ya mencionadas arriba? Las cuales están tanto más cerca de la Sabiduría suprema cuanto más se le aproximan por la gracia de la visión continua. Pero entre estas cosas de ningún modo debemos dejar negligentemente por qué se cuenta que esta mujer, por quien se figura la Sabiduría de Dios, tuvo diez dracmas, de las cuales perdió una, que encontró cuando la buscó. Pues el Señor creó la naturaleza de los ángeles y de los hombres para conocerle a Él, la cual, cuando quiso que consistiera para la eternidad, sin duda la creó a su semejanza. Mas la mujer tuvo diez dracmas porque nueve son los órdenes de los ángeles. Pero para que se completara el número de los elegidos, el hombre fue creado como el décimo, el cual no pereció para su Creador ni siquiera después de la culpa, porque la Sabiduría eterna, brillando con milagros a través de la carne desde la luz de la vasija de barro, lo reparó.

7. Novem vero angelorum ordines diximus, quia videlicet esse, testante sacro eloquio, scimus angelos, archangelos, virtutes, potestates, principatus, dominationes, thronos, cherubim, atque seraphim. Esse namque angelos et archangelos pene omnes sacri eloquii paginae testantur. Cherubim vero atque seraphim saepe, ut notum est, libri prophetarum loquuntur. Quatuor quoque ordinum nomina 1604 Paulus apostolus ad Ephesios enumerat, dicens: Supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem (Eph. I, 21). Qui rursus ad Colossenses scribens, ait: Sive throni, sive potestates, sive principatus, sive dominationes (Coloss. I, 16). Dominationes vero et principatus ac potestates jam ad Ephesios loquens descripserat; sed ea quoque Colossensibus dicturus, praemisit thronos, de quibus necdum quidquam fuerat Ephesiis locutus. Dum ergo illis quatuor quae ad Ephesios dixit, id est principatibus, potestatibus, virtutibus atque dominationibus, conjunguntur throni, quinque sunt ordines qui specialiter exprimuntur. Quibus dum angeli et archangeli, cherubim atque seraphim, adjuncta sunt, procul dubio novem esse angelorum ordines inveniuntur. Unde et ipsi angelo, qui primus est conditus, per prophetam dicitur: Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, et perfectus decore, in deliciis paradisi Dei fuisti (Ezech. XXVIII, 12). Ubi notandum quod non ad similitudinem Dei factus, sed signaculum similitudinis dicitur, ut quo in eo subtilior est natura, eo in illo imago Dei similius insinuetur expressa. Quo in loco mox subditur: Omnis lapis pretiosus operimentum tuum: sardius, topazius, et jaspis, chrysolythus, onyx, et beryllus, sapphirus, carbunculus, et smaragdus (Ibid., 13). Ecce novem dixit nomina lapidum, quia profecto novem sunt ordines angelorum. Quibus nimirum ordinibus ille primus angelus ideo ornatus et opertus exstitit, quia dum cunctis agminibus angelorum praelatus est, ex eorum comparatione clarior fuit.

8. Sed cur istos persistentium angelorum choros enumerando perstrinximus, si non eorum quoque ministeria subtiliter exprimamus? Graeca etenim lingua angeli nuntii, archangeli vero summi nuntii, vocantur. Sciendum quoque quod angelorum vocabulum, nomen est officii, non naturae. Nam sancti illi coelestis patriae spiritus semper quidem sunt spiritus, sed semper vocari angeli nequaquam possunt, quia tunc solum sunt angeli, cum per eos aliqua nuntiantur; unde et per Psalmistam dicitur: Qui facit angelos suos spiritus (Psal. CIII, 4).

7. Hemos dicho que hay nueve órdenes de ángeles porque ciertamente sabemos, según atestigua la sagrada elocuencia, que existen: ángeles, arcángeles, virtudes, potestades, principados, dominaciones, tronos, querubines y serafines. Pues de que existen ángeles y arcángeles atestiguan casi todas las páginas de la sagrada elocuencia. De los querubines y serafines hablan frecuentemente, como es sabido, los libros de los profetas. También el apóstol Pablo enumera los nombres de cuatro órdenes a los Efesios, diciendo: Sobre todo principado, y potestad, y virtud, y dominación (Ef 1, 21). El cual, escribiendo de nuevo a los Colosenses, dice: Ya sean tronos, o potestades, o principados, o dominaciones (Col 1, 16). Ya había descrito las dominaciones, los principados y las potestades al hablar a los Efesios; pero, disponiéndose a decir esas cosas también a los Colosenses, antepuso los 'tronos', de los cuales aún nada había dicho a los Efesios. Por tanto, cuando a aquellos cuatro que dijo a los Efesios —esto es, principados, potestades, virtudes y dominaciones— se unen los tronos, son cinco los órdenes que se expresan especialmente. A los cuales, cuando se les adjuntan los ángeles y arcángeles, los querubines y los serafines, sin duda se halla que los órdenes de los ángeles son nueve. Por lo cual también al mismo ángel que fue creado primero, se le dice por el profeta: Tú eres el sello de la semejanza, lleno de sabiduría y perfecto en hermosura, estuviste en las delicias del paraíso de Dios (Ez 28, 12). Donde se ha de notar que no se dice que fue hecho a semejanza de Dios, sino el sello de la semejanza, para que, cuanto más sutil es su naturaleza en él, tanto más similarmente se insinúe expresada en él la imagen de Dios. En cuyo lugar se añade a continuación: Toda piedra preciosa fue tu vestidura: el sardio, el topacio y el jaspe, el crisólito, el ónice y el berilo, el zafiro, el carbunclo y la esmeralda (Ibíd., 13). He aquí que dijo nueve nombres de piedras, porque ciertamente son nueve los órdenes de los ángeles. Con cuyos órdenes, sin duda, aquel primer ángel estuvo adornado y cubierto, porque, mientras fue antepuesto a todas las huestes de los ángeles, fue más claro en comparación con ellos.

8. Pero ¿por qué hemos recorrido brevemente enumerando estos coros de ángeles que permanecen, si no expresamos también sutilmente sus ministerios? Pues en lengua griega los ángeles son llamados 'mensajeros' (nuntii), y los arcángeles 'mensajeros supremos' (summi nuntii). Se ha de saber también que el vocablo ángel es un nombre de oficio, no de naturaleza. Pues aquellos santos espíritus de la patria celestial son ciertamente siempre espíritus, pero de ningún modo pueden ser llamados siempre ángeles, porque solo son ángeles entonces, cuando por medio de ellos se anuncian algunas cosas; por lo cual también se dice por el Salmista: Que hace a sus espíritus ángeles (Sal 103, 4).

Ac si patenter dicat: Qui eos quos semper habet spiritus, etiam cum voluerit, angelos facit. Hi autem qui minima nuntiant, angeli, qui vero summa annuntiant, archangeli, vocantur. Hinc est enim quod ad Mariam virginem non quilibet angelus, sed Gabriel archangelus, mittitur (Luc. I, 26). Ad hoc quippe ministerium summum angelum venire dignum fuerat, qui summum omnium nuntiabat. Qui idcirco etiam privatis nominibus censentur, ut signetur per vocabula etiam in operatione quid valeant. Neque enim in illa sancta civitate, quam de visione omnipotentis Dei plena scientia perficit, idcirco propria nomina sortiuntur, ne eorum personae sine nominibus sciri non possint; sed cum ad nos aliquid ministraturi veniunt, apud nos etiam nomina a ministeriis trahunt.

9. Michael namque, quis ut Deus; Gabriel autem, fortitudo Dei; Raphael vero dicitur medicina Dei. Et quoties mirae virtutis aliquid agitur, Michael mitti perhibetur, ut ex ipso actu et nomine 1605 detur intelligi quia nullus potest facere quod facere praevalet Deus. Unde et ille antiquus hostis, qui Deo esse per superbiam similis concupivit, dicens: In coelum conscendam, super astra coeli exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo (Isai. XIV, 13), dum in fine mundi in sua virtute relinquetur extremo supplicio perimendus, cum Michaele archangelo praeliaturus esse perhibetur, sicut per Joannem dicitur: Factum est praelium cum Michaele archangelo (Apoc. XII, 7), ut qui se ad Dei similitudinem superbus extulerat, per Michaelem peremptus discat, quia ad Dei similitudinem per superbiam nullus exsurgat. Ad Mariam quoque Gabriel mittitur (Lucae I, 26), qui Dei fortitudo nominatur. Illum quippe nuntiare veniebat, qui ad debellandas aereas potestates humilis apparere dignatus est. De quo per Psalmistam dicitur: Tollite portas principes vestras, et elevamini, portae aeternales, et introibit Rex gloriae. Quis est iste Rex gloriae? Dominus fortis et potens, Dominus potens in praelio (Psal. XXIII, 9, 10). Et rursum: Dominus virtutum ipse est Rex gloriae (Ibid.). Per Dei ergo fortitudinem nuntiandus erat, qui virtutum Dominus, et potens in praelio, contra potestates aereas ad bella veniebat. Raphael quoque interpretatur, ut diximus, medicina Dei, quia videlicet dum Tobiae oculos quasi per officium curationis tetigit (Tom. XI, 13, seq.), caecitatis ejus tenebras tersit. Qui ergo ad curandum mittitur, dignum videlicet fuit ut Dei medicina vocaretur. Sed quia angelorum nomina interpretando perstrinximus, nunc superest ut ipsa officiorum vocabula breviter exsequamur.

Como si dijera claramente: A los que siempre tiene como espíritus, los hace también ángeles cuando quiere. Mas aquellos que anuncian cosas menores son llamados ángeles; los que anuncian las cosas supremas, arcángeles. De aquí es, ciertamente, que a la Virgen María no es enviado un ángel cualquiera, sino el arcángel Gabriel (Lc 1, 26). Pues para este ministerio era digno que viniera el ángel supremo, quien anunciaba lo más excelso de todo. Los cuales, por eso, son designados también con nombres privados, para que se signifique por los vocablos, incluso en la operación, qué es lo que pueden. Pues ni en aquella santa ciudad, a la que perfecciona el pleno conocimiento por la visión de Dios omnipotente, obtienen por eso nombres propios para que sus personas no pudieran ser conocidas sin nombres; sino que, cuando vienen a nosotros para ministrar algo, entre nosotros toman también los nombres de sus ministerios.

9. Pues Miguel [significa] '¿Quién como Dios?'; Gabriel, 'fortaleza de Dios'; y Rafael es llamado 'medicina de Dios'. Y cada vez que se hace algo de admirable virtud, se cuenta que Miguel es enviado, para que por el mismo acto y nombre se dé a entender que nadie puede hacer lo que Dios prevalece en hacer. Por lo cual también aquel antiguo enemigo, que por soberbia deseó ser semejante a Dios, diciendo: Subiré al cielo, sobre las estrellas del cielo ensalzaré mi trono, me sentaré en el monte del testamento, en los lados del Aquilón, subiré sobre la altura de las nubes, seré semejante al Altísimo (Is 14, 13), mientras al fin del mundo sea dejado en su propia virtud para ser aniquilado por el suplicio extremo, se cuenta que ha de combatir con el arcángel Miguel, como se dice por Juan: Se produjo una batalla con el arcángel Miguel (Ap 12, 7); para que quien soberbio se había ensalzado a semejanza de Dios, aniquilado por Miguel aprenda que nadie se eleva a la semejanza de Dios por la soberbia. A María también es enviado Gabriel (Lc 1, 26), que es llamado 'fortaleza de Dios'. Pues venía a anunciar a Aquel que se dignó aparecer humilde para debelar las potestades aéreas. De quien se dice por el Salmista: Alzad, príncipes, vuestras puertas, y alzaos, puertas eternales, y entrará el Rey de la gloria. ¿Quién es este Rey de la gloria? El Señor fuerte y potente, el Señor potente en la batalla (Sal 23, 9. 10). Y de nuevo: El Señor de las virtudes, Él mismo es el Rey de la gloria (Ibíd.). Por la 'fortaleza de Dios', pues, debía ser anunciado Aquel que, Señor de las virtudes y potente en la batalla, venía a la guerra contra las potestades aéreas. Rafael también se interpreta, como hemos dicho, 'medicina de Dios', porque ciertamente, mientras tocó los ojos de Tobías como por el oficio de curar (Tob 11, 13), limpió las tinieblas de su ceguera. Quien, por tanto, es enviado a curar, era digno ciertamente de ser llamado medicina de Dios. Pero, porque hemos recorrido brevemente interpretando los nombres de los ángeles, ahora resta que sigamos brevemente los vocablos mismos de los oficios.

10. Virtutes etenim vocantur illi nimirum spiritus, per quos signa et miracula frequentius fiunt. Potestates etiam vocantur hi qui hoc potentius caeteris in suo ordine perceperunt, ut eorum ditioni virtutes adversae subjectae sint, quorum potestate refrenantur, ne corda hominum tantum tentare praevaleant quantum volunt. Principatus etiam vocantur qui ipsis quoque bonis angelorum spiritibus praesunt, qui subjectis aliis dum quaeque sunt agenda disponunt, eis ad explenda divina ministeria principantur. Dominationes autem vocantur qui etiam potestates principatum dissimilitudine alta transcendunt. Nam principari est inter reliquos priorem existere, dominari vero est etiam subjectos quosque possidere. Ea ergo angelorum agmina, quae mira potentia praeeminent, pro eo quod eis caetera ad obediendum subjecta sunt, dominationes vocantur. Throni quoque illa agmina sunt vocata, quibus ad exercendum judicium semper Deus omnipotens praesidet. Quia enim thronos Latino eloquio sedes dicimus, throni Dei dicti sunt hi qui tanta divinitatis gratia replentur, ut in eis Dominus sedeat, et per eos sua judicia decernat. Unde et per Psalmistam dicitur: Sedes super thronum, qui judicas aequitatem (Psal. IX, 5). Cherubim quoque plenitudo scientiae dicitur. Et sublimiora illa agmina idcirco cherubim vocata sunt, quia tanto perfectiori scientia plena sunt, quanto claritatem Dei vicinius contemplantur; ut, secundum creaturae modum, eo plene omnia sciant, quo visione conditoris sui per meritum dignitatis appropinquant. 1606 Seraphim etiam vocantur illa spirituum sanctorum agmina quae ex singulari propinquitate conditoris sui incomparabili ardent amore. Seraphim namque ardentes vel incendentes vocantur. Quae, quia ita Deo conjuncta sunt ut inter haec et Deum nulli alii spiritus intersint, tanto magis ardent, quanto hunc vicinius vident. Quorum profecto flamma amor est, quia quo subtilius claritatem divinitatis ejus aspiciunt, eo validius in ejus amore flammescunt.

11. Sed quid prodest nos de angelicis spiritibus ista perstringere, si non studeamus haec etiam ad nostros profectus congrua consideratione derivare? Quia enim superna illa civitas ex angelis et hominibus constat, ad quam tantum credimus humanum genus ascendere, quantos illic contigit electos angelos remansisse, sicut scriptum est: Statuit terminos gentium secundum numerum angelorum Dei (Deut. XXXII, 8), debemus et nos aliquid ex illis distinctionibus supernorum civium ad usum nostrae conversationis trahere, nosque ipsos ad incrementa virtutum bonis studiis inflammare.

10. Pues son llamados Virtudes aquellos espíritus por quienes se hacen más frecuentemente signos y milagros. Potestades son llamados también aquellos que han recibido esto más poderosamente que los demás en su orden: que a su jurisdicción están sujetas las virtudes adversas, por cuya potestad son refrenadas para que no prevalezcan en tentar los corazones de los hombres tanto como quieren. Principados son llamados también los que presiden incluso a los mismos espíritus buenos de los ángeles, los cuales, mientras disponen lo que se ha de hacer a los otros que les están sujetos, los presiden para cumplir los ministerios divinos. Dominaciones son llamados, además, los que trascienden incluso a las potestades y al principado con una alta disimilitud. Pues principar (principari) es existir como primero entre los demás, pero dominar (dominari) es poseer también a los que están sujetos. Aquellas huestes de ángeles, por tanto, que preeminentes sobresalen con admirable potencia, son llamadas Dominaciones por el hecho de que las demás les están sujetas para la obediencia. Tronos son llamadas también aquellas huestes sobre las cuales, para ejercer el juicio, siempre preside Dios omnipotente. Pues porque en lengua latina llamamos a los tronos 'sedes' (asientos), son llamados 'tronos de Dios' aquellos que son colmados con tan gran gracia de la divinidad que el Señor se sienta en ellos y decreta sus juicios a través de ellos. Por lo cual también se dice por el Salmista: Te sientas sobre el trono, tú que juzgas la equidad (Sal 9, 5). Querubín significa también 'plenitud de ciencia'. Y aquellas huestes más sublimes son llamadas por eso Querubines, porque están colmadas de una ciencia tanto más perfecta cuanto más de cerca contemplan la claridad de Dios; de modo que, según la medida de la criatura, conocen plenamente todas las cosas en tanto que se aproximan por el mérito de su dignidad a la visión de su Creador. Serafines son llamadas también aquellas huestes de santos espíritus que, por una singular cercanía a su Creador, arden con incomparable amor. Pues Serafines son llamados los 'ardientes' o los 'incendiarios'. Los cuales, porque están de tal modo unidos a Dios que entre ellos y Dios no median otros espíritus, tanto más arden cuanto más de cerca le ven. Cuya llama es ciertamente el amor, porque cuanto más sutilmente contemplan la claridad de su divinidad, tanto más fuertemente se inflaman en su amor.

11. Pero ¿de qué nos sirve recorrer estas cosas sobre los espíritus angélicos, si no procuramos derivar esto también para nuestro provecho mediante una congruente consideración? Pues porque aquella ciudad suprema consta de ángeles y hombres, a la cual creemos que ascienden tantos del género humano cuantos ángeles elegidos permanecieron allí, según está escrito: Fijó los términos de los pueblos según el número de los ángeles de Dios (Dt 32, 8), también nosotros debemos extraer algo de aquellas distinciones de los ciudadanos supremos para uso de nuestra propia conducta, e inflamarnos para el incremento de las virtudes mediante buenos estudios.

Quia enim tanta illuc ascensura creditur multitudo hominum, quanta multitudo remansit angelorum, superest ut ipsi quoque homines qui ad coelestem patriam redeunt ex eis agminibus aliquid illuc revertentes imitentur. Distincte namque conversationes hominum singulorum agminum ordinibus congruunt, et in eorum sortem per conversationis similitudinem deputantur. Nam sunt plerique qui parva capiunt, sed tamen haec eadem parva pie annuntiare fratribus non desistunt. Isti itaque in angelorum numerum currunt. Et sunt nonnulli qui, divinae largitatis munere refecti, secretorum coelestium summa et capere praevalent, et nuntiare. Quo ergo isti nisi inter archangelorum numerum deputantur? Et sunt alii qui mira faciunt, signa valenter operantur. Quo ergo isti nisi ad supernarum virtutum sortem et numerum congruunt? Et sunt nonnulli qui etiam de obsessis corporibus malignos spiritus fugant, eosque virtute orationis, et vi acceptae potestatis ejiciunt. Quo itaque isti meritum suum nisi inter potestatum coelestium numerum sortiuntur? Et sunt nonnulli qui acceptis virtutibus etiam electorum hominum merita transcendunt; cumque et bonis meliores sunt, electis quoque fratribus principantur. Quo ergo isti sortem suam nisi inter principatuum numeros acceperunt? Et sunt nonnulli qui sic in semetipsis cunctis vitiis omnibusque desideriis dominantur, ut ipso jure munditiae dii inter homines vocentur; unde et ad Moysen dicitur: Ecce constitui te deum Pharaonis (Exod. VII, 1). Quo ergo isti nisi inter numeros dominationum currunt? Et sunt nonnulli qui, dum sibimetipsis vigilanti cura dominantur, dumque se sollicita intentione discutiunt, divino timori semper inhaerentes, hoc in munere virtutis accipiunt, ut judicare recte et alios possint. Quorum profecto mentibus dum divina contemplatio 1607 praesto est, in his velut in throno suo Dominus praesidens, aliorum facta examinat, et cuncta mirabiliter de sua sede dispensat. Quid ergo isti nisi throni sui conditoris sunt? vel quo nisi ad supernarum sedium numeros ascribuntur? Per quos dum sancta Ecclesia regitur, plerumque de quibusdam suis infirmis actibus etiam electi judicantur. Et sunt nonnulli qui tanta Dei ac proximi dilectione pleni sunt, ut cherubim jure nominentur. Quia enim, ut praefati sumus, cherubim plenitudo scientiae dicitur, et Paulo dicente didicimus quia plenitudo legis est charitas (Rom. XIII, 10), omnes qui Dei et proximi charitate caeteris amplius pleni sunt meritorum suorum sortem inter cherubim numeros perceperunt.

Porque, creyéndose que ha de ascender allí una multitud de hombres tan grande como la multitud de ángeles que permaneció, resta que los mismos hombres que regresan a la patria celestial imiten, al volver allí, algo de aquellas huestes. Pues las distintas conductas de los hombres corresponden a los órdenes de cada una de las huestes, y son asignados a su suerte mediante la semejanza de conducta. Pues hay muchos que reciben cosas pequeñas, pero sin embargo no desisten de anunciar piadosamente estas mismas cosas pequeñas a sus hermanos. Estos, por tanto, corren al número de los ángeles. Y hay algunos que, confortados por el don de la divina largueza, prevalecen tanto para recibir como para anunciar lo más excelso de los secretos celestiales. ¿A dónde, pues, son asignados estos sino entre el número de los arcángeles? Y hay otros que hacen cosas admirables y obran poderosamente signos. ¿A dónde corresponden estos, pues, sino a la suerte y al número de las virtudes supremas? Y hay algunos que incluso ahuyentan a los espíritus malignos de los cuerpos obsesos, y los expulsan por la virtud de la oración y por la fuerza de la potestad recibida. ¿A dónde obtienen estos su mérito, pues, sino entre el número de las potestades celestiales? Y hay algunos que, por las virtudes recibidas, trascienden incluso los méritos de los hombres elegidos; y siendo mejores que los buenos, presiden también a los hermanos elegidos. ¿A dónde han recibido estos su suerte, pues, sino entre los números de los principados? Y hay algunos que de tal modo dominan en sí mismos todos los vicios y todos los deseos que, por el mismo derecho de pureza, son llamados dioses entre los hombres; por lo cual también se dice a Moisés: He aquí que te he constituido dios de Faraón (Éx 7, 1). ¿A dónde corren estos, pues, sino entre los números de las dominaciones? Y hay algunos que, mientras se dominan a sí mismos con vigilante cuidado, y mientras se examinan con solícita intención, adhiriéndose siempre al temor divino, reciben esto en el don de la virtud: que pueden juzgar rectamente también a los demás. Mientras la contemplación divina está presente en sus mentes, el Señor presidiendo en ellos como en su propio trono examina los hechos de los demás, y lo dispensa todo admirablemente desde su sede. ¿Qué son estos, pues, sino tronos de su Creador? ¿O a dónde son adscritos sino a los números de las sedes supremas? Por medio de los cuales, mientras la santa Iglesia es regida, frecuentemente incluso los elegidos son juzgados acerca de algunos de sus actos débiles. Y hay algunos que están tan llenos de amor a Dios y al prójimo que justamente son llamados querubines. Pues porque, como hemos dicho antes, 'querubín' significa 'plenitud de ciencia', y por lo que dijo Pablo hemos aprendido que la plenitud de la ley es la caridad (Rom 13, 10), todos los que están más abundantemente llenos de la caridad de Dios y del prójimo que los demás han percibido la suerte de sus méritos entre los números de los querubines.

Et sunt nonnulli qui, supernae contemplationis facibus accensi, in solo conditoris sui desiderio anhelant, nihil jam in hoc mundo cupiunt, solo aeternitatis amore pascuntur, terrena quaeque abjiciunt, cuncta temporalia mente transcendunt, amant et ardent, atque in ipso suo ardore requiescunt, amando ardent, loquendo et alios accendunt, et quos verbo tangunt, ardere protinus in Dei amore faciunt. Quid ergo istos nisi seraphim dixerim, quorum cor in igne conversum lucet et urit, quia et mentium oculos ad superna illuminant, et compungendo in fletibus vitiorum rubiginem purgant. Qui ergo ita ad amorem sui conditoris inflammati sunt quo nisi inter seraphim numerum sortem suae vocationis acceperunt?

16. Nam cogitandum summopere est ut qui se illicita meminit commisisse a quibusdam etiam licitis studeat abstinere, quatenus per hoc conditori suo satisfaciat, ut qui commisit prohibita sibimetipsi abscindere debeat etiam concessa, et se reprehendat in minimis qui se meminit in maximis deliquisse. Nimia sunt quae loquor, si haec ex sacri eloquii testimoniis non affirmo. Lex certe Veteris Testamenti alienam uxorem concupisci prohibet (Exod. XX, 17), a rege vero fortia juberi militibus, vel desiderari aquam, non poenaliter vetat. Et cuncti novimus quod David, concupiscentiae mucrone transfixus, alienam conjugem et concupivit et abstulit (II Reg. XI, 4). Cujus culpam digna verbera sunt secuta, et malum quod perpetravit per poenitentiae lamenta correxit. Qui cum longe post contra hostium cuneos sederet, aquam bibere de Bethlehemitica cisterna ex desiderio voluit (II Reg. XXIII, 14, seq.). Cujus electi milites, inter catervas adversantium medias erumpentes, aquam quam rex desideraverat illaesi detulerunt. Sed vir flagellis eruditus semetipsum protinus cum periculo militum aquam desiderasse reprehendit, eamque Domino fundens libavit, sicut illic scriptum est: Libavit eam Domino (II Reg. XXIII, 17; I Par. XI, 18). In sacrificium quippe Domini effusa aqua conversa est, quia culpam concupiscentiae mactavit per poenitentiam reprehensionis suae. Qui ergo quondam concupiscere alienam conjugem nequaquam timuit, post etiam quia aquam concupisset expavit. Quia enim se illicita perpetrasse meminerat, contra semetipsum jam rigidus, etiam a licitis abstinebat. Sic sic agimus poenitentiam, si ea quae commisimus perfecte deploramus. Pensemus supernas divitias conditoris nostri. Peccare nos vidit, et pertulit.

Y hay algunos que, encendidos por las teas de la contemplación suprema, anhelan solo el deseo de su Creador; ya nada desean en este mundo, se alimentan solo del amor de la eternidad, rechazan todo lo terreno, trascienden en su mente todas las cosas temporales, aman y arden, y descansan en su mismo ardor; amando arden, hablando encienden también a otros, y a quienes tocan con la palabra, los hacen arder al punto en el amor de Dios. ¿Qué llamaría yo a estos, pues, sino serafines, cuyo corazón convertido en fuego brilla y quema, porque tanto iluminan los ojos de las mentes hacia las cosas supremas como, compungiendo mediante el llanto, purgan la herrumbre de los vicios? Aquellos, por tanto, que así están inflamados en el amor de su Creador, ¿a dónde han recibido la suerte de su vocación sino entre el número de los serafines?

16. Porque se ha de pensar muy especialmente que quien recuerda haber cometido cosas ilícitas, debe esforzarse por abstenerse incluso de algunas lícitas, a fin de que por esto satisfaga a su Creador; de modo que quien cometió cosas prohibidas, deba privarse incluso de las concedidas, y se reprenda a sí mismo en lo mínimo quien recuerda haber faltado en lo máximo. Demasiado es lo que hablo, si no afirmo esto con los testimonios de la sagrada elocuencia. Ciertamente la Ley del Antiguo Testamento prohíbe codiciar la mujer ajena (Éx 20, 17), pero no veta penalmente que un rey ordene cosas fuertes a sus soldados, o que se desee agua. Y todos sabemos que David, traspasado por el aguijón de la concupiscencia, codició y tomó a la esposa de otro (2 Sam 11, 4). Azotes dignos siguieron a su culpa, y corrigió el mal que perpetró mediante los lamentos de la penitencia. Quien, cuando mucho tiempo después estaba sentado frente a las filas de los enemigos, quiso por deseo beber agua de la cisterna de Belén (2 Sam 23, 14 s.). Cuyos soldados elegidos, irrumpiendo por medio de las tropas de los adversarios, trajeron ilesos el agua que el rey había deseado. Pero el hombre instruido por los flagelos, al punto se reprendió a sí mismo por haber deseado agua con peligro de los soldados, y derramándola, la ofreció como libación al Señor, como está escrito allí: La ofreció como libación al Señor (2 Sam 23, 17; 1 Crón 11, 18). Pues el agua derramada se convirtió en sacrificio al Señor, porque mató la culpa de la concupiscencia mediante la penitencia de su propia reprensión. Aquel, pues, que en otro tiempo no temió codiciar la mujer ajena, después incluso se espantó por haber codiciado agua. Porque como recordaba haber perpetrado cosas ilícitas, ya rígido contra sí mismo, se abstenía incluso de las lícitas. Así, así hacemos penitencia, si deploramos perfectamente lo que hemos cometido. Consideremos las riquezas celestiales de nuestro Creador. Nos vio pecar, y lo soportó.

17. Qui nos ante culpam peccare prohibuit, etiam post culpam exspectare ad veniam non desistit. Ecce ipse nos, quem despeximus, vocat. Aversi ab illo sumus, et tamen non avertitur. Unde bene per Isaiam dicitur: Et erunt oculi tui videntes praeceptorem tuum, et aures tuae audient vocem post tergum monentis (Isai XXX, 20, 21). Quasi in faciem homo monitus est quando, ad justitiam conditus, praecepta rectitudinis accepit. Sed cum haec eadem praecepta contempsit, quasi conditori suo dorsum mentis in faciem dedit. Sed ecce adhuc post tergum sequitur et monet, quia jam et a nobis contemptus est, et tamen nos adhuc vocare non cessat. Quasi dorsum ei in faciem dedimus cujus verba despicimus, cujus praecepta calcamus; sed stans post tergum nos aversos revocat, qui et videt quod despicitur, et tamen per praecepta clamat, per patientiam exspectat. Pensate ergo, fratres charissimi, si cuilibet vestrum loquenti famulus suus subito superbiret, terga in faciem mitteret, nunquid non contemptus dominus ejus superbiam feriret, vulnera districtae animadversionis infligeret? Ecce nos peccando auctori nostro terga in faciem dedimus, et tamen sustinemur. Superbe aversos benigne revocat, et qui ferire nos aversantes potuit, ut revertamur munera promittit. Tanta ergo conditoris nostri misericordia duritiam nostri reatus emolliat, et homo qui malum quod fecit experiri percussus poterat, saltem exspectatus erubescat.

18. Rem, fratres, breviter refero, quam viro venerabili Maximiano tunc patre monasterii mei atque presbytero, nunc autem Syracusano episcopo narrante, cognovi. Hanc itaque si solerter auditis, charitati vestrae non breviter suffragari credo. Nostris modo temporibus Victorinus quidam exstitit, qui alio quoque nomine Aemilianus appellatus est, non inops substantiae juxta mediocritatem vitae; sed quia plerumque regnat in rerum opulentia carnis culpa, in quodam facinore lapsus est, quod debuisset valde pertimescere, ac de suae mortis immanitate cogitare. Reatus ergo sui consideratione compunctus, erexit se contra se, mundi hujus omnia dereliquit, monasterium petiit. In quo nimirum monasterio tantae humilitatis tantaeque sibi districtionis exstitit, ut cuncti fratres, qui illic ad amorem divinitatis excreverant, suam cogerentur vitam despicere, dum illius poenitentiam viderent. Studit namque toto mentis adnisu cruciare carnem, voluntates proprias frangere, furtivas orationes quaerere, quotidianis se lacrymis lavare, despectum sui appetere, oblatam a fratribus venerationem timere.

17. El que nos prohibió pecar antes de la culpa, incluso después de la culpa no desiste de esperarnos para el perdón. He aquí que él mismo, a quien despreciamos, nos llama. Nos hemos apartado de él, y sin embargo no se aparta. Por lo cual bien se dice por Isaías: Y tus ojos estarán viendo a tu maestro, y tus oídos oirán la voz de quien advierte a tus espaldas (Is 30, 20. 21). Como de frente fue advertido el hombre cuando, creado para la justicia, recibió los preceptos de rectitud. Pero cuando despreció estos mismos preceptos, dio, por así decirlo, la espalda de la mente en la cara a su Creador. Pero he aquí que todavía sigue por detrás y advierte, porque ya es despreciado por nosotros, y sin embargo no cesa todavía de llamarnos. Como si diéramos la espalda en la cara a aquel cuyas palabras despreciamos, cuyos preceptos pisoteamos; pero estando a nuestras espaldas nos llama de nuevo a los que nos hemos apartado, él que ve que es despreciado, y sin embargo clama por los preceptos, espera por la paciencia. Considerad, pues, hermanos carísimos, si el siervo de cualquiera de vosotros, mientras le habláis, de pronto se ensoberbeciera, os diera la espalda en la cara, ¿no heriría el señor despreciado su soberbia, no infligiría las heridas de una severa corrección? He aquí que nosotros, pecando, hemos dado la espalda en la cara a nuestro Autor, y sin embargo somos sostenidos. A los soberbiamente apartados, benignamente los llama de nuevo, y él que pudo herirnos al apartarnos, promete dones para que volvamos. Tanta misericordia de nuestro Creador ablande, pues, la dureza de nuestra culpa, y el hombre que pudo haber experimentado por el golpe el mal que hizo, al menos al ser esperado se avergüence.

18. Un asunto, hermanos, refiero brevemente, el cual conocí por el relato del venerable varón Maximiano, entonces padre de mi monasterio y presbítero, pero ahora obispo de Siracusa. Esto, por lo tanto, si lo escucháis con atención, creo que no poco ayudará a vuestra caridad. En nuestros tiempos existió recientemente un tal Victorino, que también fue llamado por otro nombre, Emiliano, no pobre en bienes según la medianía de la vida; pero como la mayoría de las veces reina en la opulencia de las cosas la culpa de la carne, cayó en un cierto crimen, que debió haber temido grandemente, y haber pensado en la inmensidad de su muerte. Compungido, pues, por la consideración de su culpa, se levantó contra sí mismo, abandonó todas las cosas de este mundo, buscó un monasterio. En el cual monasterio, por cierto, destacó con tanta humildad y tanta severidad consigo mismo, que todos los hermanos, que allí habían crecido en el amor de la divinidad, se veían obligados a despreciar su propia vida al ver la penitencia de aquel. Pues se dedicó con todo el esfuerzo de su mente a castigar la carne, a quebrantar sus propias voluntades, a buscar oraciones furtivas, a lavarse con lágrimas cotidianas, a desear el desprecio de sí mismo, a temer la veneración ofrecida por los hermanos.

Hic itaque nocturnas fratrum vigilias praevenire consueverat; et quia mons in quo monasterium situm est ex uno latere in secretiore parte prominebat, illuc consuetudinem fecerat ante vigilias egredi, ut se quotidie in fletu poenitentiae quanto secretius, tanto liberius mactaret. Contemplabatur namque districtionem venturi judicis sui, et, jam eidem judici concordans, puniebat in lacrymis reatum facinoris sui. Quadam vero nocte abbas monasterii vigilans hunc latenter egredientem intuitus lento foras pede secutus est. Quem cum in secreto montis latere cerneret in oratione prostratum, exspectare voluit quando surgeret, ut ipsam quoque longanimitatem orationis ejus exploraret, cum subito coelitus lux emissa super eum fusa est qui in oratione prostratus jacebat; tantaque se illo in loco claritas sparsit, ut tota pars regionis illius ex eadem luce candesceret; quam abbas ut vidit, intremuit, et fugit. Cumque post longum horae spatium idem frater ad monasterium rediisset, abbas ejus, ut disceret an super se effusionem tanti luminis agnovisset, requirere eum studuit, dicens: Ubi fuisti, frater? At ille, latere posse se credens, in monasterio se fuisse respondit. Quo negante, abbas compulsus est dicere quid vidisset. At ille videns se esse deprehensum, hoc quoque quod abbatem latebat aperuit adjungens: Quando super me vidisti lucem de coelo descendere, vox etiam pariter venit, dicens: Dimissum est peccatum tuum. And quidem omnipotens Deus peccatum ejus potuit tacendo laxare; sed loquendo per vocem, radiando per lumen, exemplo suae misericordiae nostra ad poenitentiam voluit corda concutere. Miramur, fratres charissimi, quod persecutorem suum Saulum Dominus de coelo prostravit, de coelo allocutus est. Ecce nostris quoque temporibus peccator et poenitens vocem de coelestibus audivit. Illi dictum est: Quid me persequeris? (Act. IX, 4.) Iste vero audire meruit: Dimissum est peccatum tuum. Longe est inferior meritis peccator iste poenitens quam Paulus. Sed quia adhuc in hac re de Saulo loquimur crudelitatem necis anhelante, liceat audenter dicere quia Saulus propter superbiam vocem increpationis, iste vero propter humilitatem vocem consolationis audivit. Hunc quia humilitas straverat, divina pietas erigebat, illum quia superbia erexerat, divina severitas humiliabat. Habete ergo fiduciam, fratres mei, de misericordia conditoris nostri; cogitate quae facitis, recogitate quae fecistis. Largitatem supernae pietatis aspicite, et ad misericordem judicem, dum adhuc exspectat, cum lacrymis venite. Considerantes namque quod justus sit, peccata vestra nolite negligere; considerantes vero quod pius sit, nolite desperare. Praebet apud Deum homini fiduciam Deus homo. Est nobis spes magna poenitentibus, quia advocatus noster factus est judex noster. Qui vivit et regnat cum Patre et Spiritu sancto Deus in saecula saeculorum. Amen.

Este, por lo tanto, solía adelantarse a las vigilias nocturnas de los hermanos; y como el monte en el que está situado el monasterio destacaba por un lado en una parte más secreta, allí había hecho costumbre salir antes de las vigilias, para matarse diariamente en el llanto de la penitencia tanto más libremente cuanto más secretamente. Pues contemplaba la severidad de su futuro juez, y, ya concordando con el mismo juez, castigaba con lágrimas la culpa de su crimen. Pero una cierta noche, el abad del monasterio, vigilando, al verlo salir ocultamente, lo siguió con paso lento afuera. Al verlo postrado en oración en el lado secreto del monte, quiso esperar a que se levantara, para explorar también esa misma longanimidad de su oración, cuando de pronto una luz enviada del cielo se derramó sobre él que yacía postrado en oración; y tanta claridad se esparció en aquel lugar, que toda la parte de aquella región resplandecía con la misma luz; la cual, cuando el abad la vio, tembló y huyó. Y cuando después de un largo espacio de una hora el mismo hermano regresó al monasterio, su abad, para aprender si había reconocido la efusión de tan gran luz sobre sí mismo, procuró interrogarlo, diciendo: ¿Dónde has estado, hermano? Pero él, creyendo que podía ocultarse, respondió que había estado en el monasterio. Al negarlo él, el abad se vio obligado a decir lo que había visto. Pero él, viendo que había sido descubierto, manifestó también esto que ocultaba al abad, añadiendo: Cuando viste la luz descender del cielo sobre mí, vino también al mismo tiempo una voz, diciendo: Tu pecado te es perdonado. Y por cierto, Dios omnipotente pudo perdonar su pecado callando; pero hablando por la voz, irradiando por la luz, quiso sacudir nuestros corazones a la penitencia con el ejemplo de su misericordia. Nos maravillamos, hermanos carísimos, de que el Señor derribara del cielo a su perseguidor Saulo, y le hablara desde el cielo. He aquí que en nuestros tiempos también un pecador y penitente oyó una voz de las cosas celestiales. A aquel se le dijo: ¿Por qué me persigues? (Hech 9, 4). Pero este mereció oír: Tu pecado te es perdonado. Mucho más inferior es en méritos este pecador penitente que Pablo. Pero como todavía hablamos en este asunto de Saulo anhelando la crueldad de la muerte, séanos permitido decir audazmente que Saulo, por causa de la soberbia, oyó la voz de la reprensión, pero este, por causa de la humildad, oyó la voz de la consolación. A este, porque la humildad lo había postrado, la piedad divina lo levantaba; a aquel, porque la soberbia lo había levantado, la severidad divina lo humillaba. Tened, pues, confianza, hermanos míos, en la misericordia de nuestro Creador; pensad en lo que hacéis, recapacitad en lo que habéis hecho. Mirad la largueza de la piedad suprema, y venid con lágrimas al juez misericordioso, mientras todavía espera. Pues considerando que es justo, no descuidéis vuestros pecados; pero considerando que es piadoso, no desesperéis. Dios hombre ofrece confianza al hombre ante Dios. Hay una gran esperanza para nosotros los penitentes, porque nuestro abogado se ha convertido en nuestro juez. Quien vive y reina con el Padre y el Espíritu Santo, Dios, por los siglos de los siglos. Amén.

HOMILIA XXXV.

Habita ad populum in basilica sancti Mennae martyris, die natalis ejus.

LECTIO S. EVANG. SEC. LUC. XXI, 9-19.

In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis: Cum audieritis praelia et seditiones, nolite terreri; oportet primum haec fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem, et regnum adversus regnum; et terrae motus magni erunt per loca, et pestilentiae et fames, terroresque de coelo, et signa magna erunt. Sed ante haec omnia injicient vobis manus suas, et persequentur, tradentes in synagogas et custodias, trahentes ad reges et praesides propter nomen meum. Contingent autem haec vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris non praemeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere et contradicere omnes adversarii vestri. Trademini autem a parentibus et fratribus et cognatis et amicis, et morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

1. Quia longius ab urbe digressi sumus, ne ad revertendum nos tardior hora praepediat, necesse est ut expositionem sancti Evangelii brevior sermo transcurrat. Dominus ac Redemptor noster perituri mundi praecurrentia mala denuntiat, ut eo minus perturbent venientia, quo fuerint praescita. Minus enim jacula feriunt quae praevidentur; et nos tolerabilius mundi mala suscipimus, si contra haec per praescientiae clypeum munimur. Ecce enim dicit: Cum audieritis praelia et seditiones, nolite terreri; oportet enim primum haec fieri, sed nondum statim finis. Pensanda sunt verba Redemptoris nostri, per quae nos aliud interius, aliud exterius passuros esse denuntiat. Bella quippe ad hosties pertinent, seditiones ad cives. Ut ergo nos indicet interius exteriusque turbari, aliud nos fatetur ab hostibus, aliud a fratribus perpeti. Sed his malis praevenientibus, quia non statim finis sequatur, adjungit: Surget gens contra gentem, et regnum adversus regnum; et terrae motus magni erunt per loca, et pestilentiae et fames, terroresque de coelo; et signa magna erunt. Vel sicut in quibusdam Codicibus invenitur, Terroresque de coelo et tempestates.

HOMILÍA XXXV.

Tenida ante el pueblo en la basílica de san Menas mártir, el día de su nacimiento.

LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN LUCAS 21, 9-19.

En aquel tiempo, dijo Jesús a sus discípulos: Cuando oyereis hablar de guerras y sediciones, no os aterréis; es oportuno que estas cosas sucedan primero, pero aún no es el fin inmediatamente. Entonces les decía: Se levantará nación contra nación, y reino contra reino; y habrá grandes terremotos por los lugares, y pestilencias y hambres, y terrores del cielo, y habrá grandes señales. Pero antes de todas estas cosas, os echarán mano, y os perseguirán, entregándoos a las sinagogas y a las cárceles, llevándoos ante reyes y gobernadores por causa de mi nombre. Pero estas cosas os sucederán para testimonio. Poned, pues, en vuestros corazones el no premeditar cómo habéis de responder. Porque yo os daré boca y sabiduría, a la cual no podrán resistir ni contradecir todos vuestros adversarios. Seréis entregados incluso por vuestros padres y hermanos y parientes y amigos, y matarán a algunos de vosotros. Y seréis odiados por todos los hombres por causa de mi nombre, y no perecerá ni un cabello de vuestra cabeza. En vuestra paciencia poseeréis vuestras almas.

1. Como nos hemos alejado bastante de la ciudad, para que una hora demasiado tardía no nos impida el regreso, es necesario que un sermón más breve recorra la exposición del santo Evangelio. Nuestro Señor y Redentor anuncia los males precursores de un mundo que perece, para que tanto menos perturben los que vienen, cuanto más hayan sido preconocidos. Pues menos hieren los dardos que se prevén; y nosotros soportamos más tolerablemente los males del mundo si estamos prevenidos contra ellos por el escudo de la presciencia. He aquí que dice: Cuando oyereis hablar de guerras y sediciones, no os aterréis; pues es necesario que estas cosas sucedan primero, pero aún no es el fin inmediatamente. Se deben considerar las palabras de nuestro Redentor, por las cuales nos anuncia que hemos de padecer una cosa interiormente y otra exteriormente. Pues las guerras pertenecen a los enemigos, las sediciones a los ciudadanos. Para indicar, pues, que somos turbados interior y exteriormente, confiesa que padecemos una cosa de los enemigos y otra de los hermanos. Pero al preceder estos males, como no sigue inmediatamente el fin, añade: Se levantará nación contra nación, y reino contra reino; y habrá grandes terremotos por los lugares, y pestilencias y hambres, y terrores del cielo; y habrá grandes señales. O como se encuentra en algunos códices: Terrores del cielo y tempestades.

Atque post subditur: Et signa magna erunt. Ultima tribulatio multis tribulationibus praevenitur, et per crebra mala quae praeveniunt indicantur mala perpetua quae subsequentur. Et ideo post bella et seditiones non statim finis, quia multa debent mala praecurrere, ut malum valeant sine fine nuntiare. Sed cum tot signa perturbationis dicta sint, oportet ut eorum considerationem breviter per singula perstringamus, quia necesse est ut alia e coelo, alia e terra, alia ab elementis, alia ab hominibus patiamur. Ait enim: Surget gens contra gentem, ecce perturbatio hominum; erunt terrae motus magni per loca, ecce respectus irae desuper; erunt pestilentiae, ecce inaequalitas corporum; erit fames, ecce sterilitas terrae; terroresque de coelo et tempestates, ecce inaequalitas aeris. Quia ergo omnia consummanda sunt, ante consummationem omnia perturbantur; et qui in cunctis deliquimus, in cunctis ferimur, ut impleatur quod dicitur: Et pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos (Sap. V, 21). Omnia namque quae ad usum vitae accepimus ad usum convertimus culpae, sed cuncta quae ad usum pravitatis infleximus ad usum nobis vertuntur ultionis. Tranquillitatem quippe humanae pacis ad usum vertimus vanae securitatis, peregrinationem terrae pro habitatione dileximus patriae; salutem corporum redegimus in usum vitiorum; ubertatis abundantiam non ad necessitatem carnis, sed ad perversitatem intorsimus voluptatis; ipsa serena blandimenta aeris ad amorem nobis servire coegimus terrenae delectationis. Jure ergo restat ut simul nos omnia feriant, quae simul omnia vitiis nostris male subacta serviebant, ut quot prius in mundo incolumes habuimus gaudia, tot de ipso postmodum cogamur sentire tormenta. Notandum vero quod dicitur: Terrores de coelo et tempestates. Cum tempestates hiemales venire ex ordine soleant temporum, cur hoc loco tempestates venire in perditionis signum praedicuntur, nisi quod eas tempestates Dominus venire denuntiat quae nequaquam ordinem temporum servant? Quae enim ordinate veniunt, signum non sunt; sed tempestates in signum sunt, quae ipsa quoque temporum statuta confundunt. Quod nos quoque nuper experti sumus, quia aestivum tempus omne conversum in pluvias hiemales vidimus.

Omnes ergo electi quia summi capitis membra sunt, caput quoque suum in passionibus sequuntur, ut ipsos adversarios in sua morte sentiant de quorum vita praesumebant, et tanto eis crescat merces operis, quanto eis virtutis lucrum proficit ex alienae damno charitatis.

Y después se añade: Y habrá grandes señales. La última tribulación es precedida por muchas tribulaciones, y por los frecuentes males que preceden se indican los males perpetuos que seguirán. Y por eso, después de las guerras y sediciones no es inmediatamente el fin, porque deben preceder muchos males, para que puedan anunciar un mal sin fin. Pero como se han dicho tantos signos de perturbación, conviene que recorramos brevemente la consideración de cada uno de ellos, porque es necesario que padezcamos unas cosas del cielo, otras de la tierra, otras de los elementos, otras de los hombres. Dice, pues: Se levantará nación contra nación, he aquí la perturbación de los hombres; habrá grandes terremotos por los lugares, he aquí la mirada de la ira desde arriba; habrá pestilencias, he aquí la desigualdad de los cuerpos; habrá hambre, he aquí la esterilidad de la tierra; y terrores del cielo y tempestades, he aquí la desigualdad del aire. Porque, por tanto, todas las cosas han de ser consumadas, antes de la consumación todas las cosas se turban; y nosotros, que en todo hemos faltado, en todo somos heridos, para que se cumpla lo que se dice: Y el orbe de la tierra peleará con él contra los insensatos (Sab 5, 21). Pues todas las cosas que recibimos para el uso de la vida, las convertimos al uso de la culpa; pero todas las que inclinamos al uso de la maldad, se nos vuelven para el uso de la venganza. Ciertamente convertimos la tranquilidad de la paz humana al uso de una vana seguridad; amamos la peregrinación de la tierra en lugar de la habitación de la patria; redujimos la salud de los cuerpos al uso de los vicios; la abundancia de la fertilidad no la encaminamos a la necesidad de la carne, sino a la perversidad del placer; los mismos serenos halagos del aire los obligamos a servirnos para el amor del deleite terrenal. Con razón, pues, queda que todas las cosas nos hieran a la vez, las cuales todas a la vez servían malamente subyugadas a nuestros vicios, para que cuantos gozos tuvimos antes incólumes en el mundo, tantos tormentos nos veamos obligados a sentir después por él mismo. Pero se debe notar lo que se dice: Terrores del cielo y tempestades. Puesto que las tempestades invernales suelen venir por el orden de los tiempos, ¿por qué en este lugar se predice que vendrán tempestades como signo de perdición, sino porque el Señor anuncia que vienen aquellas tempestades que de ningún modo guardan el orden de los tiempos? Pues las que vienen ordenadamente no son signo; sino que son signo las tempestades que confunden incluso los mismos estatutos de los tiempos. Lo cual también nosotros hemos experimentado recientemente, pues hemos visto todo el tiempo estival convertido en lluvias invernales.

Todos los elegidos, pues, porque son miembros de la cabeza suprema, también siguen a su cabeza en las pasiones, de modo que sientan a los mismos adversarios en su muerte en cuya vida confiaban, y tanto más les crezca la recompensa de la obra, cuanto más les aprovecha el lucro de la virtud por el daño de la caridad ajena.

2. Quia autem cuncta haec non de injustitia ferientis sunt, sed de merito mundi patientis, facta pravorum hominum praemittuntur cum dicitur: Sed ante haec omnia incipient vobis manus suas injicere, et persequentur, et tradent vos in synagogas, ducentes ad reges et praesides propter nomen meum. Ac si aperte dicat: Prius corda hominum, et post elementa turbantur, ut cum rerum ordo confunditur, ex qua jam retributione veniat demonstretur. Nam quamvis finis mundi ex ipso suo ordine pendeat, perversiores tamen quosque inveniens, qui digne ruinis illius opprimantur innotescit cum subditur: Ducentes ad reges et praesides propter nomen meum. Contingent autem haec vobis in testimonium. In testimonium videlicet quorum, nisi eorum qui aut persequendo mortes inferunt, aut videndo non imitantur? Mors quippe justorum bonis in adjutorium est, malis in testimonium, ut inde perversi sine excusatione pereant, unde electi exemplum capiunt ut vivant.

3. Sed auditis tot terroribus turbari poterant infirmorum corda, atque ideo consolatio adjungitur cum protinus subinfertur: Ponite ergo in cordibus vestris non praemeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere et contradicere omnes adversarii vestri. Ac si aperte membris suis infirmantibus dicat: Nolite terreri, nolite pertimescere; vos ad certamen acceditis, sed ego praelior; vos verba editis, sed ego sum qui loquor. Sequitur: Trademini autem a parentibus et fratribus, et cognatis et amicis, et morte afficient ex vobis. Minorem dolorem mala ingerunt quae ab extraneis inferuntur. Plus vero in nobis ea tormenta saeviunt quae ab illis patimur de quorum mentibus praesumebamus, quia cum damno corporis mala nos cruciant amissae charitatis. Hinc est enim quod de Juda traditore suo per Psalmistam Dominus dicit: Et quidem si inimicus meus maledixisset mihi, supportassem utique; et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset, abscondissem me utique ab eo. Tu vero homo unanimis, dux meus et notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulavimus cum consensu (Psal. LIV, 13, seq.). Et rursum: Homo pacis meae in quo sperabam, et qui edebat panes meos, ampliavit adversum me supplantationem (Psal. XL, 10). Ac si de traditore suo apertis vocibus dicat: Transgressionem ejus tanto gravius pertuli, quanto hanc ab eo qui meus esse videbatur sensi.

2. Pero como todas estas cosas no provienen de la injusticia del que hiere, sino del mérito del mundo que padece, se anteponen las acciones de los hombres malvados cuando se dice: Pero antes de todas estas cosas comenzarán a echaros mano, y os perseguirán, y os entregarán a las sinagogas, llevándoos ante reyes y gobernadores por causa de mi nombre. Como si dijera abiertamente: Primero los corazones de los hombres, y después los elementos se turban, para que cuando el orden de las cosas se confunde, se demuestre de qué retribución procede ya. Pues aunque el fin del mundo dependa de su mismo orden, encontrando sin embargo a cada uno de los más perversos, para que dignamente sean oprimidos por sus ruinas, se da a conocer cuando se añade: Llevándoos ante reyes y gobernadores por causa de mi nombre. Pero estas cosas os sucederán para testimonio. ¿Para testimonio de quiénes, por cierto, sino de aquellos que, o bien persiguiendo infligen muertes, o bien viendo no imitan? Pues la muerte de los justos es para ayuda de los buenos, para testimonio de los malos, a fin de que de allí perezcan los perversos sin excusa, de donde los elegidos toman ejemplo para vivir.

3. Pero al oír tantos terrores, los corazones de los débiles podían turbarse, y por eso se añade consuelo cuando al punto se subraya: Poned, pues, en vuestros corazones el no premeditar cómo habéis de responder. Porque yo os daré boca y sabiduría, a la cual no podrán resistir ni contradecir todos vuestros adversarios. Como si dijera abiertamente a sus miembros débiles: No os aterréis, no tengáis miedo; vosotros os acercáis al certamen, pero yo peleo; vosotros pronunciáis las palabras, pero yo soy el que habla. Sigue: Seréis entregados incluso por vuestros padres y hermanos, y parientes y amigos, y matarán a algunos de vosotros. Menor dolor causan los males que son inferidos por extraños. Pero más se ensañan en nosotros aquellos tormentos que padecemos de parte de aquellos en cuya disposición confiábamos, porque con el daño del cuerpo nos torturan los males de la caridad perdida. De aquí es que sobre Judas su traidor dice el Señor por el Salmista: Y por cierto, si mi enemigo me hubiera maldecido, lo habría soportado ciertamente; y si aquel que me odiaba hubiera hablado grandes cosas contra mí, me habría ocultado ciertamente de él. Pero tú, hombre unánime, mi guía y mi conocido, que junto conmigo tomabas dulces alimentos, en la casa de Dios caminamos con acuerdo (Sal 54, 13 s.). Y de nuevo: El hombre de mi paz en quien yo esperaba, y que comía mis panes, aumentó contra mí la traición (Sal 40, 10). Como si dijera con palabras abiertas sobre su traidor: Tanto más gravemente he soportado su transgresión, cuanto más la sentí de parte de aquel que parecía ser mío.

4. Sed quia dura sunt quae praedicuntur de afflictione mortis, protinus consolatio subditur de gaudio resurrectionis, cum dicitur: Capillus de capite vestro non peribit. Scimus, fratres, quia caro incisa dolet, capillus incisus non dolet. Ait ergo martyribus suis: Capillus de capite vestro non peribit, videlicet aperte dicens: Cur timetis ne pereat quod incisum dolet, quando et illud in vobis perire non potest quod incisum non dolet? Sequitur: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Idcirco possessio animae in virtute patientiae ponitur, quia radix omnium custosque virtutum patientia est. Per patientiam vero possidemus animas nostras, quia dum nobis ipsis dominari discimus, hoc ipsum incipimus possidere quod sumus. Patientia vero est aliena mala aequanimiter perpeti, contra eum quoque qui mala irrogat nullo dolore morderi. Nam qui sic proximi mala portat, ut tamen tacitus doleat, et tempus dignae retributionis quaerat, patientiam non exhibet, sed ostendit. Scriptum quippe est: Charitas patiens est, benigna est (I Cor. XIII, 4). Patiens namque est ut aliena mala toleret, benigna vero est ut ipsos etiam quos portat amet. Hinc namque per semetipsam Veritas dicit: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, orate pro persequentibus et calumniantibus vos (Matth. V, 44; Luc. VI, 27). Virtus itaque est coram hominibus adversarios tolerare, sed virtus coram Deo diligere, quia hoc solum Deus sacrificium accipit, quod ante ejus oculos in altari boni operis flamma charitatis incendit.

5. Sciendum vero quod plerumque ideo patientes esse videmur, quia retribuere mala non possumus. Sed qui idcirco malum non retribuit quia nequaquam valet, procul dubio, ut praediximus, patiens non est, quia patientia non in ostensione inquiritur, sed in corde. Per impatientiae autem vitium ipsa virtutum nutrix doctrina dissipatur. Scriptum namque est: Doctrina viri per patientiam noscitur (Prov. XIX, 11). Tanto ergo quisque minus ostenditur doctus, quanto convincitur minus patiens. Neque enim potest veraciter bona docendo impendere, si vivendo nesciat aequanimiter aliena mala tolerare. Quanto enim culmine virtus patientiae polleat, rursus Salomon indicat, dicens: Melior est patiens viro forti, et qui dominatur animo suo expugnatore urbium (Prov. XVI, 32). Minor est ergo victoria urbes expugnare, quia extra sunt quae vincuntur. Majus autem est quod per patientiam vincitur, quia ipse a se animus superatur, et semetipsum sibimetipsi subjicit, quando eum patientia in humilitate tolerantiae sternit.

4. Pero como es duro lo que se predice sobre la aflicción de la muerte, al punto se añade consuelo sobre el gozo de la resurrección, cuando se dice: No perecerá ni un cabello de vuestra cabeza. Sabemos, hermanos, que la carne cortada duele, el cabello cortado no duele. Dice, pues, a sus mártires: No perecerá ni un cabello de vuestra cabeza; diciendo claramente, por cierto: ¿Por qué teméis que perezca lo que al ser cortado duele, cuando ni siquiera aquello en vosotros puede perecer que al ser cortado no duele? Sigue: En vuestra paciencia poseeréis vuestras almas. Por eso la posesión de la alma se pone en la virtud de la paciencia, porque la paciencia es raíz y guardiana de todas las virtudes. Por la paciencia, en efecto, poseemos nuestras almas, porque mientras aprendemos a dominarnos a nosotros mismos, empezamos a poseer esto mismo que somos. Pero la paciencia consiste en soportar con ecuanimidad los males ajenos, en no ser mordido por ningún dolor contra aquel incluso que inflige los males. Pues el que de tal modo soporta los males de su prójimo que, sin embargo, se duele en silencio y busca un tiempo de digna retribución, no exhibe paciencia, sino que la aparenta. Pues está escrito: La caridad es paciente, es benigna (1 Cor 13, 4). Es paciente para tolerar los males ajenos, pero es benigna para amar incluso a aquellos a quienes soporta. Pues de aquí por sí misma dice la Verdad: Amad a vuestros enemigos, haced bien a los que os odian, orad por los que os persiguen y calumnian (Mt 5, 44; Lc 6, 27). Es virtud, por tanto, ante los hombres tolerar a los adversarios, pero es virtud ante Dios amarlos, porque Dios solo acepta este sacrificio que ante sus ojos en el altar de la buena obra enciende la llama de la caridad.

5. Pero se debe saber que la mayoría de las veces parecemos ser pacientes por esto, porque no podemos devolver los males. Pero el que por esto no devuelve el mal porque de ningún modo puede, sin duda alguna, como ya dijimos, no es paciente, porque la paciencia no se busca en la apariencia, sino en el corazón. Por el vicio de la impaciencia se disipa la doctrina misma, nodriza de las virtudes. Pues está escrito: La doctrina del hombre se conoce por la paciencia (Prov 19, 11). Por tanto, tanto menos se muestra uno docto, cuanto menos paciente se le convence de ser. Ni puede en verdad dar bienes enseñando, si viviendo no sabe tolerar con ecuanimidad los males ajenos. Pues con cuánta altura destaca la virtud de la paciencia, de nuevo lo indica Salomón, diciendo: Mejor es el paciente que el varón fuerte, y el que domina su ánimo que el conquistador de ciudades (Prov 16, 32). Menor es, por tanto, la victoria de conquistar ciudades, porque están fuera las cosas que se vencen. Pero mayor es lo que se vence por la paciencia, porque el ánimo mismo es vencido por sí mismo, y se somete a sí mismo, cuando la paciencia lo abate en la humildad de la tolerancia.

Sciendum vero est quod plerumque evenire patientibus solet, ut eo quidem tempore quo adversa patiuntur vel contumelias audiunt nullo dolore pulsentur, et sic patientiam exhibeant, ut custodire etiam cordis innocentiam curent. Sed cum post paululum haec ipsa quae pertulerint ad memoriam revocant, igne vehementissimi doloris instigantur, argumenta ultionis inquirunt, et mansuetudinem quam tolerantes habuerunt, in retractatione sua semetipsos dijudicantes perdunt.

6. Callidus namque adversarius bellum contra duos movet, unum videlicet inflammans ut contumelias prior inferat; alterum vero provocans, ut contumelias laesus reddat. Sed quia ejus jam victor exstitit quem ad proferendas contumelias commovit, contra illum acrius dolet, quem ad reddendas injurias commovere non potuit; unde fit ut tota se virtute contra eum erigat, quem contumelias fortiter pertulisse considerat. Quem quia commovere in ipsa injuriarum jaculatione non potuit, ab aperto certamine interim recedens, in secreta cogitatione deceptionis tempus inquirit, et qui publico bello perdidit, ad exhibendas occulte insidias exardescit. Quietis namque jam tempore ad victoris animum redit, et vel damna rerum, vel injuriarum jacula ad memoriam reducit; cunctaque quae sibi illata sunt vehementer exaggerans, fuisse intolerabilia ostendit, et quiescentis animum tanto furore conturbat, ut plerumque vir patiens illa se aequanimiter tolerasse etiam post victoriam captivus erubescat; seque non reddidisse contumelias doleat, et deteriora rependere, si occasio praebeatur, quaerat. Quibus ergo isti sunt similes, nisi his qui per fortitudinem in campo victores sunt, sed per negligentiam postmodum intra urbis claustra capiuntur? Quibus isti sunt similes, nisi his quos irruens gravis languor a vita non subtrahit, sed leviter veniens recidiva febris occidit? Ille ergo veraciter patientiam servat, qui et ad tempus aliena mala sine dolore tolerat, et haec eadem retractans, pertulisse se talia exsultat, ne bonum patientiae quietis tempore pereat, quod in perturbationibus custoditur.

7. Sed quia natalem martyris hodierna die colimus, fratres mei, nequaquam nos a virtute ejus patientiae existimare extraneos debemus. Si enim, adjuvante nos Domino, virtutem patientiae servare contendimus, et in pace Ecclesiae vivimus, et tamen martyrii palmam tenemus. Duo quippe sunt martyrii genera, unum in mente, aliud in mente simul et actione. Itaque esse martyres possumus, etiamsi nullo percutientium ferro trucidemur. Mori quippe a persequente martyrium in aperto opere est; ferre vero contumelias, odientem diligere, martyrium est in occulta cogitatione.

Pero se debe saber que suele suceder a menudo a los pacientes, que en aquel tiempo en que padecen cosas adversas u oyen contumelias no son golpeados por ningún dolor, y de tal modo exhiben paciencia, que cuidan incluso de guardar la inocencia del corazón. Pero cuando después de un poco recuerdan estas mismas cosas que han soportado, son instigados por el fuego de un dolor vehementísimo, buscan argumentos de venganza, y la mansedumbre que tuvieron al tolerar, la pierden en su retractación juzgándose a sí mismos.

6. Pues el astuto adversario mueve guerra contra dos: inflamando a uno, por cierto, para que sea el primero en proferir contumelias; pero provocando al otro, para que, herido, devuelva las contumelias. Pero como ya resultó vencedor de aquel a quien movió a proferir contumelias, se duele más acremente contra aquel a quien no pudo mover a devolver las injurias; de donde resulta que se levanta con toda su fuerza contra aquel que considera que ha soportado con fortaleza las contumelias. A quien, porque no pudo conmoverlo en aquel mismo lanzamiento de dardos de las injurias, retirándose por un momento del certamen abierto, busca en el pensamiento secreto un tiempo de engaño; y el que perdió en la guerra pública, se enciende para presentar acechanzas ocultamente. Pues ya en tiempo de quietud vuelve al ánimo del vencedor, y trae a la memoria o los daños de las cosas o los dardos de las injurias; exagerando vehementemente todo lo que le fue inferido, lo muestra como intolerable, y perturba el ánimo del que está tranquilo con tanta furia, que a menudo el varón paciente, cautivo, se avergüenza incluso después de la victoria de haber tolerado aquello con ecuanimidad; y le duele no haber devuelto las contumelias, y busca devolver cosas peores, si se presentara la ocasión. ¿A quiénes, pues, son estos semejantes, sino a aquellos que por la fortaleza son vencedores en el campo, pero por la negligencia son capturados después dentro de los recintos de la ciudad? ¿A quiénes son estos semejantes, sino a aquellos a quienes un grave lánguido que irrumpe no les quita la vida, pero una fiebre recurrente que viene levemente los mata? Aquel, pues, guarda verdaderamente la paciencia, que tanto en su momento tolera los males ajenos sin dolor, como, reconsiderando estas mismas cosas, se regocija de haber soportado tales cosas, para que no perezca el bien de la paciencia en tiempo de quietud, el cual se custodia en las perturbaciones.

7. Pero como hoy celebramos el nacimiento de un mártir, hermanos míos, de ningún modo debemos considerarnos extraños a la virtud de su paciencia. Pues si, con la ayuda del Señor, nos esforzamos por guardar la virtud de la paciencia, aunque vivamos en la paz de la Iglesia, tenemos sin embargo la palma del martirio. Pues hay dos géneros de martirio: uno en la mente, otro en la mente y en la acción a la vez. Por tanto, podemos ser mártires, aunque no seamos degollados por ninguna espada de los que golpean. Morir a manos del perseguidor es martirio en obra abierta; pero soportar contumelias, amar al que nos odia, es martirio en el pensamiento oculto.

Nam quia duo sunt martyrii genera, unum in occulto opere, aliud in publico, testatur Veritas, quae Zebedaei filios requirit, dicens: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? (Matth. XX, 22.) Cui cum protinus responderent: Possumus, illico Dominus respondit, dicens: Calicem quidem meum bibetis. Quid enim per calicem, nisi dolorem passionis accipimus? De quo alias dicit: Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste. Et Zebedaei filii, id est Jacobus et Joannes, non uterque per martyrium occubuit, et tamen quod uterque calicem biberet audivit. Joannes namque nequaquam per martyrium vitam finivit, sed tamen martyr exstitit, quia passionem quam non suscepit in corpore servavit in mente. Et nos ergo hoc exemplo sine ferro esse possumus martyres, si patientiam veraciter in animo custodimus. Non abs re arbitror, fratres charissimi, si unum vobis exemplum servandae patientiae ad aedificationem loquar.

8. Fuit quidam diebus nostris Stephanus nomine, pater monasterii juxta Reatinae urbis moenia constituti, vir valde sanctus, virtute patientiae singularis. Et supersunt multi qui illum noverunt, ejusque vel vitam vel obitum narrant. Erat autem hujus lingua rustica, sed docta vita. Hic pro amore coelestis patriae cuncta despexerat, possidere aliquid in hoc mundo fugiebat; tumultus devitabat hominum, crebris ac prolixioribus orationibus intentus erat. Virtus tamen patientiae in eo vehementer excreverat, ita ut eum sibi amicum crederet, qui sibi molestiae aliquid irrogasset; reddebat contumeliis gratias; si quod in ipsa sua inopia damnum ei fuisset illatum, hoc maximum lucrum putabat; omnes suos adversarios nihil aliud quam adjutores aestimabat. Hunc cum dies mortis egredi de corpore urgeret, convenerunt multi, ut tam sanctae animae de hoc mundo recedenti suas animas commendarent. Cumque circa lectum illius hi qui convenerant omnes assisterent, alii corporeis oculis ingredientes angelos viderunt, sed dicere aliquid nullo modo potuerunt; alii omnino nihil viderunt; sed omnes qui aderant ita vehementissimus timor perculit, ut nullus, egrediente illa sancta anima, illic stare potuisset. Et hi ergo qui viderant, et hi qui omnino nihil viderant, uno omnes timore perculsi et territi fugerunt, nullusque illic assistere illo moriente potuit. Pensate ergo, fratres, omnipotens Deus qualiter terreat quando districtus judex venturus est, si sic assistentes terruit quando gratus et remunerans venit; aut qualiter timeri potest cum videri potuerit, si sic mentes praesentium stravit et quando videri non potuit. Ecce, fratres charissimi, servata illa in Ecclesiastica pace patientia, ad quantum hunc retributionis culmen evexit. Quid huic suus conditor intus dedit, de quo nobis tantam gloriam in die ejus exitus et foris innotuit?

Pues que hay dos géneros de martirio, uno en obra oculta y otro en pública, lo atestigua la Verdad, que pregunta a los hijos de Zebedeo, diciendo: ¿Podéis beber el cáliz que yo he de beber? (Mt 20, 22). A lo cual, cuando ellos respondieron al punto: Podemos, inmediatamente el Señor respondió, diciendo: Beberéis ciertamente mi cáliz. ¿Pues qué entendemos por el cáliz, sino el dolor de la pasión? Sobre el cual dice en otro lugar: Padre, si es posible, pase de mí este cáliz. And los hijos de Zebedeo, esto es Santiago y Juan, no ambos murieron por el martirio, y sin embargo ambos oyeron que beberían el cáliz. Pues Juan de ningún modo terminó su vida por el martirio, pero sin embargo resultó mártir, porque la pasión que no recibió en el cuerpo la guardó en la mente. Y nosotros, pues, por este ejemplo podemos ser mártires sin espada, si custodiamos verdaderamente la paciencia en el ánimo. No juzgo fuera de propósito, hermanos carísimos, si os refiero un ejemplo de cómo guardar la paciencia para vuestra edificación.

8. Hubo en nuestros días un tal llamado Esteban, padre de un monasterio situado cerca de los muros de la ciudad de Rieti, varón muy santo, singular en la virtud de la paciencia. Y sobreviven muchos que lo conocieron, y relatan su vida o su muerte. Era la lengua de este hombre rústica, pero su vida era docta. Este, por amor de la patria celestial, lo había despreciado todo, huía de poseer algo en este mundo; evitaba los tumultos de los hombres, estaba dedicado a frecuentes y prolongadas oraciones. Sin embargo, la virtud de la paciencia había crecido en él de tal manera que consideraba amigo suyo al que le hubiera inferido alguna molestia; daba gracias por las contumelias; si en su misma pobreza se le hubiera inferido algún daño, lo consideraba como la mayor ganancia; estimaba a todos sus adversarios como nada más que ayudantes. Cuando el día de la muerte lo urgía a salir del cuerpo, se reunieron muchos para encomendar sus almas a tan santa alma que se retiraba de este mundo. Y cuando alrededor de su lecho asistían todos los que se habían reunido, algunos vieron con ojos corporales a los ángeles que entraban, pero de ningún modo pudieron decir nada; otros no vieron nada en absoluto; pero a todos los que estaban presentes los hirió un temor tan vehementísimo que nadie pudo permanecer allí mientras aquella santa alma salía. Y tanto estos que habían visto como estos que no habían visto nada en absoluto, heridos y aterrados todos por un mismo temor, huyeron, y nadie pudo asistir allí mientras él moría. Considerad, pues, hermanos, de qué manera aterra Dios omnipotente cuando ha de venir como juez severo, si así aterró a los que asistían cuando vino como alguien grato y remunerador; o de qué manera puede ser temido cuando pueda ser visto, si así abatió las mentes de los presentes incluso cuando no pudo ser visto. Ved, hermanos carísimos, cómo la paciencia guardada en aquella paz eclesiástica elevó a este hombre a tan gran altura de retribución. ¿Qué le dio su Creador interiormente, de quien nos manifestó tanta gloria en el día de su partida y exteriormente?

Quibus hunc credamus nisi sanctis martyribus sociatum, quem, attestantibus corporeis quoque oculis, a beatis spiritibus constat esse susceptum? Nullo iste gladio percussus occubuit, et tamen coronam patientiae quam in mente tenuit in egressione percepit. Probamus quotidie verum esse quod ante nos dictum est, quia sancta Ecclesia, electorum floribus plena, habet in pace lilia, in bello rosas.

9. Sciendum praeterea est quod tribus modis virtus patientiae exerceri solet. Alia namque sunt quae a Deo, alia quae ab antiquo adversario, alia quae a proximo sustinemus. A proximo namque persecutiones, damna et contumelias; ab antiquo vero adversario tentamenta; a Deo autem flagella toleramus. Sed in his omnibus tribus modis vigilanti oculo semetipsam debet mens circumspicere, ne contra mala proximi pertrahatur ad retributionem mali, ne contra tentamenta adversarii seducatur ad delectationem vel consensum delicti, ne contra flagella opificis ad excessum proruat murmurationis. Perfecte enim adversarius vincitur quando mens nostra et inter tentamenta ejus a delectatione atque consensu non trahitur, et inter contumelias proximi custoditur ab odio, et inter flagella Dei compescitur a murmuratione. Nec haec agentes, retribui nobis bona praesentia requiramus; nam pro labore patientiae bona speranda sunt sequentis vitae, ut tunc praemium nostri laboris incipiat, quando omnis jam labor funditus cessat. Unde et per Psalmistam dicitur: Non in finem oblivio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem (Psal. IX, 19). Quasi enim perisse patientia pauperum cernitur, cum nihil pro illa in hac vita humilibus recompensatur. Sed patientia pauperum in finem non peribit, quia tunc ejus gloria percipitur, cum simul omnia laboriosa terminantur. Servate ergo, fratres, in mente patientiam, eamque, cum res exigit, exercete in operatione. Nullum vestrum ad odium proximi contumeliosa verba commoveant, nulla perituraram rerum damna perturbent. Si enim fixa mente mansura damna pertimescitis, damna rerum transeuntium gravia non putatis; si aeternae retributionis gloriam conspicitis, de temporali injuria non doletis. Tolerate ergo adversarios vestros, sed ut fratres diligite quos toleratis. Aeterna praemia pro damnis temporalibus quaerite. Nec quisquam vestrum suis se viribus hanc implere posse confidat, sed obtinete precibus ut ipse hanc qui imperat praestet. Et scimus quia petentes libenter audit, quando hoc petitur largiri quod jubet. Cum continue pulsatur in prece, concite opitulatur in tentatione, per Jesum Christum Dominum nostrum, qui cum eo vivit et regnat Deus in unitate Spiritus sancti, in saecula saeculorum. Amen.

¿A quiénes hemos de creer que está asociado este hombre sino a los santos mártires, a quien, atestiguándolo también los ojos corporales, consta que fue recibido por los espíritus bienaventurados? No murió este herido por ninguna espada, y sin embargo recibió en su partida la corona de la paciencia que guardaba en la mente. Probamos diariamente que es verdad lo que se dijo antes de nosotros: que la santa Iglesia, llena de flores de los elegidos, tiene lirios en la paz, rosas en la guerra.

9. Se debe saber además que la virtud de la paciencia suele ejercitarse de tres modos. Pues unas son las cosas que soportamos de parte de Dios, otras del antiguo adversario, otras del prójimo. Del prójimo, en efecto, soportamos persecuciones, daños y contumelias; del antiguo adversario, tentaciones; de parte de Dios, en cambio, soportamos flagelos. Pero en todos estos tres modos la mente debe vigilarse a sí misma con ojo atento, para que contra los males del prójimo no sea arrastrada a la retribución del mal; para que contra las tentaciones del adversario no sea seducida al deleite o al consentimiento del pecado; para que contra los flagelos del Creador no prorrumpa en el exceso de la murmuración. Pues el adversario es vencido perfectamente cuando nuestra mente ni es arrastrada por el deleite y el consentimiento entre sus tentaciones, y es guardada del odio entre las contumelias del prójimo, y es contenida de la murmuración entre los flagelos de Dios. Y haciendo estas cosas, no busquemos que se nos retribuyan bienes presentes; pues por el trabajo de la paciencia se han de esperar los bienes de la vida futura, para que entonces comience la recompensa de nuestro trabajo, cuando ya todo trabajo cesa por completo. Por lo cual también se dice por el Salmista: No será para siempre el olvido del pobre, la paciencia de los pobres no perecerá para siempre (Sal 9, 19). Pues parece como si pereciera la paciencia de los pobres cuando nada se recompensa por ella a los humildes en esta vida. Pero la paciencia de los pobres no perecerá para siempre, porque entonces se percibe su gloria, cuando terminan a la vez todas las cosas laboriosas. Guardad, pues, hermanos, la paciencia en el ánimo, y ejercitadla, cuando la cosa lo exija, en la obra. Que a ninguno de vosotros muevan las palabras injuriosas al odio del prójimo, que ningún daño de las cosas perecederas os turbe. Pues si con ánimo firme teméis los daños que han de permanecer, no consideráis graves los daños de las cosas transitorias; si contempláis la gloria de la retribución eterna, no os doléis por la injuria temporal. Tolerad, pues, a vuestros adversarios, pero amad como hermanos a los que toleráis. Buscad premios eternos por los daños temporales. Y ninguno de vosotros confíe que puede cumplir esto por sus propias fuerzas, sino alcanzad por medio de oraciones que él mismo, que lo manda, lo conceda. Y sabemos que escucha de buena gana a los que le piden, cuando se pide que se otorgue lo que él manda. Cuando se llama continuamente en la oración, él auxilia prontamente en la tentación, por Jesucristo nuestro Señor, que vive y reina con él como Dios en la unidad del Espíritu Santo, por los siglos de los siglos. Amén.

HOMILIA XXXVI.

Habita ad populum in basilica beatorum apostolorum Philippi et Jacobi, Dominica secunda post Pentecosten.

LECTIO S. EVANG. SEC. LUC. XIV, 16-24.

In illo tempore, dixit Jesus Pharisaeis similitudinem hanc: Homo quidam fecit coenam magnam, et vocavit multos. Et misit servum suum hora caenae dicere invitatis ut venirent, quia jam parata sunt omnia. Et coeperunt omnes simul excusare. Primus dixit ei: Villam emi, et necesse habeo exire, et videre illam; rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit: Juga boum emi quinque, et eo probare illa; rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit: Uxorem duxi, et ideo non possum venire. Et reversus servus nuntiavit haec domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit servo suo: Exi cito in plateas et vicos civitatis, et pauperes ac debiles, et caecos et claudos introduc huc. Et ait servus: Domine, factum est ut imperasti, et adhuc locus est. Et ait Dominus servo: Exi in vias et sepes, et compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico autem vobis quod nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabit coenam meam.

1. Hoc distare, fratres charissimi, inter delicias corporis et cordis solet, quod corporales deliciae cum non habentur grave in se desiderium accendunt, cum vero habitae eduntur comedentem protinus in fastidium per satietatem vertunt. At contra spiritales deliciae cum non habentur in fastidio sunt, cum vero habentur in desiderio; tantoque a comedente amplius esuriuntur, quanto et ab esuriente amplius comeduntur. In illis appetitus placet, experientia displicet: in istis appetitus vilis est, et experientia magis placet. In illis appetitus saturitatem, saturitas fastidium generat; in istis autem appetitus saturitatem, saturitas appetitum parit. Augent enim spiritales deliciae desiderium in mente, dum satiant, quia quanto magis earum sapor percipitur, eo amplius cognoscitur quod avidius ametur. Et idcirco non habitae amari non possunt, quia earum sapor ignoratur. Quis enim amare valeat quod ignorat? Proinde Psalmista nos admonet, dicens: Gustate, et videte quoniam suavis est Dominus (Psal. XXXIII, 9). Ac si aperte dicat: Suavitatem ejus non cognoscitis, si hanc minime gustatis.

HOMILÍA XXXVI.

Tenida ante el pueblo en la basílica de los bienaventurados apóstoles Felipe y Santiago, el segundo domingo después de Pentecostés.

LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN LUCAS 14, 16-24.

En aquel tiempo, dijo Jesús a los fariseos esta parábola: Un hombre hizo una gran cena, y llamó a muchos. Y envió a su siervo a la hora de la cena a decir a los invitados que vinieran, porque ya todas las cosas están preparadas. Y comenzaron todos a una a excusarse. El primero le dijo: He comprado una villa, y tengo necesidad de salir y verla; te ruego que me des por excusado. Y el otro dijo: He comprado cinco yuntas de bueyes, y voy a probarlas; te ruego que me des por excusado. Y el otro dijo: He tomado esposa, y por tanto no puedo venir. Y regresando el siervo, anunció estas cosas a su señor. Entonces, airado el padre de familia, dijo a su siervo: Sal pronto a las plazas y calles de la ciudad, e introduce aquí a los pobres y a los débiles, y a los ciegos y a los cojos. Y dijo el siervo: Señor, hecho está como mandaste, y aún hay lugar. Y dijo el Señor al siervo: Sal por los caminos y cercados, y oblígalos a entrar, para que se llene mi casa. Pues os digo que ninguno de aquellos varones que fueron llamados gustará mi cena.

1. Suele haber esta diferencia, hermanos carísimos, entre los deleites del cuerpo y del corazón: que los deleites corporales, cuando no se tienen, encienden en sí un grave deseo, pero cuando se tienen y se consumen, al punto vuelven al que los come al hastío por la saciedad. Por el contrario, los deleites espirituales, cuando no se tienen, están en el hastío, pero cuando se tienen, están en el deseo; y tanto más son deseados por el que los come, cuanto más son comidos por el que los desea. En aquellos place el apetito, la experiencia displace; en estos el apetito es vil, y la experiencia place más. En aquellos el apetito genera saciedad, y la saciedad genera hastío; en estos, en cambio, el apetito genera saciedad, y la saciedad pare apetito. Pues los deleites espirituales aumentan el deseo en la mente mientras sacian, porque cuanto más se percibe su sabor, tanto más se conoce lo que se ha de amar con más avidez. Y por eso, al no tenerlos no pueden ser amados, porque se ignora su sabor. ¿Quién puede amar lo que ignora? Por tanto, el Salmista nos advierte diciendo: Gustad y ved qué suave es el Señor (Sal 33, 9). Como si dijera abiertamente: No conocéis su suavidad si no la gustáis en absoluto.

Sed cibum vitae ex palato cordis tangite, ut probantes ejus dulcedinem amare valeatis. Has autem homo delicias tunc amisit, cum in paradiso peccavit (Genes. III, 6); extra exiit, cum os a cibo aeternae dulcedinis clausit. Unde nos quoque nati in hujus peregrinationis aerumna, huc fastidiosi jam venimus, nec scimus quid desiderare debeamus; tantoque se amplius fastidii nostri morbus exaggerat, quanto magis ab esu illius dulcedinis animus elongat; et eo jam internas delicias non appetit, quo eas comedere diu longeque desuevit. Fastidio ergo nostro tabescimus, et longa inediae peste fatigamur. Et quia gustare intus nolumus paratam dulcedinem, amamus foris miseri famem nostram. Sed superna nos pietas nec deserentes se deserit.

2. Contemptas enim illas delicias ad memoriae nostrae oculos revocat, easque nobis proponit; in promissione torporem excutit, atque ut fastidium nostrum repellere debeamus invitat. Ait namque: Homo quidam fecit caenam magnam, et vocavit multos. Quis est iste homo, nisi ille de quo per Prophetam dicitur: Et homo est, et quis cognovit eum? (Jerem. XVII, 9.) Qui fecit coenam magnam, quia satietatem nobis dulcedinis internae praeparavit. Qui vocavit multos, sed pauci veniunt, quia nonnunquam ipsi qui ei per fidem subjecti sunt, aeterno ejus convivio male vivendo contradicunt.

Sequitur: Misit autem servum suum hora coenae dicere invitatis ut venirent. Quid hora coenae, nisi finis est mundi? In quo nimirum nos sumus, sicut jam dudum Paulus testatur, dicens: Nos sumus in quos fines saeculorum devenerunt (I Cor. X, 11). Si ergo jam hora coenae est cum vocamur, tanto minus nos debemus excusare convivio Dei, quanto propinquasse jam cernimus finem saeculi. Quo enim pensamus quia nihil est quod restat, eo debemus pertimescere ne tempus gratiae quod praesto est pereat. Idcirco autem hoc convivium Dei non prandium, sed coena vocatur, quia post prandium coena restat, post coenam vero convivium nullum restat. Et quia aeternum Dei convivium nobis in extremo praeparabitur, rectum fuit ut hoc non prandium, sed coena vocaretur. Sed quis per hunc servum, qui a patrefamilias ad invitandum mittitur, nisi praedicatorum ordo designatur? De quo videlicet ordine quamvis adhuc indigni existimus, quamvis peccatorum nostrorum pondere gravamur, et nos tamen in istis diebus sumus, et cum de aedificatione vestra aliquid vobis loquor, hoc est quod ago, servus enim sum summi patrisfamilias. Cum vos admoneo ad contemptum saeculi, invitare vos venio ad coenam Dei. Nemo me propter me hoc in loco despiciat. Et si ad invitandum nequaquam dignus appareo, sed tamen magnae sunt deliciae quas promitto.

Pero tocad el alimento de vida con el paladar del corazón, para que probando su dulzura podáis amar. Pero el hombre perdió estos deleites entonces, cuando pecó en el paraíso (Gén 3, 6); salió fuera cuando cerró la boca al alimento de la dulzura eterna. De donde nosotros también, nacidos en la penuria de esta peregrinación, venimos aquí ya fastidiados, y no sabemos qué debemos desear; y tanto más se aumenta la enfermedad de nuestro hastío, cuanto más se aleja el ánimo de comer aquella dulzura; y ya no apetece los deleites internos por lo mismo que se ha desacostumbrado a comerlos por largo y mucho tiempo. Por nuestro hastío, pues, desfallecemos, y somos fatigados por una larga peste de hambre. Y porque no queremos gustar dentro la dulzura preparada, amamos fuera, miserables, nuestra hambre. Pero la piedad suprema no desampara a quienes la desamparan.

2. Pues trae de nuevo a los ojos de nuestra memoria aquellos deleites despreciados, y nos los propone; sacude el torpor con la promesa, e invita a que debamos rechazar nuestro hastío. Pues dice: Un hombre hizo una gran cena, y llamó a muchos. ¿Quién es este hombre, sino aquel de quien se dice por el Profeta: Y es hombre, ¿y quién lo conoció? (Jer 17, 9). Quien hizo una gran cena, porque nos preparó la saciedad de la dulzura interna. Quien llamó a muchos, pero pocos vienen, porque a veces los mismos que le están sujetos por la fe, contradicen su convite eterno viviendo mal.

Sigue: Y envió a su siervo a la hora de la cena a decir a los invitados que vinieran. ¿Qué es la hora de la cena, sino el fin del mundo? En el cual ciertamente estamos nosotros, como ya hace tiempo atestigua Pablo diciendo: Nosotros somos aquellos en quienes los fines de los siglos han venido (1 Cor 10, 11). Si, pues, ya es la hora de la cena cuando somos llamados, tanto menos debemos excusarnos del convite de Dios, cuanto más vemos que ya se ha acercado el fin del siglo. Pues por lo mismo que pensamos que ya nada resta, por eso debemos temer que perezca el tiempo de gracia que está presente. Por eso este convite de Dios no se llama comida (prandium), sino cena (coena), porque después de la comida queda la cena, pero después de la cena ya no queda ningún convite. Y porque el convite eterno de Dios se nos preparará en lo último, fue recto que este no se llamara comida, sino cena. Pero, ¿quién es designado por este siervo, que es enviado por el padre de familia para invitar, sino el orden de los predicadores? En cuyo orden, aunque todavía somos indignos, aunque estamos gravados por el peso de nuestros pecados, sin embargo nosotros también estamos en estos días, y cuando os hablo algo para vuestra edificación, esto es lo que hago, pues soy siervo del sumo padre de familia. Cuando os amonesto al desprecio del mundo, vengo a invitaros a la cena de Dios. Nadie me desprecie en este lugar por mí mismo. Y si para invitar no parezco en modo alguno digno, sin embargo son grandes los deleites que prometo.

Saepe, fratres mei, solet evenire quod dico, ut persona potens famulum habeat despectum; cumque per eum suis forte vel extraneis aliquod responsum mandat, non despicitur persona loquentis servi, quia servatur in corde reverentia mittentis domini. Nec pensant qui audiunt per quem, sed quid vel a quo audiant. Ita ergo, fratres, ita vos agite, et si nos forsitan digne despicitis, in mente tamen vestra vocantis Domini reverentiam servate. Convivae fieri summi patrisfamilias libenter obedite. Corda vestra discutite, atque ex eis mortale fastidium pellite. Ad repellendum namque fastidium vestrum jam parata sunt omnia. Sed si adhuc carnales estis, fortasse epulas carnales inquiritis. Ecce ipsae carnales epulae in spiritale vobis alimentum conversae sunt. Ad abstergendum namque mentis vestrae fastidium in coena Domini ille vobis singularis agnus est occisus.

3. Sed quid agimus, qui hoc quod subjungitur adhuc fieri a multis videmus? Et coeperunt omnes simul excusare. Offert Deus quod rogari debuit; non rogatus dare vult quod vix sperari poterat quia dignaretur largiri postulatus, contemnitur; paratas vero delicias refectionis aeternae denuntiat, et tamen simul omnes excusant. Ponamus ante oculos mentis minima, ut possimus digne pensare majora. Si quispiam potens ad invitandum quemlibet pauperem mitteret, quid, fratres, rogo, quid pauper ille faceret, nisi de eadem sua invitatione gauderet, responsum humile redderet, vestem mutaret, ire quantocius festinaret, ne prior se ad potentis convivium alter occurreret? Homo ergo dives invitat, et pauper occurrere festinat; ad Dei invitamur convivium, et excusamus. Sed ecce inter haec aestimare possum quid sibi corda vestra respondeant. Occultis enim fortasse sibimet cogitationibus dicunt: Excusare nolumus, ad illud enim supernae refectionis convivium et vocari et pervenire gratulamur.

4. Loquentes vobis talia mentes vestrae verum dicunt, si non plus terrena quam coelestia diligunt, si non amplius rebus corporalibus quam spiritalibus occupantur. Unde hic quoque ipsa excusantium causa subjungitur, cum protinus subinfertur: Primus dixit: Villam emi, et necesse habeo exire, et videre illam; rogo te, habe me excusatum. Quid per villam nisi terrena substantia designatur? Exiit ergo videre villam qui sola exteriora cogitat propter substantiam. Alter dixit: Juga boum emi quinque, et eo probare illa; rogo te, habe me excusatum.

Suele suceder a menudo, hermanos míos, lo que digo, que una persona poderosa tenga un siervo despreciado; y cuando por él manda tal vez alguna respuesta a los suyos o a extraños, no se desprecia la persona del siervo que habla, porque se guarda en el corazón la reverencia del señor que envía. Ni consideran los que oyen por quién, sino qué o de quién oyen. Así pues, hermanos, así obrad vosotros, y si tal vez nos despreciáis dignamente, guardad sin embargo en vuestra mente la reverencia del Señor que llama. Obedeced de buena gana para ser comensales del sumo padre de familia. Discutid vuestros corazones, y arrojad de ellos el hastío mortal. Pues para rechazar vuestro hastío ya están preparadas todas las cosas. Pero si todavía sois carnales, tal vez buscáis manjares carnales. He aquí que esos mismos manjares carnales se han convertido para vosotros en alimento espiritual. Pues para limpiar el hastío de vuestra mente, aquel cordero singular ha sido inmolado para vosotros en la cena del Señor.

3. Pero, ¿qué hacemos nosotros, que vemos que esto que se añade todavía sucede por obra de muchos? Y comenzaron todos a una a excusarse. Dios ofrece lo que debió ser rogado; sin ser rogado quiere dar lo que apenas podía esperarse que se dignara otorgar siendo pedido, y es despreciado; anuncia los deleites preparados de la refracción eterna, y sin embargo todos a una se excusan. Pongamos ante los ojos de la mente las cosas mínimas, para que podamos pensar dignamente las mayores. Si algún poderoso enviara a invitar a cualquier pobre, ¿qué, hermanos, pregunto, qué haría aquel pobre sino alegrarse de su misma invitación, dar una respuesta humilde, cambiar su vestido, apresurarse a ir cuanto antes, no sea que otro llegara antes que él al convite del poderoso? Un hombre rico, pues, invita, y el pobre se apresura a acudir; somos invitados al convite de Dios, y nos excusamos. Pero he aquí que entre esto puedo estimar lo que vuestros corazones se responden a sí mismos. Pues tal vez dicen para sí en sus pensamientos ocultos: No queremos excusarnos, pues nos alegramos tanto de ser llamados como de llegar a aquel convite de la refracción superna.

4. Vuestras mentes, hablándoos tales cosas, dicen la verdad, si no aman más lo terreno que lo celestial, si no están más ocupadas en las cosas corporales que en las espirituales. Por lo cual aquí también se añade la causa misma de los que se excusan, cuando al punto se agrega: El primero dijo: He comprado una villa, y tengo necesidad de salir y verla; te ruego que me des por excusado. ¿Qué se designa por la villa sino la sustancia terrena? Salió, pues, a ver la villa el que sólo piensa en las cosas exteriores a causa de la sustancia. Otro dijo: He comprado cinco yuntas de bueyes, y voy a probarlas; te ruego que me des por excusado.

Quid in quinque jugis boum nisi quinque corporis sensus accipimus? Qui recte quoque juga vocati sunt, quia in utroque sexu geminantur. Qui videlicet corporales sensus, quia interna comprehendere nesciunt, sed sola exteriora cognoscunt, et, deserentes intima, ea quae extra sunt tangunt, recte per eos curiositas designatur. Quae dum alienam quaerit vitam discutere, semper sua intima nesciens, studet exteriora cogitare. Grave namque curiositatis est vitium, quae dum cujuslibet mentem ad investigandam vitam proximi exterius ducit, semper ei sua intima abscondit, ut aliena sciens, se nesciat, et curiosi animus quanto peritus fuerit alieni meriti, tanto fiat ignarus sui. Propter hoc namque et de eisdem quinque jugis boum dicitur: Eo probare illa; rogo te, habe me excusatum. Ipsa enim excusantis verba a vitii sui significatione non discrepant dum dicit: Eo probare illa, quia videlicet aliquando pertinere probatio ad curiositatem solet. Sed notandum est quod et is qui propter villam et is qui propter probanda juga boum a coena sui invitatoris excusat, humilitatis verba permiscet, dicens: Rogo te, habe me excusatum. Dum enim dicit Rogo te, et tamen venire contemnit, humilitas sonat in voce, superbia in actione. Et ecce haec dijudicat pravus quisque cum audit, nec tamen ea quae dijudicat agere desistit. Nam dum cuilibet perverse agenti dicimus Convertere, Deum sequere, mundum relinque, ubi hunc nisi ad Dominicam coenam vocamus? Sed cum respondet: Ora pro me, quia peccator sum, hoc facere non possum, quid aliud agit, nisi et rogat et excusat? Dicens namque: Peccator sum, humilitatem insinuat; subjungens autem: Converti non possum, superbiam demonstrat. Rogando ergo excusat, qui et humilitatem superinducit in voce, et superbiam exercet in actione.

5. Alius autem dixit: Uxorem duxi, et ideo non possum venire. Quid per uxorem nisi voluptas carnis accipitur? Nam quamvis bonum sit conjugium, atque ad propagandam sobolem providentia divina constitutum, nonnulli tamen non per hoc fecunditatem prolis, sed desideria expetunt voluptatis, et idcirco per rem justam significari potest non incongrue res injusta. Ad coenam ergo vos aeterni convivii summus paterfamilias invitat; sed dum alius avaritiae, alius curiositati, alius voluptati carnis est deditus, nimirum reprobi simul omnes excusant. Dum hunc terrena cura occupat, illum alieni actus sagax cogitatio devastat, alterius etiam mentem voluptas carnalis inquinat, fastidiosus quisque ad aeternae vitae epulas non festinat.

¿Qué entendemos por las cinco yuntas de bueyes sino los cinco sentidos del cuerpo? Los cuales rectamente también son llamados yuntas, porque se duplican en ambos sexos. Los cuales sentidos corporales ciertamente, porque no saben comprender las cosas internas, sino que sólo conocen las exteriores, y, abandonando lo íntimo, tocan lo que está fuera, rectamente por ellos se designa la curiosidad. La cual, mientras busca discutir la vida ajena, ignorando siempre su propia intimidad, se esmera en pensar las cosas exteriores. Pues grave es el vicio de la curiosidad, la cual, mientras lleva la mente de cualquiera al exterior para investigar la vida del prójimo, siempre le oculta su propia intimidad, de modo que conociendo lo ajeno, no se conozca a sí misma, y el ánimo del curioso, cuanto más perito sea en el mérito ajeno, tanto más se hace ignorante del suyo. Por esto mismo, pues, se dice también de las mismas cinco yuntas de bueyes: Voy a probarlas; te ruego que me des por excusado. Pues las mismas palabras del que se excusa no discrepan de la significación de su vicio cuando dice: Voy a probarlas, porque ciertamente a veces la prueba suele pertenecer a la curiosidad. Pero hay que notar que tanto el que se excusa de la cena de quien lo invita por la villa, como el que lo hace por probar las yuntas de bueyes, mezclan palabras de humildad diciendo: Te ruego que me des por excusado. Pues mientras dice Te ruego, y sin embargo desprecia venir, la humildad suena en la voz, la soberbia en la acción. Y he aquí que cualquier malvado juzga esto cuando lo oye, y sin embargo no deja de hacer aquello que juzga. Pues cuando decimos a cualquiera que obra perversamente: Conviértete, sigue a Dios, deja el mundo, ¿a dónde lo llamamos sino a la cena del Señor? Pero cuando responde: Ruega por mí, porque soy pecador, no puedo hacer esto, ¿qué otra cosa hace sino rogar y excusarse a la vez? Pues diciendo: Soy pecador, insinúa humildad; pero añadiendo: No puedo convertirme, demuestra soberbia. Rogando, pues, se excusa el que introduce la humildad en la voz y ejercita la soberbia en la acción.

5. Y otro dijo: He tomado mujer, y por eso no puedo venir. ¿Qué se entiende por la mujer sino la voluptuosidad de la carne? Pues aunque el matrimonio es bueno y fue constituido por la divina providencia para propagar la prole, algunos, sin embargo, no buscan por esto la fecundidad de la prole, sino los deseos del placer, y por lo tanto, por medio de una cosa justa puede significarse no incongruentemente una cosa injusta. El sumo padre de familia os invita, pues, a la cena del convite eterno; pero mientras uno está entregado a la avaricia, otro a la curiosidad, otro a la voluptuosidad de la carne, ciertamente todos los réprobos se excusan a la vez. Mientras a éste lo ocupa el cuidado terreno, a aquél lo devasta el pensamiento sagaz de los actos ajenos, a otro también le mancha la mente el placer carnal, y ningún fastidioso se apresura a los manjares de la vida eterna.

6. Sequitur: Reversus servus nuntiavit haec domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit servo suo: Exi cito in plateas et vicos civitatis, et pauperes ac debiles, et caecos et claudos introduc huc. Ecce qui terrenae substantiae plus justo incubat, venire ad dominicam coenam recusat; qui labori curiositatis insudat, praeparata vitae alimenta fastidit; qui carnalibus desideriis inservit, spiritalis convivii epulas respuit. Quia ergo venire superbi renuunt, pauperes eliguntur. Cur hoc? Quia, juxta Pauli vocem, Infirma mundi eligit Deus, ut confundat fortia (I Cor. I, 27). Sed notandum est quomodo describantur qui ad coenam vocantur, et veniunt, pauperes ac debiles. Pauperes et debiles dicuntur, qui judicio suo apud semetipsos infirmi sunt. Nam pauperes et quasi fortes sunt, qui et positi in paupertate superbiunt. Caeci vero sunt, qui nullum ingenii lumen habent. Claudi quoque sunt, qui rectos gressus in operatione non habent. Sed dum morum vitia in membrorum debilitate signantur, profecto liquet quia sicut illi peccatores fuerunt qui vocati venire noluerunt, ita hi quoque peccatores sunt qui invitantur et veniunt. Sed peccatores superbi respuuntur, ut peccatores humiles eligantur.

7. Hos itaque elegit Deus quos despicit mundus, quia plerumque ipsa despectio hominem revocat ad semetipsum. Is enim qui patrem reliquit, et partem substantiae quam perceperat prodige expendit, postquam esurire coepit, in se reversus dixit: Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus? (Luc. XV, 17.) Longe quippe a se discesserat quando peccabat. Et si non esurisset, in semetipsum minime rediisset, quia postquam terrenis rebus indiguit, tunc cogitare coepit quid de spiritalibus amisit. Pauperes ergo et debiles, caeci et claudi vocantur, et veniunt, quia infirmi quique, atque in hoc mundo despecti, plerumque tanto celerius vocem Dei audiunt, quanto et in hoc mundo non habent ubi delectentur. Quod bene Amalecitarum puer ille Aegyptius designat (I Reg. XXX, 11, seq.), qui Amalecitis praedantibus atque currentibus aeger remansit in via, et fame sitique aruit. Quem tamen David invenit, ei cibum potumque praebuit; qui illico convalescens dux David factus est. Convivantes Amalecitas reperit, et eos qui se debilem reliquerant cum magna fortitudine prostravit. Amalecita quippe populus lambens vocatur. Et quid per lambentem populum, nisi mentes saecularium designantur? Quae terrena cuncta ambiendo quasi lambunt, dum solis temporalibus delectantur. Quasi enim populus lambens praedam facit, dum terrena diligentes lucra de alienis damnis exaggerant. But the sick Egyptian boy is left in the way, because every sinner, when he shall have begun to be infirm from the state of this world, soon comes into contempt for secular minds.

6. Sigue: Regresando el siervo, anunció estas cosas a su señor. Entonces, airado el padre de familia, dijo a su siervo: Sal pronto a las plazas y calles de la ciudad, e introduce aquí a los pobres y débiles, y a los ciegos y cojos. He aquí que el que se apega a la sustancia terrena más de lo justo, rehúsa venir a la cena del Señor; el que se afana en el trabajo de la curiosidad, tiene hastío de los alimentos preparados de la vida; el que sirve a los deseos carnales, rechaza los manjares del convite espiritual. Puesto que, pues, los soberbios renuncian a venir, son elegidos los pobres. ¿Por qué esto? Porque, según la voz de Pablo: Dios elige lo débil del mundo para confundir a lo fuerte (1 Cor 1, 27). Pero hay que notar cómo se describe a los que son llamados a la cena y vienen: pobres y débiles. Se llaman pobres y débiles los que, según su propio juicio, son enfermos ante sí mismos. Pues hay pobres que son como fuertes, los cuales, aun puestos en la pobreza, se ensoberbecen. Los ciegos, ciertamente, son los que no tienen ninguna luz de ingenio. Los cojos también son los que no tienen pasos rectos en el obrar. Pero mientras los vicios de las costumbres se significan en la debilidad de los miembros, queda de manifiesto que así como fueron pecadores los que llamados no quisieron venir, así también son pecadores estos que son invitados y vienen. Pero los pecadores soberbios son rechazados, para que los pecadores humildes sean elegidos.

7. A estos, pues, eligió Dios, a quienes el mundo desprecia, porque frecuentemente ese mismo desprecio vuelve al hombre a sí mismo. Pues aquel que dejó a su padre y gastó pródigamente la parte de la sustancia que había recibido, después que empezó a tener hambre, vuelto en sí dijo: ¿Cuántos mercenarios en casa de mi padre abundan en pan? (Lc 15, 17). Ciertamente se había alejado mucho de sí cuando pecaba. Y si no hubiera tenido hambre, no habría vuelto en modo alguno a sí mismo, porque después de que careció de las cosas terrenas, entonces empezó a pensar qué había perdido de las espirituales. Los pobres, pues, y débiles, los ciegos y cojos son llamados y vienen, porque todos los enfermos y los despreciados en este mundo, frecuentemente tanto más pronto oyen la voz de Dios cuanto menos tienen en este mundo en qué deleitarse. Lo cual bien designa aquel joven egipcio de los amalequitas (1 Sam 30, 11 ss.), que, mientras los amalequitas saqueaban y corrían, se quedó enfermo en el camino y se secó de hambre y de sed. A quien sin embargo David encontró y le dio comida y bebida; el cual, convaleciendo al punto, fue hecho guía de David. Encontró a los amalequitas banqueteando y con gran fortaleza postró a los que lo habían dejado débil. Ciertamente el pueblo amalequita es llamado "lamedor". ¿Y qué se designa por el pueblo lamedor sino las mentes de los seculares? Las cuales, rodeando todas las cosas terrenas, como que las lamen mientras sólo se deleitan en las temporales. Pues como pueblo lamedor hace presa, mientras amando los lucros terrenos los aumentan con los daños ajenos. Pero el joven egipcio enfermo es dejado en el camino, porque cualquier pecador, cuando empieza a enfermar del estado de este mundo, pronto cae en el desprecio de las mentes seculares.

Quem tamen David invenit, eique cibum et potum praebet, quia manu fortis Dominus abjecta mundi non despicit, et plerumque eos qui, sequi mundum minime valentes, quasi in via remanent ad amoris sui gratiam convertit, eisque verbi sui cibum potumque porrigit; et quasi duces sibi in via eligit, dum suos etiam praedicatores facit. Dum enim Christum peccatorum cordibus inferunt, quasi David super hostes ducunt. Who strike the feasting Amalekites as if with the sword of David, because superbos quosque qui se in mundo despexerant Domini virtute prosternunt. Puer ergo Aegyptius qui in via remanserat Amalecitas interficit, quia plerumque ipsi mentes saecularium praedicando superant, qui prius cum saecularibus in hoc mundo currere non valebant.

8. Sed, deductis ad coenam pauperibus, quid puer subjungat audiamus: Domine, factum est ut imperasti, et adhuc locus est. Multi tales ad coenam dominicam ex Judaea collecti sunt, sed multitudo quae ex Israelitico populo credidit locum superni convivii non implevit. Intravit jam frequentia Judaeorum, sed adhuc locus vacat in regno, ubi suscipi debeat numerositas gentium. Unde et eidem servo dicitur: Exi in vias et sepes, et compelle intrare, ut impleatur domus mea. Cum de vicis et plateis ad coenam quosdam Dominus invitat, illum videlicet populum designat qui tenere legem sub urbana conversatione noverat; cum vero convivas suos colligi ex viis et sepibus praecipit, nimirum agrestem populum colligere, id est gentilem, quaerit, de cujus significatione per Psalmistam dicitur: Tunc exsultabunt omnia ligna silvarum ante faciem Domini, quoniam venit (Psal. XCV, 13). Ligna enim silvae gentes vocatae sunt, quia in infidelitate sua tortae et infructuosae semper fuerunt. Qui ergo ex illo agresti usu conversi sunt, ad coenam dominicam quasi ex sepibus venerunt.

9. Notandum vero est quod in hac invitatione tertia non dicitur Invita, sed Compelle intrare. Alii enim vocantur, et venire contemnunt; alii vocantur et veniunt; alii autem nequaquam dicitur quia vocantur, sed compelluntur ut intrent. Vocantur et venire contemnunt qui donum quidem intellectus accipiunt, sed eumdem intellectum operibus non sequuntur; vocantur et veniunt qui acceptam intellectus gratiam operando perficiunt; quidam vero sic vocantur, ut etiam compellantur. Nam sunt nonnulli qui bona facienda intelligunt, sed haec facere desistunt; vident quae agere debeant, sed haec ex desiderio non sequuntur. His plerumque, ut superius diximus, contingit ut eos in carnalibus desideriis suis mundi hujus adversitas feriat; apprehendere temporalem gloriam conentur, et nequeant; et dum per alta pelagi quasi ad grandiores curas hujus saeculi navigare proponunt, semper adversis flatibus ad dejectionis suae littora repellantur.

A quien sin embargo David encuentra y le da comida y bebida, porque el Señor fuerte de mano no desprecia los desechos del mundo, y frecuentemente a aquellos que, no pudiendo seguir al mundo, se quedan como en el camino, los convierte a la gracia de su amor y les alarga la comida y bebida de su palabra; y los elige como guías para sí en el camino, mientras hace de ellos incluso sus predicadores. Pues mientras introducen a Cristo en los corazones de los pecadores, conducen como David sobre los enemigos. Los cuales hieren a los amalequitas que banquetean como con la espada de David, porque con la virtud del Señor postran a todos los soberbios que en el mundo los habían despreciado. El joven egipcio, pues, que se había quedado en el camino, mata a los amalequitas, porque frecuentemente ellos mismos superan predicando las mentes de los seculares, ellos que antes no podían correr con los seculares en este mundo.

8. Pero, una vez conducidos los pobres a la cena, oigamos lo que añade el siervo: Señor, se ha hecho como mandaste, y aún hay lugar. Muchos de tales fueron reunidos de Judea para la cena del Señor, pero la multitud que creyó del pueblo israelita no llenó el lugar del convite superno. Ya entró la muchedumbre de los judíos, pero todavía queda vacante el lugar en el reino donde debe ser recibida la numerosidad de las gentes. Por lo cual también se dice al mismo siervo: Sal por los caminos y cercados, y oblígalos a entrar, para que se llene mi casa. Cuando el Señor invita a algunos de las calles y plazas a la cena, designa ciertamente a aquel pueblo que sabía guardar la ley bajo una conversación urbana; pero cuando manda reunir a sus comensales de los caminos y cercados, busca ciertamente reunir al pueblo agreste, es decir, al gentil, de cuya significación se dice por el Salmista: Entonces se alegrarán todos los árboles de las selvas ante la faz del Señor, porque viene (Sal 95, 13). Pues los árboles de la selva son llamados las gentes, porque en su infidelidad siempre fueron retorcidos e infructuosos. Los que, pues, se convirtieron de aquel uso agreste, vinieron como de los cercados a la cena del Señor.

9. Debe notarse ciertamente que en esta tercera invitación no se dice Invita, sino Oblígalos a entrar. Pues unos son llamados y desprecian venir; otros son llamados y vienen; de otros, en cambio, no se dice en modo alguno que sean llamados, sino que son obligados a entrar. Son llamados y desprecian venir los que ciertamente reciben el don del entendimiento, pero no siguen ese mismo entendimiento con obras; son llamados y vienen los que perfeccionan obrando la gracia del entendimiento recibida; algunos, en cambio, son llamados de tal modo que incluso son obligados. Pues hay algunos que entienden que se deben hacer cosas buenas, pero dejan de hacerlas; ven lo que deben hacer, pero no lo siguen por deseo. A éstos frecuentemente, como dijimos arriba, les sucede que la adversidad de este mundo los hiere en sus deseos carnales; intentan alcanzar la gloria temporal y no pueden; y mientras se proponen navegar por la alta mar como hacia las mayores preocupaciones de este siglo, siempre son rechazados por vientos adversos hacia las playas de su abatimiento.

Cumque se frangi in desideriis suis, adversante mundo, conspiciunt, quid de se auctori suo debeant commemorantur, ita ut ad eum erubescentes redeant, qui eum superbientes pro mundi amore deserebant. Saepe namque nonnulli ad temporalem gloriam proficere volentes, aut longa aegritudine tabescunt, aut afflicti injuriis concidunt, aut percussi gravibus damnis affliguntur, et in mundi dolore vident quia nihil confidere de ejus voluptate debuerunt, seque ipsos in suis desideriis reprehendentes, ad Deum corda convertunt. De hi quippe Dominus per prophetam dicit: Ecce ego sepiam viam tuam spinis, et sepiam eam maceria, et semitas suas non inveniet; et sequetur amatores suos, et non apprehendet eos; quaeret, et non inveniet eos, et dicet: Vadam et revertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quam nunc (Osee II, 6, 7). Vir uniuscujusque fidelis animae Deus est, quia haec videlicet ei est conjuncta per fidem. Sed illa, quae conjuncta Deo fuerat anima, amatores suos sequitur, quando mens quae jam per fidem credidit adhuc se immundis spiritibus in operatione substernit, mundi gloriam quaerit, carnali delectatione pascitur, exquisitis voluptatibus nutritur. Sed plerumque omnipotens Deus talem animam misericorditer respicit, et ejus voluptatibus amaritudines permiscet. Unde dicit: Ecce ego sepiam vias tuas spinis. Viae etenim nostrae spinis septae sunt, quando in hoc quod male cupimus dolorum punctiones invenimus. Et sepiam eas maceria, et semitas suas non inveniet. Viae nostrae maceria sepiuntur cum desideriis nostris durae in hoc mundo objectiones resistunt. Et semitas nostras invenire non possumus, quia hoc quod male quaerimus adipisci prohibemur. Et sequetur amatores suos, et non apprehendet eos; quaeret, et non inveniet eos; quia malignos spiritus quibus se in suis desideriis anima subdidit ad desideriorum suorum effectum minime comprehendit. Sed ex hac salubri adversitate quanta utilitas nascatur adjungit cum subditur: Et dicet: Vadam et revertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quam nunc. Postquam ergo vias suas spinis septas invenit, postquam amatores suos apprehendere non valet, ad amorem viri prioris redit, quia plerumque postquam in hoc mundo non possumus obtinere quae volumus, postquam in terrenis desideriis de impossibilitate lassamur, tunc ad mentem Deum reducimus, tunc placere incipit qui displicebat; et is cujus nobis amara fuerant praecepta repente dulcescit in memoria; et peccatrix anima quae adultera conata est esse, nec tamen aperto opere potuit, decernit esse fidelis conjux. Qui ergo hujus mundi adversitatibus fracti ad Dei amorem redeunt, atque a praesentis vitae desideriis corriguntur, quid isti, fratres mei, nisi compelluntur ut intrent?

Y cuando ven que se rompen en sus deseos por la oposición del mundo, se acuerdan de lo que deben de sí mismos a su Autor, de modo que vuelven avergonzados a Aquel a quien soberbios abandonaban por el amor del mundo. Pues frecuentemente algunos, queriendo progresar hacia la gloria temporal, o desfallecen por una larga enfermedad, o caen afligidos por injurias, o son afligidos heridos por graves daños, y en el dolor del mundo ven que nada debieron confiar en su placer, y reprendiéndose a sí mismos en sus deseos, convierten los corazones a Dios. De éstos ciertamente dice el Señor por el profeta: He aquí que yo cercaré tu camino con espinas, y lo cercaré con un muro, y no hallará sus sendas; y seguirá a sus amantes, y no los alcanzará; los buscará y no los hallará, y dirá: Iré y volveré a mi primer marido, porque me iba mejor entonces que ahora (Os 2, 6, 7). El marido de toda alma fiel es Dios, porque ciertamente ésta le está unida por la fe. Pero aquella alma que había estado unida a Dios sigue a sus amantes cuando la mente, que ya creyó por la fe, todavía se somete a los espíritus inmundos en el obrar, busca la gloria del mundo, se alimenta con el deleite carnal, se nutre con placeres exquisitos. Pero frecuentemente Dios omnipotente mira misericordiosamente a tal alma, y mezcla amarguras con sus placeres. Por lo cual dice: He aquí que yo cercaré tus caminos con espinas. Pues nuestros caminos están cercados de espinas cuando en aquello que malamente deseamos encontramos las punzadas de los dolores. Y los cercaré con un muro, y no hallará sus sendas. Nuestros caminos se cercan con un muro cuando duras objeciones en este mundo resisten a nuestros deseos. Y no podemos encontrar nuestras sendas, porque se nos prohíbe alcanzar esto que malamente buscamos. Y seguirá a sus amantes, y no los alcanzará; los buscará y no los hallará; porque no alcanza en modo alguno a los espíritus malignos a los que el alma se sometió en sus deseos para el efecto de sus deseos. Pero cuánta utilidad nace de esta adversidad saludable lo añade cuando se agrega: Y dirá: Iré y volveré a mi primer marido, porque me iba mejor entonces que ahora. Después, pues, que encuentra sus caminos cercados de espinas, después que no puede alcanzar a sus amantes, vuelve al amor de su primer marido, porque frecuentemente después que no podemos obtener en este mundo lo que queremos, después que nos cansamos por la imposibilidad en los deseos terrenos, entonces reducimos a Dios a la mente, entonces empieza a gustar el que disgustaba; y Aquel cuyos preceptos nos habían sido amargos, de repente se endulza en la memoria; y el alma pecadora que intentó ser adúltera, y sin embargo no pudo en obra abierta, decreta ser esposa fiel. Los que, pues, quebrantados por las adversidades de este mundo vuelven al amor de Dios y se corrigen de los deseos de la vida presente, ¿qué son éstos, hermanos míos, sino obligados a entrar?

10. Sed valde est tremenda sententia quae protinus subinfertur. Intenta hanc cordis aure percipite, fratres et domini mei: in quantum peccatores, fratres mei; in quantum justi, domini mei. Intenta hanc aure percipite, ut tanto eam minus sentiatis in examine, quanto nunc auditis formidolosius in praedicatione. Ait enim: Dico autem vobis quod nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabit coenam meam. Ecce vocat per se, vocat per angelos, vocat per patres, vocat per prophetas, vocat per apostolos, vocat per pastores, vocat etiam per nos, vocat plerumque per miracula, vocat plerumque per flagella, vocat aliquando per hujus mundi prospera, vocat aliquando per adversa. Nemo contemnat, ne, dum vocatus excusat, cum voluerit intrare non valeat. Audite quid Sapientia per Salomonem dicat: Tunc invocabunt me, et non exaudiam; mane consurgent, et non invenient me (Prov. I, 28). Hinc est quod fatuae virgines tarde venientes clamant, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis (Matth. XXV, 11). Sed jam tunc aditum quaerentibus dicitur: Amen amen dico vobis, nescio vos (Ibid.). Quid inter haec, fratres charissimi, nisi relinquere omnia debemus, curas mundi postponere, solis desideriis aeternis inhiare? Sed haec paucis data sunt.

11. Admonere vos volo ut relinquatis omnia, sed non praesumo. Si ergo cuncta mundi relinquere non potestis, sic tenete quae hujus mundi sunt, ut tamen per ea non teneamini in mundo; ut terrena res possideatur, non possideat; ut sub mentis vestrae sit dominio quod habetis, ne si mens vestra terrenarum rerum amore vincitur, a rebus suis ipsa magis possideatur. Sit ergo res temporalis in usu, aeterna in desiderio; sit res temporalis in itinere, desideretur aeterna in perventione. Quasi ex latere respiciatur quidquid in hoc mundo agitur. Ante nos autem tendant mentis oculi, dum tota intentione illa conspiciunt ad quae pervenimus. Exstirpentur funditus vitia, non solum ab actu operis, sed etiam a cogitatione cordis evulsa. Non nos voluptas carnis, non sollicitudo curiositatis, non aestus ambitionis a dominica coena praepediat, sed ipsa quoque quae honesta in mundo agimus quasi ex quodam mentis latere tangamus, ut terrena quae libent sic nostro corpori serviant, quatenus cordi minime obsistant. Non ergo, fratres, audemus vobis dicere ut omnia relinquatis; sed tamen, si vultis, omnia etiam retinendo relinquitis, si sic temporalia geritis, ut tamen tota mente ad aeterna tendatis.

10. Pero es muy temible la sentencia que al punto se añade. Percibidla con el oído atento del corazón, hermanos y señores míos: en cuanto pecadores, hermanos míos; en cuanto justos, señores míos. Percibidla con oído atento, para que tanto menos la sintáis en el examen cuanto ahora la oís más temiblemente en la predicación. Pues dice: Pero os digo que ninguno de aquellos hombres que fueron llamados gustará mi cena. He aquí que llama por sí mismo, llama por los ángeles, llama por los padres, llama por los profetas, llama por los apóstoles, llama por los pastores, llama también por nosotros, llama frecuentemente por los milagros, llama frecuentemente por los azotes, llama a veces por las cosas prósperas de este mundo, llama a veces por las adversas. Nadie desprecie, no sea que, mientras llamado se excusa, cuando quiera entrar no pueda. Oíd lo que dice la Sabiduría por Salomón: Entonces me invocarán y no escucharé; madrugarán y no me hallarán (Prov 1, 28). De aquí es que las vírgenes necias, viniendo tarde, claman diciendo: Señor, Señor, ábrenos (Mt 25, 11). Pero ya entonces se dice a los que buscan la entrada: En verdad, en verdad os digo, no os conozco (Ibíd.). ¿Qué otra cosa entre esto, hermanos carísimos, sino que debemos dejar todas las cosas, posponer los cuidados del mundo, anhelar sólo los deseos eternos? Pero esto se ha dado a pocos.

11. Quiero amonestaros a que dejéis todas las cosas, pero no me atrevo. Si, pues, no podéis dejar todas las cosas del mundo, tened de tal modo las cosas que son de este mundo que, sin embargo, no seáis tenidos en el mundo por ellas; de modo que la cosa terrena sea poseída, no posea; para que esté bajo el dominio de vuestra mente lo que tenéis, no sea que si vuestra mente es vencida por el amor de las cosas terrenas, ella misma sea más poseída por sus cosas. Sea, pues, la cosa temporal para el uso, la eterna para el deseo; sea la cosa temporal para el camino, deseese la eterna para la llegada. Sea mirada como de lado cualquier cosa que se haga en este mundo. Pero delante de nosotros tiendan los ojos de la mente, mientras con toda intención contemplan aquello a donde llegamos. Sean extirpados de raíz los vicios, arrancados no sólo del acto de la obra, sino también del pensamiento del corazón. No nos impidan de la cena del Señor el placer de la carne, ni la solicitud de la curiosidad, ni el ardor de la ambición, sino que incluso aquello que hacemos honestamente en el mundo lo toquemos como de cierto lado de la mente, de modo que las cosas terrenas que deleitan sirvan de tal modo a nuestro cuerpo que en modo alguno estorben al corazón. No nos atrevemos, pues, hermanos, a deciros que dejéis todas las cosas; pero sin embargo, si queréis, incluso reteniendo todas las cosas las dejáis, si de tal modo gestionáis las temporales que, sin embargo, con toda la mente tendáis a las eternas.

12. Hinc etenim Paulus apostolus dicit: Tempus breve est: reliquum est ut qui habent uxores tanquam non habentes sint, qui flent tanquam non flentes, et qui gaudent tanquam non gaudentes, et qui emunt tanquam non possidentes, et qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur; praeterit enim figura hujus mundi (I Cor. VII, 29, seq.). Uxorem namque habet, sed quasi non habens, qui sic scit debita carnis exsolvere, ut tamen per eam mundo tota mente non cogatur inhaerere. Nam cum idem rursum egregius praedicator dicat: Qui habet uxorem, cogitat quae sunt hujus mundi, quomodo placeat uxori (Ibid., 33), ille uxorem habens quasi non habet, qui sic studet placere conjugi, ut tamen non displiceat conditori. Flet quoque, sed tanquam non defleat, qui sic temporalibus damnis affligitur, ut tamen de aeternis lucris semper animum consoletur. Gaudet vero, sed tanquam non gaudeat, qui sic de temporalibus bonis hilarescit, ut tamen semper tormenta perpetua consideret; et in hoc quod mentem gaudio sublevat, hanc continuo pondere providi timoris premat. Emit autem, sed quasi non possidens, qui et ad usum terrena praeparat, et tamen cauta cogitatione praevidet quod haec citius relinquat. Mundo quoque utitur, sed quasi non utatur, qui et necessaria cuncta exterius ad vitae suae ministerium redigit, et tamen haec eadem non sinit suae menti dominari, ut subjecta foris serviant, et nunquam intentionem animi ad alta tendentis frangant. Quicunque ergo tales sunt, eis profecto terrena omnia non ad desiderium, sed ad usum adsunt, quia rebus quidem necessariis utuntur, sed nihil habere cum peccato cupiunt. De ipsis quoque rebus habitis quotidie mercedes acquirunt, et plus gaudent bono opere quam bona possessione.

13. Ac ne aliquibus ista difficilia esse videantur, rem de persona refero quam multi vestrum noverunt, quam videlicet rem ipse ante triennium in Centumcellensi urbe a personis fidelibus didici. Nuper namque in eadem civitate Theophanius comes fuit (Lib. IV Dialog., cap. 27), vir misericordiae actibus deditus, bonis operibus intentus, hospitalitati praecipue studens. Exercendi comitatus actibus occupatus, agebat terrena et temporalia; sed ut plus ex fine ejus claruit, magis ex debito quam ex intentione.

12. Por esto, en efecto, dice el apóstol Pablo: El tiempo es breve: resta que los que tienen esposas sean como si no las tuvieran, y los que lloran como si no lloraran, y los que se alegran como si no se alegraran, y los que compran como si no poseyeran, y los que usan de este mundo como si no usaran; porque la figura de este mundo pasa (1 Cor 7, 29 ss.). Pues tiene esposa, pero como si no la tuviera, aquel que sabe pagar de tal modo las deudas de la carne que, sin embargo, no se vea obligado por ella a adherirse al mundo con toda la mente. Pues cuando el mismo excelso predicador dice de nuevo: El que tiene esposa piensa en las cosas que son de este mundo, cómo agradar a su esposa (Ibíd., 33), el que tiene esposa como si no la tuviera es el que de tal modo procura agradar al cónyuge que, sin embargo, no desagrada al Creador. Llora también, pero como si no llorara, el que de tal modo es afligido por las pérdidas temporales que, sin embargo, consuela siempre el ánimo con las ganancias eternas. Se alegra, en cambio, pero como si no se alegrara, el que de tal modo se pone alegre por los bienes temporales que, sin embargo, considera siempre los tormentos perpetuos; y en aquello que alivia la mente con el gozo, la oprime continuamente con el peso del temor providente. Compra, por su parte, pero como si no poseyera, el que prepara las cosas terrenas para el uso y, sin embargo, con pensamiento cauteloso prevé que ha de dejarlas muy pronto. Usa también del mundo, pero como si no lo usara, el que reduce todas las cosas necesarias exteriormente al ministerio de su vida y, sin embargo, no permite que estas mismas cosas dominen su mente, para que sujetas fuera sirvan y nunca rompan la intención del ánimo que tiende a lo alto. Quienesquiera que sean tales, para ellos ciertamente todas las cosas terrenas están presentes no para el deseo, sino para el uso, porque usan ciertamente de las cosas necesarias, pero nada desean tener con pecado. De esas mismas cosas poseídas adquieren también diariamente recompensas, y se alegran más de la buena obra que de la buena posesión.

13. Y para que estas cosas no parezcan difíciles a algunos, refiero un asunto acerca de una persona que muchos de vosotros habéis conocido, asunto que ciertamente yo mismo aprendí hace tres años en la ciudad de Centumcellae (Civitavecchia) de personas fieles. Pues recientemente en esa misma ciudad hubo un conde Teofanio (Lib. IV Diál., cap. 27), hombre entregado a actos de misericordia, atento a las buenas obras, especialmente dedicado a la hospitalidad. Ocupado en los actos de ejercer su cargo, trataba cosas terrenas y temporales; pero, como quedó más claro por su fin, más por obligación que por intención.

Nam cum, appropinquante mortis ejus tempore, gravissima aeris tempestas obsisteret ne ad sepeliendum duci potuisset, eumque conjux sua cum fletu vehementissimo requireret, dicens: Quid faciam? quomodo te ad sepeliendum ejicio, quae ostium domus hujus egredi prae nimia tempestate non possum? Tunc ille respondit: Noli, mulier, flere, quia mox ut ego defunctus fuero, aeris serenitas redibit. Cujus protinus et vocem mors, et mortem serenitas est secuta. Cujus manus ac pedes podagrae humore tumescentes, et versi in vulneribus fuerant, et profluente sanie patebant. Sed cum corpus illius ex more ad lavandum fuisset detectum, ita manus pedesque illius sani reperti sunt, ac si unquam vulneris nihil habuissent. Ductus itaque ac sepultus est, ejusque conjugi visum est ut quarto die in sepulcro illius marmor quod superpositum fuerat mutari debuisset. Quod videlicet marmor corpori ejus superpositum dum fuisset ablatum, tanta ex ejus corpore fragrantia odoris emanavit, ac si ex putrescenti carne illius pro vermibus aromata ferbuissent. Haec igitur dixi ut e vicino exemplo ostendere possem nonnullos et saecularem habitum gerere, et saecularem animum non habere. Quos enim tales in mundo necessitas ligat, ut ex omni parte exui a mundo non possint, sic debent ea quae mundi sunt tenere, ut tamen eis nesciant ex mentis fractione succumbere. Hoc ergo cogitate, et cum relinquere cuncta quae mundi sunt non potestis, exteriora bene exterius agite, sed ardenter interius ad aeterna festinate. Nihil sit quod desiderium vestrae mentis retardet, nullius vos rei in hoc mundo delectatio implicet. Si bonum diligitur, mens in bonis melioribus, id est in coelestibus delectetur. Si malum metuitur, mala animo aeterna proponantur, ut dum illic esse conspicit et amplius quod diligat, et amplius quod pertimescat, hic omnino non haereat. Ad haec agenda habemus mediatorem Dei et hominum adjutorem nostrum, per quem citius cuncta obtinebimus, si ad illum vero amore flagramus, qui vivit, et regnat cum Patre et Spiritu sancto Deus, in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XXXVII.

Habita ad populum in basilica beati Sebastiani martyris, die natalis ejus.

LECTIO S. EVANG. SEC. LUC. XIV, 25-33.

Pues cuando, acercándose el tiempo de su muerte, una gravísima tempestad del aire se oponía a que pudiera ser llevado a sepultar, y su esposa le preguntaba con llanto vehementísimo, diciendo: ¿Qué haré? ¿cómo te saco para sepultar, yo que no puedo salir por la puerta de esta casa por la excesiva tempestad? Entonces él respondió: No quieras, mujer, llorar, porque tan pronto como yo haya fallecido, volverá la serenidad del aire. A su voz siguió inmediatamente la muerte, y a la muerte la serenidad. Cuyas manos y pies, hinchados por el humor de la gota, se habían convertido en heridas, y estaban abiertos por la sanie que fluía. Pero cuando su cuerpo fue descubierto para lavarlo según la costumbre, sus manos y pies fueron hallados tan sanos como si nunca hubieran tenido herida alguna. Fue, pues, llevado y sepultado, y le pareció a su cónyuge que al cuarto día debía cambiarse el mármol que había sido puesto encima de su sepulcro. Cuando ciertamente fue quitado aquel mármol puesto sobre su cuerpo, emanó de su cuerpo tal fragancia de olor, como si de su carne putrefacta hubieran brotado aromas en lugar de gusanos. Dije, pues, esto para poder mostrar con un ejemplo cercano que algunos llevan el hábito secular y no tienen ánimo secular. Pues a quienes tal necesidad liga en el mundo que no pueden ser despojados del mundo por todas partes, de tal modo deben tener las cosas que son del mundo que, sin embargo, no sepan sucumbir a ellas por el quebranto de la mente. Pensad, pues, esto, y cuando no podéis dejar todas las cosas que son del mundo, haced bien exteriormente las cosas exteriores, pero apresuraos interiormente con ardor hacia las eternas. Nada haya que retarde el deseo de vuestra mente, la delicia de ninguna cosa os implique en este mundo. Si se ama lo bueno, deléitese la mente en los bienes mejores, esto es, en los celestiales. Si se teme lo malo, propónganse al ánimo los males eternos, para que mientras allí contempla que hay tanto más que amar y tanto más que temer, no se adhiera aquí en absoluto. Para hacer estas cosas tenemos al mediador de Dios y de los hombres como nuestro ayudante, por quien obtendremos todo más rápidamente si ardemos por él con amor verdadero, el cual vive y reina con el Padre y el Espíritu Santo, Dios, por los siglos de los siglos. Amén.

HOMILÍA XXXVII.

Pronunciada ante el pueblo en la basílica del bienaventurado Sebastián mártir, el día de su nacimiento.

LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN LUCAS XIV, 25-33.

In illo tempore, dixit Jesus turbis: Si quis venit ad me, et non odit patrem suum et matrem, et uxorem et filios, et fratres et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non bajulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim aedificare, non prius sedens computat sumptus qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum, ne posteaquam posuerit fundamentum, et non potuerit perficere, omnes qui viderint, incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo coepit aedificare, et non potuit consummare? Aut quis rex iturus committere bellum adversus alium regem, non sedens prius cogitat si possit cum decem millibus occurrere ei qui cum viginti millibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea quae pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quae possidet non potest meus esse discipulus.

1. Si consideremus, fratres charissimi, quae et quanta sunt quae nobis promittuntur in coelis vilescunt animo omnia quae habentur in terris. Terrena namque substantia supernae felicitati comparata pondus est, non subsidium. Temporalis vita aeternae vitae comparata mors est potius dicenda quam vita. Ipse enim quotidianus defectus corruptionis quid est aliud quam quaedam prolixitas mortis? Quae autem lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit illa supernae civitatis quanta sint gaudia, angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus gloriae conditoris assistere, praesentem Dei vultum cernere, incircumscriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuae munere laetari? Sed ad haec audita inardescit animus, jamque illic cupit assistere, ubi se sperat sine fine gaudere. Sed ad magna praemia perveniri non potest, nisi per magnos labores. Unde et Paulus egregius praedicator dicit: Non coronabitur nisi qui legitime certaverit (II Tim. II, 5). Delectet ergo mentem magnitudo praemiorum, sed non deterreat certamen laborum. Unde ad se venientibus Veritas dicit: Si quis venit ad me, et non odit patrem suum et matrem, et uxorem et filios, et fratres et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus.

2. Sed percontari libet quomodo parentes et carnaliter propinquos praecipimur odisse, qui jubemur et inimicos diligere? Et certe Veritas de uxore dicit: Quod Deus conjunxit, homo non separet (Matth. XIX, 6). Et Paulus ait: Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus Ecclesiam (Eph. V, 25). Ecce discipulus uxorem diligendam praedicat, cum magister dicat: Qui uxorem non odit, non potest meus esse discipulus. Nunquid aliud judex nuntiat, aliud praeco clamat? An simul et odisse possumus, et diligere?

En aquel tiempo, dijo Jesús a las turbas: Si alguno viene a mí y no odia a su padre y a su madre, y a su mujer y a sus hijos, y a sus hermanos y a sus hermanas, y aun también a su propia alma, no puede ser mi discípulo. Y el que no lleva su cruz y viene en pos de mí, no puede ser mi discípulo. Porque, ¿quién de vosotros, queriendo edificar una torre, no se sienta primero y calcula los gastos que son necesarios, para ver si tiene con qué terminarla, no sea que después de haber puesto el cimiento y no habiendo podido terminar, todos los que lo vean empiecen a burlarse de él, diciendo: Este hombre empezó a edificar y no pudo acabar? ¿O qué rey, que va a entablar batalla contra otro rey, no se sienta primero y considera si puede con diez mil salir al encuentro del que viene contra él con veinte mil? De lo contrario, cuando aquel está todavía lejos, enviando una embajada, ruega las cosas que son de paz. Así, pues, cualquiera de vosotros que no renuncia a todas las cosas que posee, no puede ser mi discípulo.

1. Si consideramos, hermanos carísimos, cuáles y cuán grandes son las cosas que se nos prometen en los cielos, se vuelven viles para el ánimo todas las cosas que se poseen en la tierra. Pues la sustancia terrena, comparada con la felicidad suprema, es una carga, no un subsidio. La vida temporal, comparada con la vida eterna, debe decirse que es muerte más bien que vida. Pues ese mismo defecto cotidiano de corrupción, ¿qué otra cosa es sino una cierta prolongación de la muerte? Pero, ¿qué lengua basta para decir, o qué intelecto para captar cuán grandes son aquellos gozos de la ciudad celestial, estar presente entre los coros de los ángeles, asistir con los espíritus beatísimos a la gloria del Creador, contemplar el rostro presente de Dios, ver la luz incircunscrita, no ser afectado por ningún temor a la muerte, alegrarse con el don de la incorrupción perpetua? Pero ante estas cosas oídas se inflama el ánimo, y ya desea estar allí, donde espera gozar sin fin. Pero no se puede llegar a los grandes premios sino a través de grandes trabajos. De donde también Pablo, excelso predicador, dice: No será coronado sino el que haya luchado legítimamente (2 Tim 2, 5). Deleite, pues, a la mente la magnitud de los premios, pero no la desanime el certamen de los trabajos. Por lo cual, la Verdad dice a los que vienen a Él: Si alguno viene a mí y no odia a su padre y a su madre, y a su mujer y a sus hijos, y a sus hermanos y a sus hermanas, y aun también a su propia alma, no puede ser mi discípulo.

2. Pero conviene preguntar cómo se nos manda odiar a los padres y a los parientes carnales, a nosotros que se nos ordena amar incluso a los enemigos. Y ciertamente la Verdad dice acerca de la esposa: Lo que Dios unió, no lo separe el hombre (Mt 19, 6). Y Pablo dice: Maridos, amad a vuestras mujeres, como también Cristo amó a la Iglesia (Ef 5, 25). He aquí que el discípulo predica que se debe amar a la esposa, mientras el Maestro dice: El que no odia a su mujer, no puede ser mi discípulo. ¿Acaso el juez anuncia una cosa y el heraldo proclama otra? ¿O podemos al mismo tiempo odiar y amar?

Sed si vim praecepti perpendimus, utrumque agere per discretionem valemus, ut eos qui nobis carnis cognatione conjuncti sunt, et quos proximos novimus, diligamus, et quos adversarios in via Dei patimur odiendo et fugiendo nesciamus. Quasi enim per odium diligitur qui carnaliter sapiens, dum prava nobis ingerit, non auditur. Ut autem Dominus demonstraret hoc erga proximos odium non de inaffectione procedere, sed de charitate, addidit protinus, dicens: Adhuc autem et animam suam. Odisse itaque praecipimur proximos, odisse et animam nostram. Constat ergo quia amando debet odisse proximum, qui sic eum odit sicut semetipsum. Tunc etenim bene nostram animam odimus, cum ejus carnalibus desideriis non acquiescimus, cum ejus appetitum frangimus, ejus voluptatibus reluctamur. Quae ergo contempta ad melius ducitur, quasi per odium amatur. Sic sic nimirum exhibere proximis nostris odii discretionem debemus, ut in eis et diligamus quod sunt, et habeamus odio quod in Dei nobis itinere obsistunt.

3. Certe cum Paulus Jerosolymam pergeret, propheta Agabus zonam illius apprehendit, suis pedibus alligavit, dicens: Virum cujus haec zona est sic alligabunt in Jerusalem (Act. XXI, 11). Sed is qui animam suam perfecte oderat quid dicebat? Ego non solum alligari, sed et mori in Jerusalem paratus sum pro nomine Domini Jesu Christi (Ibid., 13), nec facio animam meam pretiosiorem quam me (Act. XX, 24). Ecce quomodo animam suam amando oderat, imo odiens amabat, quam cupiebat pro Jesu morti tradere, ut hanc ad vitam de peccati morte suscitaret. Ab hac ergo discretione odii nostri trahamus formam ad odium proximi. Ametur quilibet in hoc mundo etiam adversarius, sed in via Dei contrarius non ametur etiam propinquus. Quisquis enim jam aeterna concupiscit, in ea quam aggreditur, causa Dei, extra patrem, extra matrem, extra uxorem, extra filios, extra cognatos, extra semetipsum fieri debet, ut eo verius cognoscat Deum, quo in ejus causa neminem recognoscit. Multum namque est quod carnales affectus intentionem mentis diverberant, ejusque aciem obscurant; quos tamen nequaquam noxios patimur, si eos premendo teneamus. Amandi ergo sunt proximi, impendenda est charitas omnibus et propinquis et extraneis, nec tamen pro eadem charitate a Dei amore flectendum.

Pero si consideramos la fuerza del precepto, podemos hacer ambas cosas por la discreción, de modo que amemos a los que nos están unidos por el parentesco de la carne y a quienes conocemos como próximos, y no conozcamos odiando y huyendo a quienes padecemos como adversarios en el camino de Dios. Pues se ama como por odio a aquel que, siendo carnalmente sabio, no es escuchado mientras nos sugiere cosas depravadas. Pero para que el Señor demostrara que este odio hacia los próximos no procede de la falta de afecto, sino de la caridad, añadió enseguida, diciendo: Y aun también a su propia alma. Se nos manda, por tanto, odiar a los próximos y odiar también nuestra alma. Consta, pues, que debe odiar al próximo amándolo el que de tal modo lo odia como a sí mismo. Pues entonces odiamos bien nuestra alma cuando no consentimos en sus deseos carnales, cuando quebrantamos su apetito, cuando resistimos a sus placeres. Aquello que, por tanto, despreciado es llevado a lo mejor, se ama como por odio. Así, así ciertamente debemos mostrar la discreción del odio hacia nuestros próximos, de modo que en ellos amemos lo que son y odiemos que se nos opongan en el camino de Dios.

3. Ciertamente, cuando Pablo iba a Jerusalén, el profeta Ágabo tomó su cinturón y se ató sus propios pies, diciendo: Así atarán en Jerusalén al hombre de quien es este cinturón (Hch 21, 11). Pero aquel que odiaba perfectamente su alma, ¿qué decía? Yo estoy dispuesto no solo a ser atado, sino también a morir en Jerusalén por el nombre del Señor Jesucristo (Ibíd., 13), ni hago mi alma más preciosa que a mí mismo (Hch 20, 24). Ved cómo amando había odiado su alma, o más bien odiándola la amaba, la cual deseaba entregar a la muerte por Jesús, para resucitarla a la vida de la muerte del pecado. De esta discreción, por tanto, de nuestro odio tomemos la forma para el odio al prójimo. Ámese a cualquiera en este mundo, incluso al adversario, pero en el camino de Dios no se ame ni siquiera al pariente si es contrario. Pues quienquiera que ya desea las cosas eternas, en esa causa de Dios que emprende, debe hacerse ajeno al padre, ajeno al madre, ajeno a la mujer, ajeno a los hijos, ajeno a los parientes, ajeno a sí mismo, para que tanto más verdaderamente conozca a Dios cuanto en su causa a nadie reconoce. Pues es mucho lo que los afectos carnales golpean la intención de la mente y oscurecen su agudeza; los cuales, sin embargo, no padecemos como nocivos si los mantenemos reprimidos. Deben ser amados, pues, los prójimos, se debe impartir la caridad a todos, tanto a parientes como a extraños, y sin embargo no hay que desviarse del amor de Dios por esa misma caridad.

4. Scimus autem quia cum de terra Philisthiim arca Domini ad terram Israelitarum rediret, plaustro superimposita est, et vaccae plaustro subjunctae sunt, quae fetae fuisse memorantur, quarum filios clauserunt domi. Et scriptum est: Ibant autem in directum vaccae per viam quae ducit Bethsames, et uno itinere gradiebantur, pergentes et mugientes, et non declinabant neque ad dexteram, neque ad sinistram (I Reg. VI, 12). Quid ergo vaccae nisi fideles quosque in Ecclesia designant, qui dum sacri eloquii praecepta considerant, quasi superimpositam Domini arcam portant? De quibus hoc etiam est notandum, quod fuisse fetae memorantur, quia sunt plerique qui in via Dei intrinsecus positi, foris carnalibus affectibus ligantur; sed non declinant a recto itinere, qui Arcam Dei portant in mente. Ecce enim vaccae Bethsames pergunt. Bethsames quippe dicitur domus solis; et Propheta ait: Vobis autem qui timetis Dominum orietur sol justitiae (Malach. IV, 2). Si ergo ad aeterni solis habitationem tendimus, dignum profecto est ut de Dei itinere pro carnalibus affectibus non declinemus. Tota enim virtute pensandum est quod vaccae Dei plaustro suppositae pergunt et gemunt: dant ab intimis mugitus, et tamen ab itinere non deflectunt gressus. Sic nimirum praedicatores Dei, sic fideles quique esse intra sanctam Ecclesiam debent, ut compatiantur proximis per charitatem, et tamen de via Dei non exorbitent per compassionem.

5. Hoc ipsum vero animae odium qualiter exhiberi debeat, Veritas subdendo manifestat, dicens: Qui non bajulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discipulus. Crux quippe a cruciatu dicitur. Et duobus modis crucem Domini bajulamus, cum aut per abstinentiam carnem afficimus, aut per compassionem proximi necessitatem illius nostram putamus. Qui enim dolorem exhibet in aliena necessitate, crucem portat in mente. Sciendum vero est quod sunt nonnulli qui carnis abstinentiam non pro Deo, sed pro inani gloria exhibent. Et sunt plerique qui compassionem proximo non spiritaliter, sed carnaliter impendunt, ut ei non ad virtutem, sed quasi miserendo ad culpas faveant. Hi itaque crucem quidem videntur ferre, sed Dominum non sequuntur. Unde recte haec eadem Veritas dicit: Qui non bajulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discipulus. Bajulare etenim crucem et post Dominum ire, est vel carnis abstinentiam, vel compassionem proximo pro studio aeternae intentionis exhibere. Nam quisquis haec pro temporali intentione exhibet, crucem quidem bajulat, sed ire post Dominum recusat.

4. Sabemos, además, que cuando la gloria del Señor volvía de la tierra de los filisteos a la tierra de los israelitas, fue puesta sobre un carro, y se uncieron al carro vacas que se recuerda que estaban criando, cuyos terneros encerraron en casa. Y está escrito: Iban las vacas directamente por el camino que lleva a Bet-semes, y caminaban por una misma senda, andando y mugiendo, y no se desviaban ni a la derecha ni a la izquierda (1 Sam 6, 12). ¿Qué designan las vacas sino a todos los fieles en la Iglesia, que mientras consideran los preceptos de la palabra sagrada, llevan como la gloria del Señor puesta sobre ellos? De los cuales también se ha de notar esto: que se recuerda que estaban criando, porque hay muchos que, puestos interiormente en el camino de Dios, están ligados exteriormente por afectos carnales; pero no se desvían del camino recto quienes llevan la Gloria de Dios en la mente. He aquí, pues, que las vacas de Bet-semes avanzan. Bet-semes, en efecto, se traduce como casa del sol; y el Profeta dice: Mas para vosotros, los que teméis al Señor, nacerá el sol de justicia (Mal 4, 2). Si, pues, tendemos hacia la habitación del sol eterno, es ciertamente digno que no nos desviemos del camino de Dios por los afectos carnales. Pues con toda virtud debe considerarse que las vacas unidas al carro de Dios avanzan y gimen: dan mugidos desde lo íntimo y, sin embargo, no desvían sus pasos del camino. Así ciertamente deben ser los predicadores de Dios, así todos los fieles dentro de la santa Iglesia, de modo que se compadezcan de los prójimos por la caridad y, sin embargo, no se salgan del camino de Dios por la compasión.

5. Pero cómo deba mostrarse este mismo odio del alma, lo manifiesta la Verdad añadiendo: El que no lleva su cruz y viene en pos de mí, no puede ser mi discípulo. Pues la cruz se llama así por el tormento. Y de dos modos llevamos la cruz del Señor: cuando o por la abstinencia afligimos la carne, o por la compasión consideramos como propia la necesidad del prójimo. Pues quien muestra dolor en la necesidad ajena, lleva la cruz en la mente. Pero ha de saberse que hay algunos que muestran abstinencia de la carne no por Dios, sino por la gloria vana. Y hay muchos que prestan compasión al prójimo no espiritualmente, sino carnalmente, de modo que lo favorecen no para la virtud, sino como compadeciéndose de sus culpas. Estos, por tanto, parecen ciertamente llevar la cruz, pero no siguen al Señor. Por lo cual rectamente dice esta misma Verdad: El que no lleva su cruz y viene en pos de mí, no puede ser mi discípulo. Llevar la cruz e ir tras el Señor es mostrar o la abstinencia de la carne o la compasión al prójimo por el deseo de la intención eterna. Pues quienquiera que muestra esto por una intención temporal, lleva ciertamente la cruz, pero rehúsa ir tras el Señor.

6. Quia vero sublimia praecepta data sunt, protinus comparatio aedificandae sublimitatis adjungitur, cum dicitur: Quis enim ex vobis volens turrim aedificare, non prius sedens computat sumptus qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum, ne posteaquam posuerit fundamentum, et non potuerit perficere, omnes qui viderint, incipiant ei illudere dicentes: Quia hic homo coepit aedificare, et non potuit consummare? Omne quod agimus praevenire per studium considerationis debemus. Ecce enim, juxta Veritatis vocem, qui turrim aedificat prius aedificii sumptus parat. Si igitur humilitatis turrim construere cupimus, prius nos praeparare contra adversa hujus saeculi debemus. Hoc etenim inter terrenum et coeleste aedificium distat, quod terrenum aedificium expensas colligendo construitur, coeleste vero aedificium expensas dispergendo. Ad illud sumptus facimus, si non habita colligamus, ad istud sumptus facimus, si et habita relinquamus. Istos sumptus dives ille habere non potuit, qui, multas possessiones possidens, magistrum requisivit, dicens: Magister bone, quid faciens vitam aeternam possidebo (Matth. XIX, 16)? Qui cum praeceptum relinquendi omnia audisset, tristis abscessit, et inde est angustatus in mente, unde foris fuit latior in possessione. Quia enim in hac vita amabat sumptus celsitudinis, tendendo ad aeternam patriam habere noluit sumptus humilitatis. Considerandum vero est quod dicitur: Omnes qui viderint incipiant illudere ei, quia, juxta Pauli vocem, Spectaculum facti sumus mundo, angelis et hominibus (I Cor. IV, 9). Et in omne quod agimus considerare occultos nostros adversarios debemus, qui semper nostris operibus insistunt, semper ex nostro defectu gratulantur. Quos Propheta intuens, ait: Deus meus, in te confido, non erubescam, neque irrideant me inimici mei (Psal. XXIV, 2, 3). In bonis enim operibus intenti, nisi contra malignos spiritus sollicite vigilemus, ipsos irrisores patimur, quos ad malum persuasores habemus. Sed quia de construendo aedificio comparatio data est, nunc ex minori ad majus similitudo subditur, ut ex rebus minimis majora pensentur. Nam sequitur: Aut quis rex iturus committere bellum adversus alium regem, non sedens prius cogitat si possit cum decem millibus occurrere ei qui cum viginti millibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea quae pacis sunt. Rex contra regem ex aequo venit ad praelium, et tamen si se perpendit non posse sufficere, legationem mittit, et ea quae pacis sunt postulat. Quibus ergo nos lacrymis veniam sperare debemus, qui in illo tremendo examine cum Rege nostro ex aequo ad judicium non venimus, quos nimirum conditio, infirmitas, et causa inferiores exhibet?

6. Porque ciertamente se han dado preceptos sublimes, se añade enseguida la comparación de la sublimidad que se ha de edificar, cuando se dice: Porque, ¿quién de vosotros, queriendo edificar una torre, no se sienta primero y calcula los gastos que son necesarios, para ver si tiene con qué terminarla, no sea que después de haber puesto el cimiento y no habiendo podido terminar, todos los que lo vean empiecen a burlarse de él, diciendo: Este hombre empezó a edificar y no pudo acabar? Todo lo que hacemos debemos preverlo mediante el ejercicio de la consideración. He aquí que, según la voz de la Verdad, el que edifica una torre prepara primero los gastos del edificio. Si, por tanto, deseamos construir la torre de la humildad, primero debemos prepararnos contra las adversidades de este mundo. Pues en esto dista el edificio terreno del celestial: en que el edificio terreno se construye reuniendo gastos, pero el edificio celestial, dispersándolos. Para aquel hacemos gastos si reunimos lo que no tenemos; para este hacemos gastos si dejamos incluso lo que tenemos. Aquellos gastos no los pudo tener aquel rico que, poseyendo muchas posesiones, buscó al Maestro diciendo: Maestro bueno, ¿qué haciendo poseeré la vida eterna? (Mt 19, 16). El cual, cuando oyó el precepto de dejar todas las cosas, se marchó triste, y por eso se angustió en su mente, por lo que exteriormente fue más ancho en su posesión. Porque como en esta vida amaba los gastos de la grandeza, al tender hacia la patria eterna no quiso tener los gastos de la humildad. Pero ha de considerar lo que se dice: Todos los que lo vean empiecen a burlarse de él, porque, según la voz de Pablo: Hemos sido hechos espectáculo para el mundo, para los ángeles y para los hombres (1 Cor 4, 9). Y en todo lo que hacemos debemos considerar a nuestros ocultos adversarios, que siempre acechan nuestras obras, siempre se alegran de nuestro fallo. A los cuales contemplando el Profeta, dice: Dios mío, en ti confío, no me avergüence, ni se burlen de mí mis enemigos (Sal 24, 2-3). Pues atentos a las buenas obras, si no vigilamos solícitamente contra los espíritus malignos, padecemos a esos mismos burladores a quienes tenemos como persuasores para el mal. Pero porque se ha dado la comparación sobre la construcción del edificio, ahora se añade la semejanza de lo menor a lo mayor, para que por las cosas mínimas se valoren las mayores. Pues sigue: ¿O qué rey, que va a entablar batalla contra otro rey, no se sienta primero y considera si puede con diez mil salir al encuentro del que viene contra él con veinte mil? De lo contrario, cuando aquel está todavía lejos, enviando una embajada, ruega las cosas que son de paz. Un rey viene contra otro rey de igual a igual al combate, y sin embargo, si considera que no puede ser suficiente, envía una embajada y pide las cosas que son de paz. ¿Con qué lágrimas, por tanto, debemos esperar nosotros el perdón, que en aquel tremendo examen no venimos de igual a igual al juicio con nuestro Rey, a quienes ciertamente la condición, la debilidad y la causa nos muestran inferiores?

7. Sed fortasse jam mali operis culpas abscidimus, jam prava quaeque exterius declinamus; nunquid ad reddendam rationem cogitationis nostrae sufficimus? Nam cum viginti millibus venire dicitur is contra quem minime sufficit iste qui cum decem millibus venit. Decem millia quippe ad viginti millia simplum ad duplum sunt. Nos autem si multum proficimus, vix exteriora nostra opera in rectitudine servamus. Nam et si jam luxuria carnis abscissa est, tamen adhuc a corde funditus abscissa non est. Ille autem qui judicaturus venit exteriora simul et interiora judicat, facta pariter et cogitationes pensat. Cum duplo ergo exercitu contra simplum venit, qui nos vix in solo opere praeparatos simul de opere et cogitatione discutit. Quid ergo agendum est, fratres, nisi ut dum nos cum simplo exercitu contra duplum illius sufficere non posse conspicimus, dum adhuc longe est, legationem mittamus, et rogemus ea quae pacis sunt? Longe enim esse dicitur, qui adhuc praesens per judicium non videtur. Mittamus ad hunc legationem lacrymas nostras, mittamus misericordiae opera, 1631 mactemus in ara ejus hostias placationis, cognoscamus nos cum eo in judicio non posse contendere; pensemus virtutem ejus fortitudinis, rogemus ea quae pacis sunt. Haec est nostra legatio, quae regem venientem placat. Pensate, fratres, quam benignum sit quod is qui suo adventu valet opprimere tardat venire. Mittamus ad hunc, ut diximus, legationem nostram, fluendo, tribuendo, sacras hostias offerendo. Singulariter namque ad absolutionem nostram oblata cum lacrymis et benignitate mentis sacri altaris hostia suffragatur, quia is qui in se resurgens a mortuis jam non moritur, adhuc per hanc in suo mysterio pro nobis iterum patitur. Nam quoties ei hostiam suae passionis offerimus, toties nobis ad absolutionem nostram passionem illius reparamus.

8. Multos, ut arbitror, vestrum, fratres charissimi, contigit nosse hoc quod volo ad memoriam vestram narrando revocare. Non longe a nostris fertur temporibus factum quod quidam ab hostibus captus longe transductus est (Lib. IV Dialog., cap. 57); cumque diu teneretur in vinculis, eum uxor sua cum ex eadem captivitate non reciperet, exstinctum pulavit. Pro quo jam velut mortuo hostias hebdomadibus singulis curabat offerre. Cujus toties vincula solvebantur in captivitate, quoties ab ejus conjuge oblatae fuissent hostiae pro animae ejus absolutione. Nam longa post tempora reversus, admirans valde suae indicavit uxori quod diebus certis, hebdomadibus singulis, ejus vincula solvebantur. Quos videlicet dies ejus uxor atque horas discutiens, tunc eum recognovit absolutum, cum pro eo sacrificium meminerat oblatum. Hinc ergo, fratres charissimi, hinc certa consideratione colligite, oblata a nobis hostia sacra quantum in nobis solvere valeat ligaturam cordis, si oblata ab altero potuit in altero solvere vincula corporis.

7. Pero quizás ya hemos cortado las culpas de la mala obra, ya evitamos exteriormente todo lo depravado; ¿somos suficientes para rendir razón de nuestro pensamiento? Pues se dice que viene con veinte mil aquel contra quien no es suficiente en modo alguno este que viene con diez mil. Diez mil respecto a veinte mil son la mitad respecto al doble. Nosotros, si progresamos mucho, apenas mantenemos nuestras obras exteriores en rectitud. Pues incluso si ya se ha cortado la lujuria de la carne, todavía no se ha cortado de raíz del corazón. Pero aquel que viene a juzgar juzga al mismo tiempo lo exterior y lo interior, valora por igual los hechos y los pensamientos. Con un ejército doble, por tanto, viene contra uno sencillo el que nos discute al mismo tiempo sobre la obra y el pensamiento a nosotros que apenas estamos preparados en la sola obra. ¿Qué hay que hacer, pues, hermanos, sino que, mientras vemos que no podemos ser suficientes con un ejército sencillo contra su ejército doble, mientras todavía está lejos enviemos una embajada y pidamos las cosas que son de paz? Pues se dice que está lejos aquel que todavía no se ve presente por el juicio. Enviemos a este como embajada nuestras lágrimas, enviemos obras de misericordia, sacrifiquemos en su ara víctimas de aplacamiento, reconozcamos que no podemos contender con él en juicio; consideremos la fuerza de su fortaleza, pidamos las cosas que son de paz. Esta es nuestra embajada, que aplaca al rey que viene. Considerad, hermanos, cuán benigno es que aquel que puede oprimir con su venida tarde en venir. Enviemos a este, como hemos dicho, nuestra embajada, llorando, dando, ofreciendo hostias sagradas. Pues singularmente ayuda para nuestra absolución la hostia del altar sagrado ofrecida con lágrimas y benignidad de ánimo, porque aquel que resucitando de entre los muertos en sí mismo ya no muere, todavía padece de nuevo por nosotros en su misterio a través de esta. Pues cuantas veces le ofrecemos la hostia de su pasión, tantas veces reparamos para nosotros su pasión para nuestra absolución.

8. A muchos de vosotros, hermanos carísimos, creo que os ha sucedido conocer esto que quiero revocar a vuestra memoria narrándolo. Se cuenta que ocurrió no lejos de nuestros tiempos que uno, capturado por los enemigos, fue llevado lejos (Lib. IV Diál., cap. 57); y como estuviera retenido mucho tiempo en cadenas, su mujer, al no recibirlo de aquel mismo cautiverio, lo creyó muerto. Por el cual, ya como por muerto, procuraba ofrecer hostias cada semana. Cuyas cadenas se soltaban en el cautiverio tantas veces cuantas hubieran sido ofrecidas hostias por su cónyuge para la absolución de su alma. Pues vuelto mucho tiempo después, maravillándose mucho, indicó a su mujer que en ciertos días, cada semana, sus cadenas se soltaban. Cuyos días y horas examinando su mujer, entonces lo reconoció libre cuando recordaba que el sacrificio había sido ofrecido por él. De aquí, por tanto, hermanos carísimos, de aquí colegid con firme consideración cuánto puede en nosotros soltar la ligadura del corazón la hostia sagrada ofrecida por nosotros, si ofrecida por otro pudo soltar en otro las cadenas del cuerpo.

9. Multi vestrum, fratres charissimi, Cassium Narniensis urbis episcopum noverunt, cui mos erat quotidianas Deo hostias offerre, ita ut pene nullus dies vitae ejus abscederet quo non omnipotenti Deo hostiam placationis immolaret (Lib. IV Dialog., cap. 56). Cui cum sacrificio valde etiam concordabat vita. Nam cuncta quae habebat in eleemosynis tribuens, cum ad horam offerendi sacrificii venisset, velut totus in lacrymis defluens, semetipsum cum magna cordis contritione mactabat. Cujus et vitam et exitum, quodam venerabilis vitae Diacono, qui fuerat ab eo nutritus, referente, cognovi. Aiebat enim quod quadam nocte ejus presbytero per visum Dominus astitit, dicens: Vade et dic episcopo: Age quod agis, operare quod operaris, non cesset pes tuus, non cesset manus tua; natali apostolorum venies ad me, et retribuam tibi mercedem tuam. Surrexit presbyter, sed quia e vicino apostolorum natalitius dies imminebat, tam propinqui exitus diem episcopo nuntiare pertimuit. Alia nocte Dominus rediit, ejusque inobedientiam venementer increpavit, atque eadem jussionis suae verba retexuit. Tunc presbyter surrexit ut pergeret, sed rursus infirmitas cordis impedimento facta est indicandae revelationis; et ad admonitionem quoque iteratae jussionis obduruit pergere, et quae viderat manifestare neglexit. Sed quia magnam mansuetudinem contemptae gratiae major se qui solet ira vindictae, visione tertia Dominus apparens, jam verbis addidit verbera, et tam districta caede mactatus est, ut in eo duritiam cordis emollirent vulnera corporis. Surrexit ergo eruditus ex verbere, perrexit ad episcopum, eumque jam ex more juxta beati Juvenalis martyris sepulcrum ad offerendum sacrificium consistentem reperit, secretum a circumstantibus petiit, seque ejus pedibus prostravit. Cumque eum ubertim flentem episcopus vix ad se levare potuisset, lacrymarum causas cognoscere studuit. Ille vero, relaturus ordinem visionis, prius vestimento ex humeris devoluto, detexit plagas corporis, ut ita dicam, testes veritatis et culpae, monstravit quanta animadversione districtionis membra illius accepta verbera, livore inflicto, sulcaverant. Quae mox ut episcopus vidit, exhorruit, et quis sibi talia facere praesumpsisset cum magnae obstupefactionis vocibus inquisivit. At ille respondit, haec se pro ipso fuisse perpessum. Excrevit cum terrore admiratio; sed nullas jam presbyter inquisitioni ejus moras adjiciens, secretum revelationis aperuit, eique jussionis dominicae per ea quae audierat verba narravit, dicens: Age quod agis, operare quod operaris, non cesset manus tua, non cesset pes tuus; natali apostolorum venies ad me, et retribuam tibi mercedem tuam.

9. Muchos de vosotros, hermanos carísimos, conocisteis a Casio, obispo de la ciudad de Narni, cuya costumbre era ofrecer hostias cotidianas a Dios, de tal modo que casi no pasaba ningún día de su vida en el que no inmolara a Dios omnipotente una hostia de aplacamiento (Lib. IV Diál., cap. 56). Con cuyo sacrificio también concordaba mucho su vida. Pues distribuyendo en limosnas todo lo que tenía, cuando llegaba la hora de ofrecer el sacrificio, como deshaciéndose todo en lágrimas, se inmolaba a sí mismo con gran contrición de corazón. Cuya vida y muerte conocí por el relato de cierto diácono de venerada vida, que había sido educado por él. Decía, en efecto, que una noche el Señor se presentó a su presbítero en visión, diciendo: Ve y di al obispo: Haz lo que haces, trabaja lo que trabajas, no cese tu pie, no cese tu mano; en el natalicio de los Apóstoles vendrás a mí, y te daré tu recompensa. Se levantó el presbítero, pero porque el día natalicio de los Apóstoles estaba inminente y cercano, temió anunciar al obispo el día de una muerte tan próxima. Otra noche volvió el Señor, e incrementó vehementemente el castigo por su desobediencia, y repitió las mismas palabras de su mandato. Entonces el presbítero se levantó para ir, pero de nuevo la debilidad del corazón fue impedimento para indicar la revelación; y descuidó ir incluso ante la amonestación del mandato repetido, y manifestar lo que había visto. Pero porque a una gran mansedumbre de gracia despreciada suele seguir una mayor ira de venganza, apareciéndose el Señor en una tercera visión, ya añadió azotes a las palabras, y fue castigado con tan severo azote que las heridas del cuerpo ablandaran en él la dureza del corazón. Se levantó, pues, instruido por el azote, fue al obispo y lo encontró, como de costumbre, junto al sepulcro del bienaventurado mártir Juvenal, disponiéndose a ofrecer el sacrificio; pidió apartarse de los circunstantes y se postró a sus pies. Y como el obispo apenas pudiera levantarlo hacia sí, mientras lloraba copiosamente, procuró conocer las causas de las lágrimas. Aquel, para relatar el orden de la visión, primero bajó el vestido de los hombros, descubrió las llagas del cuerpo, por así decir, testigos de la verdad y de la culpa, y mostró con cuánta severidad de rigor los azotes recibidos habían surcado sus miembros con el cardenal infligido. Tan pronto como el obispo vio esto, se horrorizó, y con voces de gran estupor inquirió quién se había atrevido a hacerle tales cosas. Él respondió que había padecido aquello por él mismo. Creció la admiración con el terror; pero ya el presbítero, sin añadir demoras a su interrogatorio, abrió el secreto de la revelación y le narró las palabras del mandato dominical según lo que había oído, diciendo: Haz lo que haces, trabaja lo que trabajas, no cese tu mano, no cese tu pie; en el natalicio de los Apóstoles vendrás a mí, y te daré tu recompensa.

Quibus auditis, episcopus se in orationem cum magna cordis contritione prostravit, et qui oblaturus sacrificium ad horam tertiam venerat, hoc pro extensae orationis magnitudine ad horam nonam usque protelavit. Atque ex illo jam die magis magisque aucta sunt ei lucra pietatis; factusque est tam fortis in opere quam certus ex munere, quippe qui eum, cui ipse debitor fuerat, ex ea promissione jam coeperat habere debitorem. Huic autem consuetudo fuerat, annis singulis, natalitio apostolorum die Romam venire; jamque ex hac revelatione suspectus, venire juxta morem noluit. Eodem ergo tempore sollicitus fuit, secundo quoque anno vel tertio in mortis suae exspectatione suspensus, quarto, quintoque, et sexto similiter. Qui desperare jam de veritate revelationis poterat, si verbis fidem verbera non fecissent. Cum ecce anno septimo usque ad exspectati natalis sacras vigilias incolumis pervenit; sed lenis hunc in vigiliis calor attigit, atque ipso die natalitio filiis suis se exspectantibus, missarum solemnia implere se posse recusavit. Illi vero quia de ejus erant pariter egressione suspecti, simul ad eum omnes venerunt, sese unanimiter astringentes ut die eodem nequaquam acquiescerent missarum solemnia celebrari, nisi pro eis apud Dominum idem antistes suus intercessor accederet. Tunc ille, compulsus, in episcopii oratorio missas fecit, et manu sua corpus dominicum pacemque omnibus tribuit. Qui cuncto ministerio oblati sacrificii peracto, ad lectulum rediit, ibique jacens, dum sacerdotes suos ac ministros circumstetisse cerneret, quasi vale ultimum dicens, de servando eos vinculo charitatis admonebat, et quanta debuissent concordia inter se uniri praedicabat. Cum subito inter ipsa sanctae exhortationis verba, voce terribili clamavit, dicens: Hora est. Moxque assistentibus ipse suis manibus linteum dedit, quod ex more morientium sibi contra faciem tenderetur. Quo tenso, spiritum emisit, sicque sancta illa anima, ad gaudia aeterna perveniens, a carnis corruptione soluta est. Quem, fratres charissimi, quem vir iste in morte sua imitatus est, nisi eum quem in vita sua fuerat contemplatus? Dicens enim: Hora est, de corpore exiit, quia et Jesus, peractis omnibus, cum dixisset: Consummatum est, inclinato capite, tradidit spiritum (Joan. XIX, 30). Quod ergo Dominus ex potestate, hoc egit famulus ex vocatione.

10. Ecce quotidianae hostiae illa cum eleemosynis et lacrymis missa legatio quantam cum Rege veniente gratiae pacem fecit. Relinquat ergo omnia qui potest. Qui autem relinquere omnia non potest, cum adhuc longe est Rex, legationem mittat, lacrymarum, eleemosynarum, hostiarum munera offerat. Vult enim placari precibus, qui scit quia portari non possit iratus. Quod adhuc moram facit venire, legationem pacis sustinet. Venisset jam namque si vellet, et cunctos suos adversarios trucidasset. Sed et quam terribilis veniet indicat, et tamen ad veniendum tardat, quia non vult invenire quos puniat.

Al oír esto, el obispo se postró en oración con gran contrición de corazón, y él, que había venido a la hora tercia para ofrecer el sacrificio, prolongó esto hasta la hora nona por la magnitud de la oración extendida. Y desde aquel día crecieron en él más y más las ganancias de la piedad; y se hizo tan fuerte en la obra como seguro por el premio, puesto que ya había empezado a tener como deudor por aquella promesa a aquel de quien él mismo había sido deudor. Tenía este la costumbre, cada año, de venir a Roma el día del natalicio de los Apóstoles; y ya receloso por esta revelación, no quiso venir según la costumbre. Por el mismo tiempo, pues, estuvo solícito, y también el segundo o el tercer año estuvo en suspenso esperando su muerte; y el cuarto, el quinto y el sexto igualmente. El cual ya podía desesperar de la verdad de la revelación si los azotes no hubieran dado fe a las palabras. He aquí que al séptimo año llegó incólume hasta las sagradas vigilias del esperado natalicio; pero un leve calor le tocó en las vigilias, y el mismo día natalicio, esperándole sus hijos, rehusó poder cumplir las solemnidades de las misas. Pero ellos, porque estaban igualmente recelosos de su fallecimiento, vinieron todos juntos a él, obligándose unánimemente a no consentir de ningún modo que aquel día se celebraran las solemnidades de las misas si su mismo antífona no accedía como intercesor ante el Señor por ellos. Entonces él, compelido, celebró misas en el oratorio del obispado y dio con su mano el cuerpo del Señor y la paz a todos. El cual, terminado todo el ministerio del sacrificio ofrecido, volvió al lecho y, yaciendo allí, al ver a sus sacerdotes y ministros alrededor, como diciendo el último adiós, les amonestaba sobre guardar el vínculo de la caridad y predicaba con cuánta concordia debían unirse entre sí. Cuando de pronto, entre aquellas mismas palabras de santa exhortación, clamó con voz terrible, diciendo: Es la hora. E inmediatamente dio él mismo un lienzo a los asistentes para que, según la costumbre de los moribundos, se le extendiera ante la cara. Extendido el cual, emitió el espíritu, y así aquella alma santa, llegando a los gozos eternos, se soltó de la corrupción de la carne. ¿A quién, hermanos carísimos, a quién imitó este varón en su muerte sino a aquel a quien había contemplado en su vida? Pues diciendo: Es la hora, salió del cuerpo, porque también Jesús, terminadas todas las cosas, cuando hubo dicho: Consumado es, inclinada la cabeza, entregó el espíritu (Jn 19, 30). Lo que, pues, el Señor hizo por potestad, esto hizo el siervo por vocación.

10. Ved qué paz de gracia hizo con el Rey que viene aquella embajada enviada con hostias cotidianas, limosnas y lágrimas. Renuncie, pues, a todo quien pueda. Pero quien no puede renunciar a todo, mientras el Rey está todavía lejos, envíe una embajada, ofrezca dones de lágrimas, de limosnas, de hostias. Pues desea ser aplacado con ruegos aquel que sabe que no puede ser soportado cuando está airado. El que todavía demore en venir, sostiene una embajada de paz. Pues ya habría venido si quisiera, y habría aniquilado a todos sus adversarios. Pero indica cuán terrible vendrá, y sin embargo tarda en venir, porque no quiere encontrar a quienes castigar.

Reatum nobis contemptus nostri denuntiat, dicens: Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus; et tamen sperandae salutis remedium confert, quia qui per iram non potest ferri, per postulatae pacis vult legationem placari. Lavate ergo, fratres charissimi, lacrymis maculas peccatorum, eleemosynis tergite, sacris hostiis expiate. Nolite possidere per desiderium quae adhuc per usum minime reliquistis. Spem in solo Redemptore figite, ad aeternam patriam mente transite. Si enim nil in hoc mundo jam amando possidetis, etiam possidendo cuncta reliquistis. Ipse nobis gaudia desiderata concedat, qui nobis aeternae pacis remedia contulit, Jesus Christus Dominus noster, qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XXXVIII.

Habita ad populum in basilica beati Clementis martyris.

LECTIO S. EVANG. SEC. MATTH. XXII, 1-13.

In illo tempore, loquebatur Jesus principibus sacerdotum et Pharisaeis in parabolis, dicens: Simile est regnum coelorum homini regi qui fecit nuptias filio suo, et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias, et nolebant venire. Iterum misit alios servos, dicens: Dicite invitatis: Ecce prandium meum paravi, tauri mei et allilia occisa sunt, et omnia parata, venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, et abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam; reliqui vero tenuerunt servos ejus, et contumeliis affectos occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est; et, missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, et civitatem illorum succendit. Tunc ait servis suis: Nuptiae quidem paratae sunt, sed qui invitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, et quoscunque inveneritis vocate ad nuptias. Et egressi servi ejus in vias, congregaverunt omnes quos invenerunt, malos et bonos, et impletae sunt nuptiae discumbentium. Intravit autem rex ut videret discumbentes; et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali, et ait illi: Amice, quomodo huc intravisti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus ejus etpedibus, mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus et stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Nos denuncia el reato de nuestro desprecio, diciendo: Así pues, cualquiera de vosotros que no renuncia a todo lo que posee, no puede ser mi discípulo; y sin embargo confiere el remedio de la esperanza de salvación, porque quien no puede ser soportado por la ira, quiere ser aplacado por la embajada de la paz pedida. Lavad, pues, hermanos carísimos, las manchas de los pecados con lágrimas, limpiadlas con limosnas, expiadlas con las sagradas hostias. No poseáis por el deseo lo que todavía mínimamente habéis dejado por el uso. Fijad la esperanza solo en el Redentor, pasad con la mente a la patria eterna. Pues si ya nada poseéis en este mundo amándolo, también poseyendo todas las cosas las habéis dejado. Que él mismo nos conceda los gozos deseados, él que nos confirió los remedios de la paz eterna, Jesucristo nuestro Señor, que vive y reina con el Padre en la unidad del Espíritu Santo, Dios, por todos los siglos de los siglos. Amén.

HOMILÍA XXXVIII.

Pronunciada ante el pueblo en la basílica del bienaventurado Clemente mártir.

LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN MATEO XXII, 1-13.

En aquel tiempo, hablaba Jesús a los príncipes de los sacerdotes y a los fariseos en parábolas, diciendo: Semejante es el reino de los cielos a un hombre rey que hizo bodas a su hijo, y envió a sus siervos a llamar a los invitados a las bodas, y no querían venir. De nuevo envió otros siervos, diciendo: Decid a los invitados: He aquí que he preparado mi comida, mis toros y mis animales cebados han sido matados, y todo está listo, venid a las bodas. Pero ellos lo descuidaron y se fueron, uno a su villa, y otro a su negocio; los demás, en cambio, echaron mano a sus siervos y, tras afrentarlos, los mataron. El rey, al oírlo, se airó; y, enviando sus ejércitos, perdió a aquellos homicidas e incendió su ciudad. Entonces dice a sus siervos: Las bodas, por cierto, están preparadas, pero los que habían sido invitados no fueron dignos. Id, pues, a las salidas de los caminos, y a cuantos encontréis llamadlos a las bodas. Y saliendo sus siervos a los caminos, congregaron a todos los que encontraron, malos y buenos, y se llenaron las bodas de comensales. Entró entonces el rey para ver a los comensales; y vio allí a un hombre no vestido con vestidura nupcial, y le dijo: Amigo, ¿cómo entraste aquí no teniendo vestidura nupcial? Pero él enmudeció. Entonces dijo el rey a los ministros: Atadas sus manos y sus pies, echadlo a las tinieblas exteriores. Allí será el llanto y el crujir de dientes. Porque muchos son los llamados, pero pocos los elegidos.

1. Textum lectionis evangelicae, fratres charissimi, volo, si possum, sub brevitate transcurrere, ut in fine ejus valeam ad loquendum largius vacare. Sed quaerendum prius est an haec apud Matthaeum ipsa sit lectio quae apud Lucam sub appellatione coenae describitur (Luc. XIV, 16, seq.). Et quidem sunt nonnulla quae sibi dissona esse videntur, quia hic prandium, illic coena memoratur; hic qui ad nuptias non dignis vestibus intravit repulsus est, illic nullus qui intrasse dicitur repulsus esse perhibetur. Qua ex re recte colligitur quod et hic per nuptias praesens Ecclesia, et illic per coenam aeternum et ultimum convivium designatur, quia et hanc nonnulli exituri intrant, et ad illud quisquis semel intraverit ulterius non exibit. At si quis forte contendat hanc eamdem esse lectionem, ego melius puto, salva fide, alieno intellectui cedere, quam contentionibus deservire, quoniam et intelligi congrue forsitan potest quia de projecto eo qui cum nuptiali veste non venerat quod Lucas tacuit Matthaeus dixit. Quod vero per illum coena, per hunc autem prandium dicitur, nequaquam vel hoc nostrae intelligentiae obsistit, quia cum ad horam nonam apud antiquos quotidie prandium fieret, ipsum quoque prandium coena vocabatur.

2. Saepe autem jam me dixisse memini quod plerumque in sancto Evangelio regnum coelorum praesens Ecclesia nominatur. Congregatio quippe justorum regnum coelorum dicitur. Quia enim per prophetam Dominus dicit: Coelum mihi sedes est (Isai. LXVI, 1); et Salomon ait: Anima justi sedes est sapientiae (Sap. VII, 27); Paulus etiam dicit: Christum Dei virtutem et Dei sapientiam (I Cor. I, 24); liquido colligere debemus quia si Deus sapientia, anima autem justi sedes sapientiae, dum coelum dicitur sedes Dei, coelum ergo est anima justi. Hinc per Psalmistam de sanctis praedicatoribus dicitur: Coeli enarrant gloriam Dei (Psal. XVIII, 2). Regnum ergo coelorum est Ecclesia justorum, quia dum eorum corda in terra nil ambiunt, per hoc quod ad superna suspirant, jam in eis Dominus quasi in coelestibus regnat. Dicatur ergo: Simile est regnum coelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.

3. Jam intelligit charitas vestra quis est iste rex, regis filii pater: ille nimirum cui Psalmista ait: Deus judicium tuum regi da, et justitiam tuam filio regis (Psal. LXXI, 1). Qui fecit nuptias filio suo. Tunc enim Deus pater Deo Filio suo nuptias fecit, quando hunc in utero Virginis humanae naturae conjunxit, quando Deum ante saecula fieri voluit hominem in fine saeculorum. Sed quia ex duabus personis fieri solet ista conjunctio, absit hoc ab intellectibus nostris, ut personam Dei et hominis Redemptoris nostri Jesu Christi ex duabus personis credamus unitam.

1. Deseo, hermanos carísimos, si puedo, recorrer con brevedad el texto de la lectura evangélica, para que al final de ella pueda estar libre para hablar más largamente. Pero debe preguntarse primero si esta lectura en Mateo es la misma que se describe en Lucas bajo la apelación de cena (Lc 14, 16, sig.). Y ciertamente hay algunas cosas que parecen ser disonantes entre sí, porque aquí se menciona una comida (*prandium*), allí una cena (*coena*); aquí fue rechazado el que entró a las bodas no con vestiduras dignas, allí se afirma que ninguno de los que se dice que entraron fue rechazado. Por lo cual se colige rectamente que tanto aquí por las bodas se designa a la Iglesia presente, como allí por la cena el convite eterno y último, porque tanto a esta entran algunos que han de salir, como a aquel quienquiera que haya entrado una vez no saldrá más. Pero si alguno por acaso contendiera que esta es la misma lectura, yo juzgo mejor, salva la fe, ceder al intelecto ajeno que servir a las contiendas, puesto que también puede entenderse congruentemente que Mateo dijo sobre aquel expulsado que no había venido con vestidura nupcial lo que Lucas calló. El que por aquel se diga cena, pero por este comida, de ningún modo esto se opone a nuestra inteligencia, porque como entre los antiguos se hacía diariamente la comida a la hora nona, esa misma comida era llamada también cena.

2. Pero recuerdo haber dicho ya a menudo que frecuentemente en el santo Evangelio se llama reino de los cielos a la Iglesia presente. Pues la congregación de los justos es llamada reino de los cielos. Porque pues por el profeta dice el Señor: *El cielo es mi trono* (Is 66, 1); y Salomón dice: *El alma del justo es el trono de la sabiduría* (Sab 7, 27); Pablo también dice: *Cristo, virtud de Dios y sabiduría de Dios* (1 Cor 1, 24); debemos colegir claramente que si Dios es sabiduría, pero el alma del justo el trono de la sabiduría, al decirse que el cielo es el trono de Dios, el cielo es, por tanto, el alma del justo. De aquí que por el Salmista se diga de los santos predicadores: *Los cielos cuentan la gloria de Dios* (Sal 18, 2). El reino de los cielos es, pues, la Iglesia de los justos, porque mientras sus corazones nada ambicionan en la tierra, por esto que suspiran por las cosas de arriba, ya reina en ellos el Señor como en las celestiales. Dígase, pues: *Semejante es el reino de los cielos a un hombre rey que hizo bodas a su hijo.*

3. Ya comprende vuestra caridad quién es este rey, padre del hijo del rey: aquel sin duda a quien el Salmista dice: *Dios, da tu juicio al rey, y tu justicia al hijo del rey* (Sal 71, 1). *Que hizo bodas a su hijo.* Pues entonces Dios Padre hizo bodas a Dios su Hijo, cuando lo unió a la naturaleza humana en el útero de la Virgen, cuando quiso que Dios antes de los siglos se hiciera hombre al fin de los siglos. Pero porque esta conjunción suele hacerse de dos personas, esté esto lejos de nuestros intelectos, que creamos unida de dos personas la persona de Dios y de hombre de nuestro Redentor Jesucristo.

Ex duabus quippe atque in duabus hunc naturis existere dicimus; sed ex duabus personis compositum credi, ut nefas, vitamus. Apertius ergo atque securius dici potest quia in hoc Pater regi Filio nuptias fecit, quo ei per incarnationis mysterium sanctam Ecclesiam sociavit. Uterus autem genitricis Virginis hujus sponsi thalamus fuit. Unde et Psalmista dicit: In sole posuit tabernaculum suum, et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo (Psal. XVIII, 6). Tanquam sponsus quippe de thalamo suo processit, quia ad conjungendam sibi Ecclesiam incarnatus Deus de incorrupto utero Virginis exivit. Misit ergo servos suos ut ad istas nuptias amicos invitarent. Misit semel, misit iterum quia incarnationis dominicae praedicatores, et prius prophetas, et postmodum apostolos fecit. Bis itaque servos ad invitandum misit, quia incarnationem Unigeniti et per prophetas dixit futuram, et per apostolos nuntiavit factam. Sed quia hi qui prius invitati sunt ad nuptiarum convivium venire noluerunt, in secunda invitatione jam dicitur: Ecce prandium meum paravi, tauri mei et altilia occisa sunt, et omnia parata.

4. Quid in tauris vel altilibus, fratres charissimi, nisi novi ac veteris testamenti patres accipimus? Quia enim vulgo loquor, etiam ipsa me necesse est verba evangelicae lectionis explanare. Altilia enim sagiuata dicimus; ab eo enim quod est alere, altilia quasi alitilia vocamus. Cum vero (23, q. 4, cap. 16) in lege scriptum sit: Diliges amicum tuum, et odio habebis inimicum tuum (Matth. V, 43; Levit. XIX, 18), accepta tunc justis licentia fuerat ut Dei suosque adversarios quanta possent virtute comprimerent, eosque jure gladii ferirent. Quod in Novo procul dubio Testamento compescitur, cum per semetipsam Veritas praedicat, dicens: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos (Matth. V, 44). Qui ergo per tauros nisi patres testamenti veteris significantur? Nam dum ex permissione legis acceperant quatenus adversarios suos odii retributione percuterent, ut ita dicam, quid aliud quam tauri erant, qui inimicos suos virtutis corporeae cornu feriebant? Quid vero per altilia nisi patres testamenti novi figurantur, qui dum gratiam pinguedinis internae percipiunt, a terrenis desideriis enitentes, ad sublimia contemplationis suae pennis sublevantur? In imo quippe cogitationem ponere, quid est aliud quam quaedam ariditas mentis? Qui autem intellectu coelestium jam per sancta desideria de supernis delectationis intimae cibo pascuntur, quasi largiori alimento pinguescunt. Hac enim pinguedine saginari Propheta concupierat, cum dicebat: Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea (Psal. LXII, 6).

Pues decimos que él existe de dos y en dos naturalezas; pero evitamos como un nefando error que se crea compuesto de dos personas. Más clara y seguramente, pues, puede decirse que en esto el Padre hizo bodas al Rey el Hijo, en que le asoció la santa Iglesia por el misterio de la encarnación. El útero de la Virgen madre fue el tálamo (*thalamus*) de este esposo. De donde también el Salmista dice: *En el sol puso su tabernáculo, y él como esposo que sale de su tálamo* (Sal 18, 6). Como esposo, en efecto, salió de su tálamo, porque para unir a sí la Iglesia, Dios encarnado salió del útero incorrupto de la Virgen. Envió, pues, a sus siervos para que invitaran a los amigos a estas bodas. Envió una vez, envió otra vez porque hizo a los predicadores de la encarnación dominical tanto primero a los profetas como después a los apóstoles. Dos veces, pues, envió a los siervos a invitar, porque tanto dijo por los profetas que la encarnación del Unigénito había de ser, como anunció por los apóstoles que ya estaba hecha. Pero porque estos que fueron invitados primero no quisieron venir al convite de las bodas, en la segunda invitación ya se dice: *He aquí que he preparado mi comida, mi toros y mis animales cebados han sido matados, y todo está listo.*

4. ¿Qué entendemos en los toros o en los animales cebados, hermanos carísimos, sino a los padres del Nuevo y del Antiguo Testamento? Porque como hablo al vulgo, es necesario que yo también explique las mismas palabras de la lectura evangélica. Pues llamamos animales cebados (*altilia*) a los que están engordados (*saginata*); pues de aquello que es alimentar (*alere*), llamamos *altilia* como si fueran *alitilia*. Como en verdad (23, q. 4, cap. 16) esté escrito en la ley: *Amarás a tu amigo, y odiarás a tu enemigo* (Mt 5, 43; Lv 19, 18), se había concedido entonces licencia a los justos para que reprimieran a los adversarios de Dios y a los suyos con cuanta virtud pudieran, y los hirieran por el derecho de la espada. Lo cual en el Nuevo Testamento sin duda se refrena, cuando la Verdad misma predica, diciendo: *Amad a vuestros enemigos, haced bien a los que os odian* (Mt 5, 44). ¿Quiénes son, pues, significados por los toros sino los padres del Antiguo Testamento? Pues mientras habían recibido por permiso de la ley el herir a sus adversarios con la retribución del odio, por así decirlo, ¿qué otra cosa eran sino toros, que herían a sus enemigos con el cuerno de la virtud corporal? ¿Pero qué se figura por los animales cebados sino los padres del Nuevo Testamento, quienes mientras perciben la gracia de la gordura interna, esforzándose desde los deseos terrenos, se elevan a las cosas sublimes de su contemplación con alas? Pues poner el pensamiento en lo ínfimo, ¿qué otra cosa es sino una cierta aridez de mente? Pero los que por el entendimiento de las cosas celestiales ya se alimentan con el manjar de la delicia íntima sobre las cosas de arriba a través de los deseos santos, engordan como con un alimento más copioso. Pues de esta gordura había deseado el Profeta ser saciado, cuando decía: *Como de ensundia y de gordura sea llena mi alma* (Sal 62, 6).

Quia ergo praedicatores dominicae incarnationis missi persecutionem ab infidelibus, et prius prophetae, et postmodum sancti apostoli, pertulerunt, invitatis et venire nolentibus dicitur: Tauri mei et altilia occisa sunt, et omnia parata. Ac si apertius dicatur: Patrum praecedentium mortes aspicite, et remedia vitae vestrae cogitate. Notandum vero quod in priori invitatione nil de tauris et altilibus dicitur, in secunda autem jam tauri et altilia mactata esse memorantur, quia omnipotens Deus cum verba ejus audire nolumus, adjungit exempla, ut omne quod impossibile credimus. tanto nobis ad sperandum fiat facilius, quanto per hoc transisse jam et alios audimus.

5. Sequitur: Illi autem neglexerunt, et abierunt, alius in villam suam, alius vero in negotiationem suam. In villam quippe ire est labori terreno immoderate incumbere, in negotiationem vero ire est actionum saecularium lucris inhiare. Quia enim alius intentus labori terreno, alius vero mundi hujus actionibus deditus, mysterium incarnationis dominicae pensare et secundum illud vivere dissimulat, quasi ad villam vel negotium pergens, venire ad regis nuptias recusat. Et plerumque, quod est gravius, nonnulli vocantis gratiam non solum respuunt, sed etiam persequuntur. Unde et subditur: Reliqui vero tenuerunt servos ejus, et contumeliis affectos occiderunt. Sed rex ista cognoscens, missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, et civitatem illorum succendit. Homicidas perdit, quia persequentes interimit. Civitatem eorum igni succendit, quia illorum non solum animae, sed et caro quoque in qua habitaverant, aeterna gehennae flamma cruciatur. Missis vero exercitibus exstinxisse homicidas dicitur, quia in hominibus omne judicium per angelos exhibetur. Quid namque sunt illa angelorum agmina, nisi exercitus Regis nostri? Unde et idem rex Dominus Sabaoth dicitur. Sabaoth quippe exercituum interpretatur. Ad perdendos ergo adversarios suos exercitum mittit, quia nimirum vindictam Dominus per angelos exercet. Cujus vindictae potentiam tunc nostri patres audiebant, nos autem jam cernimus. Ubi sunt enim superbi illi martyrum persecutores? Ubi illi qui contra conditorem suum cervicem cordis erexerant et de hujus mundi gloria mortifera tumebant? Ecce jam mors martyrum floret in fide viventium, et hi qui contra illos de crudelitate sua gloriati sunt nequaquam ad memoriam nostram veniunt vel in numero mortuorum. Rebus ergo cognoscimus quod in parabolis audimus.

Como, pues, los predicadores de la encarnación dominical enviados sufrieron persecución de los infieles, tanto primero los profetas como después los santos apóstoles, se dice a los invitados y que no quieren venir: *Mis toros y mi animales cebados han sido matados, y todo está listo.* Como si se dijera más claramente: Mirad las muertes de los padres precedentes, y pensad en los remedios de vuestra vida. Pero debe notarse que en la primera invitación nada se dice de los toros y animales cebados, pero en la segunda ya se menciona que los toros y animales cebados han sido inmolados, porque Dios omnipotente, cuando no queremos oír sus palabras, añade ejemplos, para que todo lo que creemos imposible se nos haga tanto más fácil de esperar, cuanto oímos que ya otros pasaron por ello.

5. Sigue: *Pero ellos lo descuidaron y se fueron, uno a su villa, y otro a su negocio.* Ir a la villa es, en efecto, entregarse inmoderadamente al trabajo terreno; pero ir al negocio es ansiar las ganancias de las acciones seculares. Porque como uno atento al trabajo terreno, pero otro dedicado a las acciones de este mundo, disimula pensar en el misterio de la encarnación dominical y vivir según él, como marchando a la villa o al negocio, rehúsa venir a las bodas del rey. Y a menudo, lo que es más grave, algunos no solo rechazan la gracia del que llama, sino que también lo persiguen. Por lo cual también se añade: *Los demás, en cambio, echaron mano a sus siervos y, tras afrentarlos, los mataron.* Pero el rey, al conocer esto, enviando sus ejércitos, perdió a aquellos homicidas e incendió su ciudad. Pierde a los homicidas porque aniquila a los perseguidores. Incendia su ciudad con fuego, porque no solo sus almas, sino también la carne en la que habían habitado, es atormentada en la llama eterna de la gehena. Se dice que extinguió a los homicidas enviando ejércitos porque en los hombres todo juicio se ejerce por medio de los ángeles. Pues ¿qué son aquellas legiones de ángeles sino los ejércitos de nuestro Rey? Por lo cual también el mismo rey es llamado Señor de los Ejércitos (*Dominus Sabaoth*). Pues *Sabaoth* se interpreta "de los ejércitos". Envía, pues, un ejército para perder a sus adversarios, porque sin duda el Señor ejerce la venganza por medio de los ángeles. Cuya potencia de venganza oían entonces nuestros padres, pero nosotros ya la discernimos. ¿Dónde están, pues, aquellos soberbios perseguidores de los mártires? ¿Dónde aquellos que habían levantado la cerviz del corazón contra su Creador y se hinchaban con la gloria mortífera de este mundo? He aquí que ya la muerte de los mártires florece en la fe de los que viven, y aquellos que se gloriaron contra ellos de su crueldad de ningún modo vienen a nuestra memoria o están en el número de los muertos. Por los hechos, pues, conocemos lo que oímos en parábolas.

6. Sed is qui invitantem se contemni conspicit regis filii sui nuptias vacuas non habebit. Ad alios mittit, quia etsi apud aliquos laborat, quandoque tamen sermo Dei inventurus est ubi requiescat. Unde et subditur: Tunc ait servis suis: Nuptiae quidem paratae sunt, sed qui invitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, et quoscunque inveneritis, vocate ad nuptias. Si in Scriptura sacra vias actiones accipimus, exitus viarum intelligimus defectus actionum, quia illi plerumque facile ad Deum veniunt, quos in terrenis actibus prospera nulla comitantur. Sequitur: Et egressi servi ejus in vias, congregaverunt omnes quos invenerunt, malos et bonos, et impletae sunt nuptiae discumbentium.

7. Ecce jam ipsa qualitate convivantium aperte ostenditur quia per has regis nuptias praesens Ecclesia designatur, in qua cum bonis et mali conveniunt. Permista quippe est diversitate filiorum, quia sic omnes ad fidem generat, ut tamen omnes per immutationem vitae ad libertatem spiritalis gratiae culpis exigentibus non perducat. Quousque namque hic vivimus, necesse est ut viam praesentis saeculi permisti pergamus. Tunc autem discernimur, cum pervenimus. Boni enim soli nusquam sunt, nisi in coelo; et mali soli nusquam sunt, nisi in inferno. Haec autem vita (23, q. 4, c. 15) quae inter coelum et infernum sita est, sicut in medio subsistit, ita utrarumque partium cives communiter recipit; quos tamen sancta Ecclesia et nunc indiscrete suscipit, et postmodum in egressione discernit. Si ergo boni estis, quandiu in hac vita subsistitis, aequanimiter tolerate malos. Nam quisquis malos non tolerat, ipse sibi per intolerantiam suam testis est quia bonus non est. Abel enim esse renuit, quem Cain malitia non exercet. Sic in tritura areae grana sub paleis premuntur; sic flores inter spinas oriuntur, et rosa quae redolet crescit cum spina quae pungit. Duos quippe filios habuit primus homo; sed unus horum electus est, alter reprobus fuit (Genes. I, 1, seq.). Tres filios Noe arca continuit; sed duo ex his electi sunt, et unus reprobus fuit (Ibid., VI, 7). Duos Abraham filios habuit; sed unus electus est, alter reprobus fuit (Ibid., XXI, 10, seq.). Duos Isaac filios habuit; sed unus electus est, alter reprobatus (Ibid., XXVII, 37). Duodecim filios habuit Jacob; sed ex his unus per innocentiam venditus est, alii vero per malitiam venditores fratris fuerunt (Ibid., XXXVII, 28). Duodecim apostoli sunt electi; sed unus in his admistus est qui probaret, undecim qui probarentur (Joan. VI, 71). Septem sunt diacones ab apostolis ordinati (Act. VI, 5); sed sex in fide recta permanentibus, unus exstitit auctor erroris (Apoc. II, 6). In hac ergo Ecclesia nec mali sine bonis, nec boni sine malis esse possunt. Anteacta itaque tempora, fratres charissimi, ad mentem reducite, et vos ad malorum tolerantiam roborate.

6. Pero aquel que ve que es despreciado por el invitado, no tendrá vacías las bodas del rey su hijo. Envía a otros, porque aunque trabaje en algunos, sin embargo alguna vez la palabra de Dios encontrará donde descansar. Por lo cual también se añade: *Entonces dice a sus siervos: Las bodas, por cierto, están preparadas, pero los que habían sido invitados no fueron dignos.* *Id, pues, a las salidas de los caminos, y a cuantos encontréis llamadlos a las bodas.* Si en la sagrada Escritura tomamos los caminos por acciones, por las salidas de los caminos entendemos los fallos de las acciones, porque aquellos por lo general vienen fácilmente a Dios a quienes ninguna prosperidad acompaña en los actos terrenos. Sigue: *Y saliendo sus siervos a los caminos, congregaron a todos los que encontraron, malos y buenos, y se llenaron las bodas de comensales.*

7. He aquí que ya por esa misma calidad de los comensales se muestra abiertamente que por estas bodas del rey se designa a la Iglesia presente, en la cual conviven los buenos con los malos. Está, en efecto, mezclada con una diversidad de hijos, porque de tal modo engendra a todos a la fe, que sin embargo no a todos conduce, por el cambio de vida, a la libertad de la gracia espiritual, exigiéndolo sus culpas. Pues mientras vivimos aquí, es necesario que recorramos mezclados el camino del presente siglo. Pero entonces somos discernidos, cuando llegamos. Pues los buenos solos en ninguna parte están sino en el cielo; y los malos solos en ninguna parte están sino en el infierno. Pero esta vida (23, q. 4, c. 15) que está situada entre el cielo y el infierno, así como subsiste en medio, así recibe en común a los ciudadanos de ambas partes; a los cuales, sin embargo, la santa Iglesia tanto ahora recibe indistintamente, como después discierne en la salida. Si, pues, sois buenos, mientras subsistáis en esta vida, tolerad con ecuanimidad a los malos. Pues quienquiera que no tolera a los malos, él mismo es testigo para sí por su intolerancia de que no es bueno. Pues rehúsa ser Abel aquel a quien la malicia de Caín no ejercita. Así, en la trilla de la era, los granos son oprimidos bajo la paja; así las flores nacen entre las espinas, y la rosa que huele bien crece con la espina que punza. Dos hijos tuvo, en efecto, el primer hombre; pero uno de estos fue elegido, el otro fue réprobo (Génesis 4). El arca contuvo a tres hijos de Noé; pero dos de estos fueron elegidos, y uno fue réprobo (Génesis 9). Abraham tuvo dos hijos; pero uno fue elegido, el otro fue réprobo (Génesis 21). Isaac tuvo dos hijos; pero uno fue elegido, el otro reprobado (Génesis 27). Doce hijos tuvo Jacob; pero de estos uno fue vendido por su inocencia, mientras que los otros por su malicia fueron los vendedores del hermano (Génesis 37). Doce apóstoles fueron elegidos; pero uno fue mezclado en ellos que probara, once que fueran probados (Jn 6, 71). Siete son los diáconos ordenados por los apóstoles (Hch 6, 5); pero permaneciendo seis en la recta fe, uno existió como autor del error (Ap 2, 6). En esta Iglesia, pues, ni los malos pueden estar sin los buenos, ni los buenos sin los malos. Traed, pues, a la mente los tiempos pasados, hermanos carísimos, y fortaleceos para la tolerancia de los malos.

Si enim electorum filii sumus, restat necesse est ut per eorum exempla gradiamur. Bonus enim non fuit, qui malos tolerare recusavit. Hinc namque est quod de semetipso beatus Job asserit, dicens: Frater fui draconum, et socius struthionum (Job. XXX, 29). Hinc per Salomonem sponsi voce sanctae Ecclesiae dicitur: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias (Cant. II, 2). Hinc ad Ezechielem Dominus dicit: Fili hominis, increduli et subversores sunt tecum, et cum scorpionibus habitas (Ezech. II, 6). Hinc Petrus beati Lot vitam glorificat, dicens: Et justum Lot oppressum a nefandorum injuria conversatione eruit; aspectu enim et auditu justus erat, habitans inter eos qui de die in diem animam justam iniquis operibus cruciabant (II Pet. II, 7, 8, seq.). Hinc Paulus discipulorum vitam et laudat et roborat, dicens: In medio nationis pravae et perversae, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitae continentes (Philip. II, 15). Hinc Joannes Pergami Ecclesiae attestatur, dicens: Scio ubi habitas, ubi sedes est Satanae, et tenes nomen meum, et non negasti fidem meam (Apoc. II, 13). Ecce, fratres charissimi, pene omnia percurrendo cognoscimus quia bonus non fuit quem malorum pravitas non probavit. Ut enim ita loquar, ferrum animae nostrae nequaquam perducitur ad subtilitatem acuminis, si hoc non eraserit alienae lima pravitatis.

8. Terrere autem vos non debet quod in Ecclesia et multi mali et pauci sunt boni, quia arca in undis diluvii, quae hujus Ecclesiae typum gessit, et ampla in inferioribus, et angusta in superioribus fuit, quae in summitate etiam sua ad unius mensuram cubiti excrevit. Inferius quippe quadrupedia atque reptilia, superius vero aves et homines habuisse credenda est. Ibi lata exstitit, ubi bestias habuit; ibi angusta, ubi homines servavit, quia nimirum sancta Ecclesia in carnalibus ampla est, in spiritalibus angusta. Ubi enim bestiales hominum mores tolerat, illic latius sinum laxat. Ubi autem eos habet qui spiritali ratione suffulti sunt, illic quidem ad summum ducitur, sed tamen, quia pauci sunt, angustatur. Lata quippe via est quae ducit ad perditionem, et multi sunt qui vadunt per eam; et angusta est quae ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam (Matth. VII, 13). Eo autem usque arca angustatur in summis, quousque ad mensuram unius cubiti perducatur, quia in sancta Ecclesia quanto sanctiores quique sunt, tanto pauciores. Quae in summo ad illum perducitur qui solus homo in hominibus, et sine alterius comparatione, natus est sanctus. Qui, juxta Psalmistae vocem, Factus est sicut passer unicus in aedificio (Psal. CI, 1). Tanto ergo magis mali tolerandi sunt, quanto et amplius abundant, quia et in areae tritura pauca sunt grana quae servantur horreis, et grandes acervi palearum qui ignibus comburuntur.

Pues si somos hijos de los elegidos, resta que sea necesario que caminemos por sus ejemplos. Pues no fue bueno aquel que rehusó tolerar a los malos. De aquí es, en efecto, lo que el bienaventurado Job afirma de sí mismo, diciendo: *Fui hermano de los dragones y compañero de los avestruces* (Job 30, 29). De aquí se dice por Salomón con la voz del esposo a la santa Iglesia: *Como el lirio entre las espinas, así mi amiga entre las hijas* (Cant 2, 2). De aquí dice el Señor a Ezequiel: *Hijo de hombre, incrédulos y subversores están contigo, y habitas con escorpiones* (Ez 2, 6). De aquí Pedro glorifica la vida del bienaventurado Lot, diciendo: *Y libró al justo Lot, oprimido por la injuria y la conducta de los malvados; pues por lo que veía y oía era justo, habitando entre aquellos que de día en día atormentaban el alma justa con obras inicuas* (2 Pe 2, 7. 8, sig.). De aquí Pablo alaba y fortalece la vida de los discípulos, diciendo: *En medio de una nación depravada y perversa, entre los cuales lucís como luminares en el mundo, conteniendo la palabra de vida* (Flp 2, 15). De aquí Juan atestigua a la Iglesia de Pérgamo, diciendo: *Sé dónde habitas, donde está la sede de Satanás, y mantienes mi nombre, y no has negado mi fe* (Ap 2, 13). He aquí, hermanos carísimos, que recorriendo casi todas las cosas conocemos que no fue bueno aquel a quien la perversidad de los malos no probó. Pues, por así decirlo, el hierro de nuestra alma de ningún modo se conduce a la sutileza de la punta si no ha borrado esto la lima de la perversidad ajena.

8. Pero no debe aterraros que en la Iglesia haya muchos malos y sean pocos los buenos, porque el arca en las ondas del diluvio, que fue tipo de esta Iglesia, fue tanto amplia en lo inferior como estrecha en lo superior, la cual en su cima llegó a crecer hasta la medida de un codo. Se cree, en efecto, que abajo tuvo cuadrúpedos y reptiles, pero arriba aves y hombres. Allí fue ancha, donde tuvo bestias; allí estrecha, donde conservó a los hombres, porque sin duda la santa Iglesia en las cosas carnales es amplia, en las espirituales estrecha. Pues donde tolera las costumbres bestiales de los hombres, allí relaja su seno más ampliamente. Pero donde tiene a aquellos que se apoyan en la razón espiritual, allí ciertamente es conducida a lo sumo, pero sin embargo, porque son pocos, se estrecha. Ancha es, en efecto, la vía que conduce a la perdición, y muchos son los que van por ella; y estrecha es la que conduce a la vida, y pocos son los que la encuentran (Mt 7, 13). Hasta tal punto se estrecha el arca en lo más alto, hasta que es conducida a la medida de un codo, porque en la santa Iglesia cuantos más santos son cada uno, tanto más pocos. La cual en lo sumo es conducida a aquel que solo entre los hombres, y sin comparación de otro, nació santo. El cual, según la voz del Salmista, *se ha hecho como pájaro solitario en el edificio* (Sal 101, 8). Por tanto, tanto más deben ser tolerados los malos cuanto más abundan, porque también en la trilla de la era pocos son los granos que se guardan para los hórreos, y grandes los montones de paja que son quemados por el fuego.

9. Sed quia jam, largiente Domino, nuptiarum domum, id est sanctam Ecclesiam intrastis, solerter, fratres, aspicite, ne aliquid de mentis vestrae habitu rex ingrediens reprehendat. Cum magno enim cordis timore pensandum est quod protinus subditur: Intravit autem rex ut videret discumbentes, et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Quid, fratres charissimi, exprimi per nuptialem vestem putamus? Si enim vestem nuptialem baptisma vel fidem dicimus, quis sine baptismate et fide has nuptias intravit? Eo enim ipso foris est, quo necdum credidit. Quid ergo debemus intelligere nuptialem vestem, nisi charitatem? Intrat enim ad nuptias, sed cum nuptiali veste non intrat, qui in sancta Ecclesia assistens fidem habet, sed charitatem non habet. Recte enim charitas nuptialis vestis vocatur, quia hanc in se conditor noster habuit, dum ad sociandae sibi Ecclesiae nuptias venit. Sola quippe dilectione Dei actum est ut ejus unigenitus mentes sibi electorum hominum uniret. Unde et Joannes dicit: Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret pro nobis (Joan. III, 16). Qui ergo per charitatem venit ad homines, eamdem charitatem innotuit vestem esse nuptialem. Omnis ergo vestrum qui in Ecclesia positus Deo credidit, jam ad nuptias intravit; sed cum nuptiali veste non venit, si charitatis gratiam non custodit. Et certe, fratres, si quis ad carnales nuptias esset invitatus, vestem mutaret, congaudere se sponso et sponsae ex ipso sui habitus decore ostenderet, inter gaudentes et festa celebrantes despectis vestibus apparere erubesceret. Nos ad Dei nuptias venimus, et cordis vestem mutare dissimulamus. Congaudent angeli, cum ad coelum assumuntur electi. Quae ergo mente haec spiritalia festa conspicimus, qui nuptialem vestem, id est charitatem, quae sola nos speciosos exhibet, non habemus?

10. Sciendum vero est quia sicut in duobus lignis, superiore videlicet et inferiore, vestis texitur, ita in duobus praeceptis charitas habetur, in dilectione scilicet Dei, et proximi. Scriptum quippe est: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota virtute tua; et proximum tuum sicut teipsum (Marc. XII, 30, ex Deut. VI, 5). Qua in re notandum est quia in dilectione proximi mensura amoris ponitur, cum dicitur: Diliges proximum tuum sicut teipsum; Dei autem dilectio nulla mensura constringitur, cum dicitur: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota virtute tua. Non enim jubetur quisque quantum diligat, sed ex quanto, cum dicitur: Ex toto, quia ille veraciter Deum diligit, qui sibi de se nihil relinquit. Duo ergo haec necesse est ut charitatis praecepta custodiat quisquis habere in nuptiis vestem nuptialem curat.

9. Pero porque ya, por concesión del Señor, habéis entrado en la casa de las bodas, esto es, en la santa Iglesia, mirad con diligencia, hermanos, no sea que el rey al entrar reprenda algo en el hábito de vuestra mente. Pues con gran temor de corazón debe pensarse lo que se añade a continuación: *Entró entonces el rey para ver a los comensales; y vio allí a un hombre no vestido con vestidura nupcial.* ¿Qué pensamos, hermanos carísimos, que se expresa por la vestidura nupcial? Pues si llamamos vestidura nupcial al bautismo o a la fe, ¿quién entró a estas bodas sin bautismo y fe? Pues por eso mismo está fuera, porque aún no ha creído. ¿Qué debemos entender, pues, por vestidura nupcial, sino la caridad? Entra, pues, a las bodas, pero no entra con vestidura nupcial aquel que asistiendo en la santa Iglesia tiene fe, pero no tiene caridad. Con razón se llama a la caridad vestidura nupcial, porque nuestro Creador la tuvo en sí mismo cuando vino a las bodas para asociarse a la Iglesia. Pues solo por el amor de Dios se hizo que su Unigénito uniera a sí las mentes de los hombres elegidos. De donde también dice Juan: *Pues de tal manera amó Dios al mundo, que dio a su Hijo unigénito por nosotros* (Jn 3, 16). Aquel, pues, que por la caridad vino a los hombres, dio a conocer que esa misma caridad es la vestidura nupcial. Todo aquel de vosotros, pues, que puesto en la Iglesia ha creído en Dios, ya entró a las bodas; pero no vino con vestidura nupcial si no custodia la gracia de la caridad. Y ciertamente, hermanos, si alguno fuera invitado a unas bodas carnales, cambiaría de vestido, mostraría por el mismo decoro de su hábito que se alegra con el esposo y la esposa, se avergonzaría de aparecer entre los que se alegran y celebran las fiestas con vestidos despreciables. Nosotros venimos a las bodas de Dios, y disimulamos cambiar el vestido del corazón. Se alegran juntos los ángeles cuando los elegidos son asuntados al cielo. ¿Con qué mente, pues, contemplamos estas fiestas espirituales nosotros que no tenemos la vestidura nupcial, esto es, la caridad, que sola nos muestra hermosos?

10. Pero debe saberse que así como en dos maderos, el superior y el inferior a saber, se teje el vestido, así en dos preceptos se tiene la caridad, es decir, en el amor a Dios y al prójimo. Pues está escrito: *Amarás al Señor tu Dios con todo tu corazón, y con toda tu alma, y con toda tu fuerza; y a tu prójimo como a ti mismo* (Mc 12, 30, de Dt 6, 5). En lo cual debe notarse que en el amor al prójimo se pone una medida de amor, cuando se dice: *Amarás a tu prójimo como a ti mismo*; pero el amor de Dios no se restringe por ninguna medida, cuando se dice: *Amarás al Señor tu Dios con todo tu corazón, y con toda tu alma, y con toda tu fuerza.* Pues no se manda a cada uno cuánto ame, sino desde cuánto, cuando se dice: *Con todo*, porque verdaderamente ama a Dios aquel que no se deja nada de sí mismo para sí. Es necesario, pues, que cualquiera que se cuide de tener en las bodas la vestidura nupcial guarde estos dos preceptos de la caridad.

Hinc est enim quod apud Ezechielem prophetam, portae ipsius civitatis in monte constitutae vestibulum duobus cubitis mensuratur (Ezech. XL, 9), quia nimirum accessus nobis coelestis civitatis non panditur, si in hac Ecclesia, quae pro eo quod adhuc foris est, vestibulum dicitur, Dei et proximi dilectio non tenetur. Hinc est quod cortinis tabernaculi intexi coccus bis tinctus jubetur (Exod. XXVI, 1). Vos estis, fratres, vos estis cortinae tabernaculi, qui per fidem in cordibus vestris secreta coelestia velatis. Sed cortinis tabernaculi bis tinctus coccus debet inesse. Coccus quippe ignis speciem habet. Quid vero est charitas, nisi ignis? Sed ista charitas esse bis tincta debet, ut tingatur et per amorem Dei, tingatur et per amorem proximi. Qui enim sic amat Deum, ut per contemplationem illius negligat proximum, coccus quidem est, sed bis tinctus non est. Rursum qui sic amat proximum, ut tamen contemplationem Dei per ejus amorem relinquat, coccus est, sed bis tinctus non est. Ut ergo charitas vestra bis tinctus coccus esse valeat, et ad amorem se Dei, et ad amorem proximi accendat, quatenus nec ex compassione proximi contemplationem relinquat Dei, nec plusquam debet inhaerens contemplationi Dei, compassionem abjiciat proximi. Omnis itaque homo inter homines vivens, sic ad eum anhelet quem desiderat, ut tamen hunc non deserat cum quo currebat; et sic huic adjutorium ferat, ut ab illo nullatenus torpeat ad quem festinabat.

11. Sciendum quoque est quod ipsa dilectio proximi in duobus praeceptis subdividitur, cum qui dam sapiens dicat: Omne quod tibi odis fieri, vide ne ipse alteri facias (Tob. IV, 16). Et per semetipsam Veritas praedicat, dicens: Quae vultis ut faciant vobis homines, et vos eadem facite illis (Matth. VII, 12). Si enim et quod impendi nobis recte volumus, hoc aliis impartimur, et quod nobis fieri nolumus, hoc aliis facere ipsi devitamus, charitatis jura illaesa servamus. Sed nemo, cum quempiam diligit, habere se protinus charitatem putet, nisi prius ipsam vim suae dilectionis examinet. Nam si quis quemlibet amat, sed propter Deum non amat, charitatem non habet, sed habere se putat. Charitas autem vera est cum et in Deo diligitur amicus, et propter Deum diligitur inimicus. Ille enim propter Deum diligit eos quos diligit, qui jam et eos diligere a quibus non diligitur scit. Probari enim charitas per solam odii adversitatem solet. Unde et per semetipsam Dominus dicit: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos (Luc. VI, 27). Ille ergo securus amat, qui propter Deum illum amat a quo se intelligit non amari.

De aquí es, en efecto, que en el profeta Ezequiel, el vestíbulo de la puerta de la ciudad misma situada en el monte se mide por dos codos (Ez 40, 9), porque sin duda no se nos abre el acceso a la ciudad celestial si en esta Iglesia, que por lo que todavía está fuera se llama vestíbulo, no se mantiene el amor de Dios y del prójimo. De aquí es que se manda entretejer escarlata dos veces teñida (*coccus bis tinctus*) en las cortinas del tabernáculo (Ex 26, 1). Vosotros sois, hermanos, vosotros sois las cortinas del tabernáculo, que por la fe veláis los secretos celestiales en vuestros corazones. Pero en las cortinas del tabernáculo debe estar la escarlata dos veces teñida. La escarlata tiene, en efecto, apariencia de fuego. ¿Pero qué es la caridad sino fuego? Pero esa caridad debe ser dos veces teñida, para que se tiña tanto por el amor de Dios como por el amor del prójimo. Pues aquel que de tal modo ama a Dios que por la contemplación de él descuida al prójimo, es ciertamente escarlata, pero no es dos veces teñida. De nuevo, aquel que de tal modo ama al prójimo que sin embargo deja la contemplación de Dios por el amor de aquel, es escarlata, pero no es dos veces teñida. Para que, pues, vuestra caridad pueda ser escarlata dos veces teñida, enciéndase tanto al amor de Dios como al amor del prójimo, a fin de que ni por la compasión del prójimo deje la contemplación de Dios, ni adhiriéndose más de lo que debe a la contemplación de Dios, deseche la compasión del prójimo. Así pues, todo hombre que vive entre hombres, anhele de tal modo a aquel a quien desea, que sin embargo no desampare a este con quien corría; y de tal modo preste auxilio a este, que de ningún modo se entorpezca hacia aquel a quien se apresuraba.

11. Debe saberse también que el mismo amor al prójimo se subdivide en dos preceptos, pues dice cierto sabio: *Todo lo que odias que se te haga a ti, mira que tú mismo no lo hagas a otro* (Tobías 4, 16). Y por sí misma la Verdad predica, diciendo: *Todo lo que queréis que los hombres os hagan a vosotros, hacedlo vosotros también a ellos* (Mt 7, 12). Pues si tanto lo que rectamente queremos que se nos otorgue, esto lo impartimos a los demás, como lo que no queremos que se nos haga, esto nosotros mismos evitamos hacérselo a los demás, guardamos ilesos los derechos de la caridad. Pero nadie, cuando ama a alguien, piense que tiene enseguida la caridad si no examina primero la fuerza misma de su amor. Pues si alguien ama a quien sea, pero no lo ama por Dios, no tiene la caridad, sino que cree tenerla. La caridad verdadera es, en cambio, cuando tanto se ama al amigo en Dios, como se ama al enemigo por Dios. Pues ama por Dios a los que ama aquel que ya sabe amar también a aquellos por quienes no es amado. Pues la caridad suele probarse solo por la adversidad del odio. De donde también por sí mismo dice el Señor: *Amad a vuestros enemigos, haced bien a los que os odian* (Lc 6, 27). Ama, pues, con seguridad aquel que ama por Dios a aquel por quien comprende que no es amado.

Magna sunt haec, alta sunt haec, et multis ad exhibendum difficilia, sed tamen ista est vestis nuptialis. Quisquis autem hanc recumbens in nuptiis non habet, jam sollicitus metuat, ingrediente rege, quando mittatur foras. Ecce enim dicitur: Intravit rex ad nuptias ut videret discumbentes, et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Nos sumus, fratres charissimi, qui in nuptiis Verbi discumbimus, qui jam fidem in Ecclesia habemus, qui Scripturae sacrae epulis pascimur, qui conjunctam Deo Ecclesiam esse gaudemus. Considerate, rogo, si cum nuptiali veste ad has nuptias venistis, cogitationes vestras sollicita inquisitione discutite. De rebus singulis corda vestra trutinate, si jam contra nullum odium habetis, si contra felicitatem alienam nulla vos invidiae face succenditis, si per occultam malitiam nemini nocere festinatis.

12. Ecce rex ad nuptias ingreditur, et cordis nostri habitum contemplatur, atque ei quem charitate vestitum non invenit, protinus iratus dicit: Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Mirandum valde est, fratres charissimi, quod hunc et amicum vocat, et reprobat, ac si ei apertius dicat, Amice, et non amice; amice per fidem, sed non amice per operationem. At ille obmutuit, quia, quod dici sine gemitu non potest, in illa districtione ultimae increpationis omne argumentum cessat excusationis, quippe quia ille foris increpat, qui testis conscientiae intus animum accusat. Sed inter haec sciendum est quia quisquis hanc vestem virtutis habet, sed tamen adhuc perfecte non habet, ad pii regis ingressum desperare veniam non debet, quia ipse quoque spem nobis per Psalmistam, tribuens, dicit: Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur (Psal. CXXXVIII, 16). Sed quia pauca haec in consolatione habentis et infirmantis diximus, nunc ad eum qui hanc omnimodo non habet, verba vertamus. Sequitur:

13. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus ejus et pedibus, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Ligantur tunc pedes et manus per districtionem sententiae, qui modo a pravis operibus ligari noluerunt per melioralionem vitae. Vel certe tunc ligat poena, quos modo a bonis operibus ligavit culpa. Pedes enim qui visitare aegrum negligunt, manus quae nihil indigentibus tribuunt a bono opere jam ex voluntate ligatae sunt. Qui ergo nunc sponte ligantur in vitio, tunc in supplicio ligantur invite. Bene autem dicitur quod in exteriores tenebras projiciatur.

Grandes son estas cosas, altas son estas cosas, y difíciles de mostrar para muchos, pero sin embargo esta es la vestidura nupcial. Quienquiera que, recostado en las bodas, no tenga esta, tema ya solícito, al entrar el rey, cuándo sea enviado fuera. He aquí que se dice: *Entró el rey a las bodas para ver a los comensales, y vio allí a un hombre no vestido con vestidura nupcial.* Nosotros somos, hermanos carísimos, los que estamos recostados en las bodas del Verbo, los que ya tenemos fe en la Iglesia, los que nos alimentamos con los banquetes de la sagrada Escritura, los que nos alegramos de que la Iglesia esté unida a Dios. Considerad, os ruego, si habéis venido a estas bodas con vestidura nupcial, discutid vuestros pensamientos con solícita inquisición. Pesad vuestros corazones sobre cada una de las cosas, si ya no tenéis odio contra nadie, si no os encendéis con ninguna antorcha de envidia contra la felicidad ajena, si por oculta malicia no os apresuráis a dañar a nadie.

12. He aquí que el rey entra a las bodas y contempla el hábito de nuestro corazón, y a aquel a quien no encuentra vestido de caridad, al punto airado le dice: *Amigo, ¿cómo entraste aquí no teniendo vestidura nupcial?* Es muy de admirar, hermanos carísimos, que a este lo llame amigo y lo repruebe, como si le dijera más claramente: Amigo y no amigo; amigo por la fe, pero no amigo por la obra. *Pero él enmudeció*, porque, lo que no puede decirse sin gemido, en aquel rigor de la última reprensión cesa todo argumento de excusa, puesto que aquel reprende por fuera el cual, como testigo de la conciencia, acusa al ánimo por dentro. Pero entre estas cosas debe saberse que quienquiera que tenga esta vestidura de la virtud, pero sin embargo todavía no la tenga perfectamente, no debe desesperar del perdón a la entrada del piadoso rey, porque él mismo también dándonos esperanza por el Salmista, dice: *Tus ojos vieron mi ser imperfecto, y en tu libro todos serán escritos* (Sal 138, 16). Pero porque hemos dicho estas pocas cosas en consuelo del que la tiene y está débil, ahora volvamos las palabras a aquel que de ningún modo tiene esta. Sigue:

13. Entonces el rey dijo a los ministros: Atadlo de pies y manos y arrojadlo a las tinieblas exteriores; allí será el llanto y el crujir de dientes. Se atan entonces los pies y las manos por el rigor de la sentencia, los cuales ahora no quisieron ser atados de las obras depravadas mediante la mejora de la vida. O ciertamente, entonces la pena ata a quienes ahora la culpa ató de las buenas obras. Pues los pies que descuidan visitar al enfermo, las manos que nada otorgan a los necesitados, ya están atados de la buena obra por voluntad. Los que, por tanto, ahora se atan espontáneamente en el vicio, entonces son atados a su pesar en el suplicio. Bien se dice, además, que sea arrojado a las tinieblas exteriores.

Interiores quippe tenebras dicimus caecitatem cordis, exteriores vero tenebras aeternam noctem damnationis. Tunc ergo damnatus quisque non in interiores sed in exteriores tenebras mittitur, quia illic invitus projicitur in noctem damnationis, qui hic sponte cecidit in caecitatem cordis. Ubi fletus quoque et stridor dentium esse perhibetur, ut illic dentes strideant, qui hic de edacitate gaudebant; illic oculi defleant, qui hic per illicitas concupiscentias versabantur; quatenus singula quaeque membra supplicio subjaceant quae hic singulis quibusque vitiis subjecta serviebant.

14. Sed repulso uno, in quo videlicet omne malorum corpus exprimitur, generalis protinus sententia subinfertur, qua dicitur: Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Tremendum valde est, fratres charissimi, quod audivimus. Ecce nos omnes jam vocati per fidem ad coelestis regis nuptias venimus, incarnationis ejus mysterium et credimus et confitemur, divini Verbi epulas sumimus, sed futuro die judicii rex intraturus est. Quia vocati sumus, novimus; si sumus electi, nescimus. Tanto ergo necesse est ut unusquisque nostrum in humilitate se deprimat, quanto si sit electus ignorat. Nonnulli enim bona nec incipiunt, nonnulli vero in bonis quae incoeperunt minime persistunt. Alter pene totam vitam ducere in pravitate conspicitur, sed juxta finem vitae a pravitate sua per districtae poenitentiae lamenta revocatur; alter electam videtur vitam ducere, et tamen hunc contingit ad erroris nequitiam juxta finem vitae declinare. Alius bonum bene inchoat, melius consummat; alius in malis actibus a primaeva aetate se dejicit, et in eisdem operibus semper seipso deterior consummatur. Tanto ergo sibi unusquisque sollicite metuat, quanto ignorat quod restat, quia, quod saepe dicendum est, et sine oblivione retinendum: Multi sunt vocati, pauci vero electi.

15. Sed quia nonnunquam mentes audientium plus exempla fidelium quam docentium verba convertunt, volo vobis aliquid de proximo dicere, quod corda vestra tanto formidolosius audiant, quanto eis hoc de propinquo sonat. Neque enim res longe ante gestas dicimus, sed eas de quibus testes existunt, eisque interfuisse se referunt, memoramus.

Tres pater meus sorores habuit, quae cunctae tres sacrae virgines fuerunt: quarum una Tharsilla, alia Gordiana, alia Aemiliana dicebatur. Uno omnes ardore conversae, uno eodemque tempore sacratae, sub districtione regulari degentes, in domo propria socialem vitam ducebant (Lib. IV Dialog., cap. 16). Cumque essent diutius in eadem conversatione, coeperunt quotidianis incrementis in amorem conditoris sui Tharsilla et Aemiliana succrescere, et, cum solo hic essent corpore, quotidie animo ad aeterna transire.

Pues llamamos tinieblas interiores a la ceguera del corazón, y tinieblas exteriores a la noche eterna de la condenación. Entonces, pues, cada condenado es enviado no a las tinieblas interiores, sino a las exteriores, porque allí es arrojado contra su voluntad a la noche de la condenación aquel que aquí cayó espontáneamente en la ceguera del corazón. Donde también se dice que hay llanto y crujir de dientes, para que allí crujan los dientes que aquí se gozaban en la glotonez; allí lloren los ojos que aquí se ocupaban en las ilícitas concupiscencias; a fin de que cada uno de los miembros yazga sujeto al suplicio, los cuales aquí servían sujetos a cada uno de los vicios.

14. Pero rechazado uno, en quien evidentemente se expresa todo el cuerpo de los malvados, se añade enseguida una sentencia general, por la cual se dice: Porque muchos son los llamados, pero pocos los escogidos. Es muy de temer, hermanos carísimos, lo que hemos oído. He aquí que todos nosotros, ya llamados por la fe, hemos venido a las bodas del rey celestial, creemos y confesamos el misterio de su encarnación, tomamos los banquetes del Verbo divino, pero en el futuro día del juicio el rey ha de entrar. Que somos llamados, lo sabemos; si somos escogidos, lo ignoramos. Por tanto, es necesario que cada uno de nosotros se humille tanto más cuanto que ignora si es escogido. Pues algunos ni siquiera comienzan lo bueno, algunos, en cambio, de ningún modo persisten en lo bueno que comenzaron. Se ve a uno llevar casi toda la vida en la depravación, pero cerca del fin de la vida es apartado de su depravación por los lamentos de una penitencia rigurosa; otro parece llevar una vida escogida, y sin embargo le sucede declinar hacia la iniquidad del error cerca del fin de la vida. Otro comienza bien lo bueno y lo consuma mejor; otro se arroja en actos malos desde la edad temprana, y en las mismas obras se consuma siempre peor que sí mismo. Por tanto, cada uno tema solícito por sí mismo tanto cuanto ignora lo que resta, porque, como debe decirse a menudo y retenerse sin olvido: Muchos son los llamados, pero pocos los escogidos.

15. Pero porque a veces los ejemplos de los fieles convierten las mentes de los oyentes más que las palabras de los que enseñan, quiero deciros algo cercano, que vuestros corazones oigan tanto más temerosamente cuanto que esto les suena de cerca. Pues no decimos cosas hechas hace mucho tiempo, sino que recordamos aquellas de las cuales existen testigos, y que relatan haber estado presentes en ellas.

Mi padre tuvo tres hermanas, las cuales tres fueron vírgenes consagradas: de las cuales una se llamaba Tarsila, otra Gordiana, otra Emiliana. Todas convertidas por un mismo ardor, consagradas en un mismo tiempo, viviendo bajo rigor regular, llevaban vida social en su propia casa (Libro IV de los Diálogos, cap. 16). Y habiendo estado por largo tiempo en la misma conversación, comenzaron Tarsila y Emiliana a crecer con incrementos diarios en el amor de su creador, y, estando aquí solo con el cuerpo, a pasar diariamente con el ánimo a lo eterno.

At contra Gordianae animus coepit a calore amoris intimi per quotidiana detrimenta tepescere, et paulisper ad hujus saeculi amorem redire. Crebro autem Tharsilla dicere Aemilianae sorori suae cum magno gemitu solebat: Video Gordianam sororem nostram de nostra sorte non esse; perpendo enim quia foras defluit, et cor ad quod proposuit non custodit. Quam curabant blanda quotidie redargutione corripere, atque a revitate morum ad gravitatem sui habitus reformare. Quae quidem resumebat vultum subito gravitatis inter verba correptionis, sed cum ejusdem correptionis hora transisset, transibat protinus et superducta gravitas honestatis, moxque ad levia verba redibat. Puellarum gaudebat societate laicarum, eique persona valde onerosa erat quaecunque huic mundo dedita non erat. Quadam vero nocte huic Tharsillae amitae meae, quae inter sorores suas virtute continuae orationis, afflictionis studiosae, abstinentiae singularis, gravitate vitae venerabilis in honore et culmine sanctitatis excreverat, sicut ipsa narravit, per visionem atavus meus Felix hujus Romanae Ecclesiae antistes apparuit, eique mansionem perpetuae claritatis ostendit, dicens: Veni, quia in hac te lucis mansione suscipio. Quae subsequenti mox febre correpta, ad diem pervenit extremum. Et sicut nobilibus feminis virisque morientibus multi conveniunt, qui eorum proximos consolentur, eadem hora ejus exitus multi viri ac feminae ejus lectulum circumsteterunt, inter quas mater mea quoque adfuit; cum subito sursum illa respiciens, Jesum venientem vidit, et cum magna animadversione coepit circumstantibus clamare, dicens: Recedite, recedite, Jesus venit. Cumque in eum intenderet quem videbat, sancta illa anima a carne soluta est; tantaque subito fragrantia miri odoris aspersa est, ut ipsa quoque suavitas cunctis ostenderet illic auctorem suavitatis venisse. Cumque corpus ejus ex more mortuorum ad lavandum esset nudatum, longo orationis usu in cubitis ejus et genibus, camelorum more, inventa est obdurata cutis excrevisse, et quid vivens ejus spiritus semper egerit, caro mortua testabatur. Haec autem gesta sunt ante dominici Natalis diem. Quo transacto, mox Aemilianae sorori suae per visionem nocturnae visionis apparuit, dicens: Veni, ut quia Natalem dominicum sine te feci, sanctum Theophaniae diem jam tecum faciam. Cui illa protinus de sororis suae Gordianae salute sollicita respondit: Et si sola venio, sororem nostram Gordianam cui dimitto? Cui, sicut asserebat, tristis vultu iterum dixit: Veni, Gordiana etenim soror nostra inter laicas deputata est. Quam visionem mox molestia corporis secuta est, atque ita ut dictum fuerat, ante dominicae apparitionis diem, eadem molestia ingravescente, defuncta est. Gordiana autem mox ut solam remansisse se reperit, ejus pravitas excrevit, et quod prius latuit in desiderio cogitationis, hoc post effectu pravae actionis exercuit. Nam oblita dominici timoris, oblita pudoris et reverentiae, oblita consecrationis, conductorem agrorum suorum postmodum maritum duxit.

Pero, por el contrario, el ánimo de Gordiana comenzó a entibiarse del calor del amor íntimo por diarios detrimentos, y poco a poco a volver al amor de este siglo. A menudo Tarsila solía decir a su hermana Emiliana con gran gemido: Veo que nuestra hermana Gordiana no es de nuestra suerte; pues considero que fluye hacia fuera, y no custodia el corazón para lo que se propuso. A la cual procuraban corregir con suave redargución diaria, y reformar de la levedad de las costumbres a la gravedad de su hábito. Ella, por cierto, reasumía súbitamente un rostro de gravedad entre las palabras de corrección, pero cuando pasaba la hora de la misma corrección, pasaba al punto también la sobrepuesta gravedad de la honestidad, y pronto volvía a las palabras ligeras. Se gozaba en la sociedad de muchachas laicas, y le era persona muy onerosa cualquiera que no estuviera dedicada a este mundo. Una noche, a esta Tarsila, mi tía, que entre sus hermanas había crecido en el honor y cumbre de la santidad por la virtud de la oración continua, del estudio de la aflicción, de la abstencia singular, venerable por la gravedad de vida, según ella misma relató, se le apareció en visión mi antepasado Félix, prelado de esta Iglesia Romana, y le mostró una mansión de perpetua claridad, diciendo: Ven, porque en esta mansión de luz te recibo. Ella, al punto atacada por una fiebre subsiguiente, llegó al día extremo. Y así como convienen muchos a las mujeres y hombres nobles que mueren para consolar a sus allegados, en la misma hora de su partida muchos hombres y mujeres rodearon su lecho, entre las cuales estuvo también presente mi madre; cuando súbitamente, mirando hacia arriba, vio a Jesús que venía, y con gran atención comenzó a clamar a los circunstantes, diciendo: Retiraos, retiraos, Jesús viene. Y mientras fijaba la vista en aquel a quien veía, aquella alma santa fue desatada de la carne; y súbitamente se esparció tanta fragancia de un olor admirable, que la misma suavidad mostraba a todos que allí había venido el autor de la suavidad. Y cuando su cuerpo, según la costumbre de los muertos, fue desnudado para ser lavado, por el largo uso de la oración se halló que en sus codos y rodillas, al modo de los camellos, había crecido una piel endurecida, y lo que su espíritu viviente siempre hizo, la carne muerta lo testificaba. Esto sucedió antes del día de Navidad. Pasado este, pronto se apareció a su hermana Emiliana en visión nocturna, diciendo: Ven, para que, ya que hice la Navidad del Señor sin ti, haga ya contigo el santo día de la Teofanía. A la cual ella, al punto solícita por la salud de su hermana Gordiana, respondió: ¿Y si vengo sola, a nuestra hermana Gordiana a quién la dejo? A la cual, según afirmaba, triste de rostro le dijo de nuevo: Ven, pues nuestra hermana Gordiana ha sido contada entre las laicas. A esta visión siguió pronto una molestia del cuerpo, y así como se había dicho, antes del día de la aparición del Señor, agravándose la misma molestia, falleció. Gordiana, en cambio, tan pronto como se vio sola, creció su depravación, y lo que antes latía oculto en el deseo del pensamiento, esto después lo ejerció en el efecto de la acción depravada. Pues olvidada del temor del Señor, olvidada del pudor y de la reverencia, olvidada de la consagración, tomó después por marido al arrendatario de sus tierras.

Ecce omnes tres uno prius ardore conversae sunt, sed non in uno eodemque studio permanserunt, quia juxta dominicam vocem, Multi sunt vocati, pauci vero electi. Haec ergo dixi, ne quis in bono jam opere positus sibi vires boni operis tribuat, ne quis de propria actione confidat, quia etsi jam novit hodie qualis sit, adhuc eras quid futurus sit nescit. Nemo ergo de suis jam operibus securus gaudeat, quando adhuc in hujus vitae incertitudine qui finis sequatur ignorat. Sed quia rem retuli quae vos ex divina districtione perterruit, aliud adhuc e vicino refero quod ex divina misericordia perterrita vestra corda consoletur; quod tamen in sermone alio jam me dixisse memini, sed vos nequaquam adfuistis.

16. Ante biennium frater quidam in monasterium meum, quod juxta beatorum martyrum Joannis et Pauli Ecclesiam situm est, gratia conversationis venit, qui diu regulariter protractus, quandoque susceptus est (Lib. IV, Dialog., cap. 38). Quem frater suus ad monasterium non conversationis studio, sed carnali amore secutus est. Is autem qui ad conversationem venerat valde fratribus placebat; at contra, frater illius longe a vita ejus ac moribus discrepabat. Vivebat tamen in monasterio necessitate potius quam voluntate. Et cum in cunctis actibus perversus existeret, pro fratre suo ab omnibus aequanimiter tolerabatur. Erat enim levis eloquio, pravus actione, cultus vestibus, moribus incultus; ferre vero non poterat si quisquam illi de sancti habitus conversatione loqueretur. Facta autem fuerat vita illius cunctis fratribus visu gravis, sed tamen, ut dictum est, pro fratris sui gratia erat cunctis tolerabilis. Aspernabatur valde si quis sibi aliquid de pravitatis suae correctione loqueretur. Bona non solum facere, sed etiam audire non poterat. Nunquam se ad sanctae conversationis habitum venire, jurando, irascendo, deridendo, testabatur. In hac autem pestilentia, quae nuper hujus urbis populum magna ex parte consumpsit, percussus in inguine, perductus est ad mortem. Cumque extremum spiritum ageret, convenerunt fratres, ut egressum illius orando protegerent. Jam corpus ejus ab extrema fuerat parte praemortuum, in solo tantummodo pectore vitalis adhuc calor anhelabat. Cuncti autem fratres tanto pro eo coeperunt enixius orare, quanto eum jam videbant sub celeritate discedere.

He aquí que las tres primero se convirtieron con un mismo ardor, pero no permanecieron en un mismo estudio, porque según la voz del Señor: Muchos son los llamados, pero pocos los escogidos. He dicho esto para que nadie, puesto ya en una buena obra, se atribuya las fuerzas de la buena obra, para que nadie confíe en su propia acción, porque aunque ya sabe hoy cómo es, todavía ignora qué ha de ser mañana. Nadie, pues, se goce ya seguro de sus obras, cuando todavía en la incertidumbre de esta vida ignora qué fin le seguirá. Pero porque he relatado una cosa que os aterró por la severidad divina, relato todavía otra cercana que consuele vuestros aterrados corazones por la misericordia divina; la cual, sin embargo, recuerdo haber dicho ya en otro sermón, pero vosotros de ningún modo estuvisteis presentes.

16. Hace dos años vino a mi monasterio, que está situado junto a la Iglesia de los bienaventurados mártires Juan y Pablo, un hermano por gracia de la vida religiosa, el cual, habiendo sido probado regularmente por largo tiempo, fue al fin recibido (Libro IV de los Diálogos, cap. 38). Al cual siguió su hermano al monasterio, no por estudio de la vida religiosa, sino por amor carnal. Aquel, por cierto, que había venido por la vida religiosa agradaba mucho a los hermanos; pero, por el contrario, el hermano de aquel discrepaba mucho de su vida y costumbres. Vivía, sin embargo, en el monasterio por necesidad más bien que por voluntad. Y siendo perverso en todos sus actos, era tolerado por todos ecuánimemente por consideración a su hermano. Pues era ligero en el hablar, depravado en el obrar, cultivado en el vestido, inculto en las costumbres; pero no podía soportar que alguien le hablara de la vida del santo hábito. Además, su vida se había vuelto pesada de ver para todos los hermanos, pero sin embargo, como se ha dicho, por la gracia de su hermano era tolerable para todos. Abominaba grandemente que alguien le dijera algo sobre la corrección de su depravación. No solo hacer el bien, sino que ni siquiera podía oírlo. Con juramentos, con ira, con burlas, testificaba que nunca vendría al hábito de la santa vida religiosa. En esta peste, sin embargo, que recientemente consumió en gran parte al pueblo de esta ciudad, herido en la ingle, fue conducido a la muerte. Y cuando exhalaba el último suspiro, se reunieron los hermanos para proteger su partida orando. Ya su cuerpo estaba muerto en las extremidades, solo en el pecho anhelaba todavía el calor vital. Todos los hermanos, por tanto, comenzaron a orar por él tanto más encarecidamente cuanto que ya lo veían partir con celeridad.

Cum repente coepit eisdem fratribus assistentibus adnisu quo poterat clamare, et orationes eorum interrompere, dicens: Recedite, recedite, ecce draconi ad devorandum datus sum, qui propter vestram praesentiam devorare me non potest. Caput meum jam in suo ore absorbuit; date locum ut me amplius non cruciet, sed faciat quod facturus est. Si ei ad devorandum datus sum, quare propter vos moras patior? Tunc fratres coeperunt ei dicere: Quid est quod loqueris, frater? Signum tibi sanctae crucis imprime. Respondebat ille ut poterat, dicens: Volo me signare, sed non possum, quia a dracone premor. Cumque hoc fratres audirent, prostrati in terra cum lacrymis coeperunt pro ereptione illius vehementius orare. Et ecce subito coepit melioratus aeger quibus valebat vocibus exsultare, dicens: Gratias Deo, ecce draco qui me ad devorandum acceperat fugit, orationibus vestris expulsus stare non potuit. Pro peccatis meis modo intercedite, quia converti paratus sum, et saecularem vitam funditus relinquere. Homo ergo, qui, sicut jam dictum est, ab extrema corporis fuerat parte praemortuum, reservatus ad vitam, toto ad Deum corde conversus est. Longis et continuis in conversatione eadem flagellis eruditus, atque ante paucos dies excrescente corporis molestia defunctus est. Qui jam moriens draconem non vidit, quia illum per cordis immutationem vicit. Ecce, fratres mei, Gordiana, quam superius dixi, a sanctimonialis habitus excellentia corruit ad poenam, et frater hic, de quo ista narravi, ab ipso mortis articulo rediit ad aeternam vitam. Nemo ergo scit quid de se in occultis Dei judiciis agatur; quia multi sunt vocati, pauci vero electi. Quia ergo nulli de se certum est electum se esse, restat ut omnes trepident, omnes de sua actione formident, omnes in sola divina misericordia gaudeant, nullus de suis viribus praesumat. Est qui perficiat fiduciam nostram, ille scilicet qui in se dignatus est assumere naturam nostram, Jesus Christus, qui cum Patre vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XXXIX.

Habita ad populum in basilica beati Joannis, quae dicitur Constantiniana. LECTIO S. EVANG. SEC. LUC. XIX, 42-47.

In illo tempore, cum appropinquaret Jesus Jerusalem, videns civitatem, flevit super illam, dicens: Quia si cognovisses, et tu, et quidem in hac die tua, quae ad pacem tibi; nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo; et circumdabunt te, et coangustabunt te undique, et ad terram prosternent te, et filios tuos qui in te sunt; et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoveris tempus visitationis tuae.

Cuando de repente comenzó a clamar a los mismos hermanos asistentes con el esfuerzo que podía, y a interrumpir sus oraciones, diciendo: Retiraos, retiraos, he aquí que he sido entregado a un dragón para ser devorado, el cual por vuestra presencia no puede devorarme. Ya ha absorbido mi cabeza en su boca; dejad lugar para que no me atormente más, sino que haga lo que ha de hacer. Si he sido entregado a él para ser devorado, ¿por qué sufro demoras por causa de vosotros? Entonces los hermanos comenzaron a decirle: ¿Qué es lo que dices, hermano? Imprime sobre ti el signo de la santa cruz. Él respondía como podía, diciendo: Quiero santiguarme, pero no puedo, porque estoy oprimido por el dragón. Al oír esto los hermanos, postrados en tierra con lágrimas, comenzaron a orar con más vehemencia por su liberación. Y he aquí que de repente el enfermo, mejorado, comenzó a exultar con las voces que podía, diciendo: Gracias a Dios, he aquí que el dragón que me había recibido para devorarme ha huido, expulsado por vuestras oraciones no pudo resistir. Interceded ahora por mis pecados, porque estoy dispuesto a convertirme y a dejar totalmente la vida secular. El hombre, pues, que, como ya se ha dicho, estaba muerto en las extremidades del cuerpo, reservado para la vida, se convirtió a Dios con todo su corazón. Instruido por largos y continuos azotes en la misma vida religiosa, y hace pocos días agravándose la molestia del cuerpo, falleció. El cual, ya muriendo, no vio al dragón, porque lo venció mediante la mudanza del corazón. He aquí, hermanos míos, que Gordiana, de quien hablé arriba, cayó de la excelencia del hábito de monja a la pena, y este hermano, de quien he narrado esto, volvió del mismo artículo de la muerte a la vida eterna. Nadie, pues, sabe lo que se hace sobre sí mismo en los ocultos juicios de Dios; porque muchos son los llamados, pero pocos los escogidos. Porque, por tanto, a nadie le es cierto sobre sí mismo que sea escogido, resta que todos tiemblen, todos teman por su acción, todos se gocen solo en la divina misericordia, nadie presuma de sus fuerzas. Hay quien perfeccione nuestra confianza, a saber, aquel que se dignó asumir en sí nuestra naturaleza, Jesucristo, que con el Padre vive y reina en la unidad del Espíritu Santo, Dios, por todos los siglos de los siglos. Amén.

HOMILÍA XXXIX.

Tenida ante el pueblo en la basílica del bienaventurado Juan, que se llama Constantiana. LECTURA DEL SANTO EVANGELIO SEGÚN LUCAS XIX, 42-47.

En aquel tiempo, acercándose Jesús a Jerusalén, viendo la ciudad, lloró sobre ella, diciendo: ¡Si conocieras, también tú, y por cierto en este tu día, lo que es para tu paz! Pero ahora está oculto a tus ojos. Porque vendrán días sobre ti, y tus enemigos te rodearán con una trinchera; y te cercarán, y te estrecharán por todas partes, y te derribarán por tierra, y a tus hijos que están en ti; y no dejarán en ti piedra sobre piedra, por cuanto no conociste el tiempo de tu visitación.

Et ingressus templum, coepit ejicere vendentes in illo et ementes, dicens illis: Scriptum est quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo.

1. Lectionem brevem sancti Evangelii, brevi, si possum, volo sermone percurrere, ut illis in ea prolixior detur intentio qui sciunt ex paucis multa cogitare. Quod flente Domino illa Jerosolymorum subversio describatur, quae a Vespasiano et Tito Romanis principibus facta est, nullus qui historiam eversionis ejusdem legit ignorat. Romani enim principes denuntiantur, cum dicitur: Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo; et circumdabunt te, et coangustabunt te undique, et ad terram prosternent te, et filios tuos qui in te sunt. Hoc quoque quod additur: Non relinquent in te lapidem super lapidem, etiam ipsa jam ejusdem civitatis transmigratio testatur, quia dum nunc in eo loco constructa est, ubi extra portam fuerat Dominus crucifixus, prior illa Jerusalem, ut dicitur, funditus est eversa. Cui ex qua culpa eversionis suae poena fuerit illata subjungitur: Eo quod non cognoveris tempus visitationis tuae. Creator quippe omnium per incarnationis suae mysterium hanc visitare dignatus est, sed ipsa timoris et amoris illius recordata non est. Unde etiam per prophetiam in increpatione cordis humani aves coeli ad testimonium deducuntur, dum dicitur: Milvus in coelo cognovit tempus suum; turtur et hirundo et ciconia custodierunt tempus adventus sui, populus autem meus non cognovit judicium Domini (Jerem. VIII, 7). Quaerendum prius est quid sit quod dicitur: Videns civitatem, flevit super illam, dicens: Quia si cognovisses, et tu. Flevit etenim prius Redemptor ruinam perfidae civitatis, quam ipsa sibi civitas non cognoscebat esse venturam. Cui a flente Domino recte dicitur: Quia si cognovisses, et tu, subaudi, fleres, quae modo quia nescis quod imminet, exsultas. Unde et subditur: Et quidem in hac die tua, quae ad pacem tibi. Cum enim carnis se voluptatibus daret, et ventura mala non prospiceret, in die sua quae ad pacem esse ei poterant habebat. Cur vero bona praesentia ad pacem habuerit, manifestatur cum dicitur: Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Si enim cordis ejus oculis mala quae imminerent abscondita non essent, laeta in praesentibus prosperis non fuisset. Cujus mox etiam poena quae de Romanis, sicut praedixi, principibus imminebat, adjuncta est.

Y habiendo entrado en el templo, comenzó a echar fuera a los que vendían y compraban en él, diciéndoles: Escrito está que mi casa es casa de oración. Pero vosotros la habéis hecho cueva de ladrones. Y enseñaba diariamente en el templo.

1. Deseo recorrer la breve lección del santo Evangelio con un breve sermón, si puedo, para que se preste en ella una atención más prolija a quienes saben pensar mucho a partir de pocas cosas. Que con el llanto del Señor se describe aquella subversión de Jerusalén que fue hecha por los príncipes romanos Vespasiano y Tito, nadie que haya leído la historia de la destrucción de la misma lo ignora. Pues se anuncia a los príncipes romanos cuando se dice: Porque vendrán días sobre ti, y tus enemigos te rodearán con una trinchera; y te cercarán, y te estrecharán por todas partes, y te derribarán por tierra, y a tus hijos que están en ti. Esto también que se añade: No dejarán en ti piedra sobre piedra, incluso el mismo traslado de la ciudad ya lo testifica, porque mientras ahora está construida en aquel lugar donde fuera de la puerta el Señor había sido crucificado, aquella Jerusalén anterior, como se dice, fue destruida desde los cimientos. A lo cual se añade por qué culpa le fue infligida la pena de su destrucción: Por cuanto no conociste el tiempo de tu visitación. Pues el Creador de todas las cosas se dignó visitar esta ciudad mediante el misterio de su encarnación, pero ella no se acordó de su temor y de su amor. Por lo cual también, mediante la profecía, en la reprensión del corazón humano se traen al testimonio las aves del cielo, cuando se dice: El milano en el cielo conoció su tiempo; la tórtola y la golondrina y la cigüeña guardaron el tiempo de su venida, pero mi pueblo no conoció el juicio del Señor (Jeremías 8, 7). Pero primero debe preguntarse qué es lo que se dice: Viendo la ciudad, lloró sobre ella, diciendo: ¡Si conocieras, también tú! Pues el Redentor lloró primero la ruina de la ciudad pérfida, la cual la ciudad misma no conocía que le vendría. A la cual rectamente dice el Señor que llora: Porque si conocieras, también tú, subentiéndase, llorarías, tú que ahora, porque ignoras lo que amenaza, exultas. Por lo cual también se añade: Y ciertamente en este tu día, lo que es para tu paz. Pues cuando se entregaba a los placeres de la carne y no preveía los males venideros, tenía en su día lo que podía serle para la paz. Pero por qué tuvo los bienes presentes para la paz, se manifiesta cuando se dice: Pero ahora está oculto a tus ojos. Pues si a los ojos de su corazón no estuvieran ocultos los males que amenazaban, no habría estado alegre en las prosperidades presentes. Cuya pena, que amenazaba por parte de los príncipes romanos, como predije, se añadió pronto.

2. Qua descripta, quid Dominus fecerit subditur: quia, ingressus templum, coepit ejicere vendentes in illo et ementes, dicens illis: Scriptum est quia domus mea domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronum (Isai. LVI, 7). Qui enim narravit mala ventura, et protinus templum ingressus est ut de illo vendentes et ementes ejiceret, profecto innotuit quia ruina populi maxime ex culpa sacerdotum fuit. Eversionem quippe describens, sed vendentes et ementes in templo feriens, in ipso effectu sui operis ostendit unde radix prodiit perditionis. Sicut autem evangelista alio teste didicimus, in templo columbae vendebantur (Marc. XI, 15). Et quid per columbas nisi sancti Spiritus donum accipitur? Sed vendentes et ementes (1, q. 3 c. 10) e templo eliminat, quia vel eos qui pro munere impositionem manuum tribuunt, vel eos qui donum Spiritus emere nituntur damnat. De quo templo mox subditur: Domus mea, domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Qui enim ad accipienda munera in templo residebant, profecto quia quibusdam non dantibus laesionem exquirerent dubium non erat. Domus ergo orationis spelunca latronum facta fuerat, quia ad hoc in templo assistere noverant, ut aut non donantes munera studerent corporaliter persequi, aut dantes spiritaliter necare. Quia vero Redemptor noster praedicationis verba nec indignis et ingratis subtrahit, postquam disciplinae vigorem ejiciendo perversos tenuit, donum mox gratiae ostendit. Nam subditur: Et erat docens quotidie in templo. Haec juxta historiam breviter tractando transcurrimus.

3. Sed quia eversam jam Jerusalem novimus atque eversione sua in melius commutatam, quia expulsos latrones a templo, atque ipsum jam templum dirutum scimus, debemus ex rebus exterioribus introrsus aliquam similitudinem trahere, atque ex eversis aedificiis parietum morum ruinam timere. Videns enim civitatem, flevit super illam, dicens: Quia si cognovisses, et tu. Hoc semel egit, cum perituram civitatem esse nuntiavit. Hoc quotidie Redemptor noster per electos suos agere nullatenus cessat, cum quosdam ex bona vita ad mores reprobos pervenisse considerat. Plangit enim eos qui nesciunt cur plangantur, quia, juxta Salomonis verba: Laetantur cum male fecerint, et exsultant in rebus pessimis (Prov. II, 14). Qui si damnationem suam quae eis imminet agnovissent, semetipsos cum lacrymis electorum plangerent. Bene autem perituraе animae sententia quae subditur convenit: Et quidem in hac die tua, quae ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Suam hic diem habet anima perversa, quae transitorio gaudet in tempore.

2. Descrito esto, se añade lo que hizo el Señor: porque, habiendo entrado en el templo, comenzó a echar fuera a los que vendían y compraban en él, diciéndoles: Escrito está que mi casa es casa de oración, pero vosotros la habéis hecho cueva de ladrones (Isaías 56, 7). Pues el que narró los males venideros e inmediatamente entró en el templo para echar de él a los que vendían y compraban, ciertamente dio a entender que la ruina del pueblo provino principalmente de la culpa de los sacerdotes. Pues describiendo la destrucción, pero hiriendo a los que vendían y compraban en el templo, en el efecto mismo de su obra mostró de dónde brotó la raíz de la perdición. Además, según hemos aprendido por el evangelista con otro testigo, en el templo se vendían palomas (Marcos 11, 15). ¿Y qué se entiende por las palomas sino el don del Espíritu Santo? Pero elimina del templo a los que venden y compran, porque condena tanto a los que otorgan la imposición de manos por una dádiva, como a los que se esfuerzan por comprar el don del Espíritu. Sobre el cual templo se añade pronto: Mi casa es casa de oración, pero vosotros la habéis hecho cueva de ladrones. Pues los que residían en el templo para recibir dádivas, ciertamente no cabía duda de que buscarían el daño de quienes no las dieran. La casa de oración, pues, se había convertido en cueva de ladrones, porque sabían asistir en el templo para esto: para procurar perseguir corporalmente a los que no daban dádivas, o para matar espiritualmente a los que las daban. Pero porque nuestro Redentor no retira las palabras de la predicación ni siquiera a los indignos e ingratos, después de que mantuvo el vigor de la disciplina echando fuera a los perversos, pronto mostró el don de la gracia. Pues se añade: Y enseñaba diariamente en el templo. Hemos recorrido estas cosas según la historia tratándolas brevemente.

3. Pero porque ya sabemos que Jerusalén fue destruida y por su destrucción cambiada en algo mejor, porque sabemos que los ladrones fueron expulsados del templo y que el templo mismo está ya demolido, debemos extraer de las cosas exteriores alguna similitud hacia lo interior, y temer la ruina de las costumbres a partir de los edificios de muros derribados. Porque viendo la ciudad, lloró sobre ella, diciendo: ¡Si conocieras, también tú! Esto lo hizo una vez, cuando anunció que la ciudad había de perecer. Esto nuestro Redentor de ningún modo cesa de hacerlo diariamente a través de sus elegidos, cuando considera que algunos han pasado de una buena vida a costumbres reprobables. Pues llora por aquellos que no saben por qué son llorados, porque, según las palabras de Salomón: Se alegran cuando han hecho el mal, y exultan en las cosas peores (Prov 2, 14). Los que, si hubieran conocido su condenación que les amenaza, se llorarían a sí mismos con las lágrimas de los elegidos. Pero la sentencia que se añade conviene bien al alma que perece: Y ciertamente en este tu día, lo que es para tu paz, pero ahora está oculto a tus ojos. Aquí tiene su día el alma perversa, que se goza en el tiempo transitorio.

Cui ea quae adsunt ad pacem sunt, quia dum ex rebus temporalibus laetatur, dum honoribus extollitur dum in carnis voluptate resolvitur, dum nulla venturae poenae formidine terretur, pacem habet in die sua, quae grave damnationis suae scandalum in die habebit aliena. Ibi enim affligenda est, ubi justi laetabuntur; et cuncta quae modo ei ad pacem sunt, tunc in amaritudinem rixae vertentur, quia rixari secum incipiet cur damnationem quam patitur non expavit, cur a prospiciendis malis sequentibus oculos mentis clausit. Unde ei dicitur: Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Perversa quippe anima rebus praesentibus dedita, in terrenis voluptatibus resoluta, abscondit sibi mala sequentia, quia praevidere futura refugit, quae praesentem laetitiam perturbant; dumque in praesentis vitae oblectationibus se deserit, quid aliud quam clausis oculis ad ignem vadit? Unde bene scriptum est: In die bonorum ne immemor sis malorum (Eccli. XI, 27). Et inde per Paulum dicitur: Qui gaudent, tanquam non gaudentes sint (I Cor. VII, 30), quia et si qua est praesentis temporis, ita est agenda laetitia, ut nunquam amaritudo sequentis judicii recedat a memoria, quatenus dum mens pavida extremae ultionis timore transfigitur, quantum nunc praesens laetitia, tantum post ira subsequens temperetur. Hinc namque scriptum est: Beatus homo qui semper est pavidus; qui vero mentis est durae, corruet in malum (Prov. XXVIII, 14). Sequentis enim ira judicii tanto tunc districtior portabitur, quanto nunc et inter culpas minime timetur.

4. Sequitur: Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo. Qui unquam sunt humanae animae majores inimici, quam maligni spiritus, qui hanc a corpore exeuntem obsident, quam in carnis amore positam deceptoriis delectationibus fovent? Quam vallo circumdant, quia ante mentis ejus oculos reductis iniquitatibus quas perpetravit, hanc ad societatem suae damnationis trahentes coarctant, ut in ipsa jam extremitate vitae deprehensa, et a quibus hostibus circumclusa sit videat, et tamen evadendi aditum invenire non possit, quia operari jam bona non licet quae, cum licuit agere, contempsit. De quibus adhuc apte quod sequitur intelligi valet: Circumdabunt te, et coangustabunt te undique. Maligni quippe spiritus undique animam angustant, quando ei non solum operis, verum etiam locutionis atque insuper cogitationis iniquitates replicant, ut quae prius se per multa dilatavit in scelere, ad extremum de omnibus angustetur in retributione. Sequitur: Et ad terram prosternent te, et filios tuos qui in te sunt. Tunc anima per cognitionem reatus sui ad terram consternitur, cum caro quam vitam suam credidit redire ad pulverem urgetur.

Para ella, las cosas presentes son para la paz, porque mientras se alegra de las cosas temporales, mientras se ensalza con honores, mientras se disuelve en el placer de la carne, mientras no se aterra por ningún pavor de la pena venidera, tiene paz en su día, la cual tendrá un grave escándalo de su condenación en el día ajeno. Pues allí ha de ser afligida donde los justos se alegrarán; y todas las cosas que ahora le son para la paz, entonces se volverán en amargura de contienda, porque empezará a contender consigo misma por qué no temió la condenación que padece, por qué cerró los ojos de la mente para no prever los males subsiguientes. Por lo cual se le dice: Pero ahora está oculto a tus ojos. Pues el alma perversa dedicada a las cosas presentes, disuelta en los placeres terrenos, se oculta a sí misma los males subsiguientes, porque rehúye prever las cosas futuras que perturban la alegría presente; y mientras se abandona en los deleites de la vida presente, ¿qué otra cosa hace sino ir al fuego con los ojos cerrados? Por lo cual está bien escrito: En el día de los bienes no seas olvidadizo de los males (Eclo 11, 27). Y de ahí se dice por Pablo: Los que se alegran, sean como si no se alegraran (1 Cor 7, 30), porque aunque haya alguna alegría del tiempo presente, debe llevarse de tal modo que nunca se aparte de la memoria la amargura del juicio subsiguiente, a fin de que, mientras el ánimo pavoroso es traspasado por el temor de la venganza extrema, tanto se temple después la ira subsiguiente cuanto ahora la alegría presente. Pues de ahí está escrito: Bienaventurado el hombre que siempre es temeroso; pero el que es de mente dura caerá en el mal (Prov 28, 14). Pues la ira del juicio subsiguiente se llevará entonces tanto más estrictamente cuanto ahora, aun entre las culpas, mínimamente se teme.

4. Sigue: Porque vendrán días sobre ti, y tus enemigos te rodearán con una trinchera. ¿Qué mayores enemigos hay jamás para el alma humana que los espíritus malignos, que la asedian al salir del cuerpo, a la cual fomentan con deleites engañosos mientras está puesta en el amor de la carne? A la cual rodean con una trinchera, porque traídas de nuevo ante los ojos de su mente las iniquidades que perpetró, la estrechan atrayéndola al consorcio de su propia condenación, para que, atrapada ya en la misma extremidad de la vida, vea por qué enemigos está cercada y, sin embargo, no pueda encontrar salida para escapar, porque ya no le es lícito obrar cosas buenas que, cuando le fue lícito actuar, despreció. Sobre los cuales puede entenderse todavía aptamente lo que sigue: Te cercarán y te estrecharán por todas partes. Pues los espíritus malignos estrechan al alma por todas partes cuando le replican las iniquidades no solo de obra, sino también de palabra y además de pensamiento, para que la que antes se dilató por muchas cosas en la maldad, al final sea estrechada por todas ellas en la retribución. Sigue: Y te derribarán por tierra, y a tus hijos que están en ti. Entonces el alma es consternada por tierra mediante el conocimiento de su propia culpa, cuando la carne, que creyó que era su vida, es urgida a volver al polvo.

Tunc in mortem filii illius cadunt, cum cogitationes illicitae quae modo ex illa prodeunt, in extrema vitae ultione dissipantur, sicut scriptum est: In illa die peribunt omnes cogitationes eorum (Psal. CXLV, 4). Quae scilicet durae cogitationes intelligi etiam per lapidum significationem valent. Nam sequitur: Et non relinquent in te lapidem super lapidem. Perversa etenim mens cum perversae cogitationi adhuc perversiorem adjicit, quid aliud quam lapidem super lapidem ponit? Sed in destructa civitate super lapidem lapis non relinquitur, quia cum ad ultionem suam anima ducitur, omnis ab illa cogitationum suarum constructio dissipatur.

5. Quae cur hoc patiatur adjungitur: Eo quod non cognoveris tempus visitationis tuae. Pravam quamque animam omnipotens Deus multis modis visitare consuevit. Nam assidue hanc visitat praecepto, aliquando autem flagello, aliquando vero miraculo, ut et vera quae nesciebat audiat, et tamen adhuc superbiens atque contemnens, aut dolore compuncta redeat, aut beneficiis devicta malum quod fecit erubescat. Sed quia visitationis suae tempus minime cognoscit, illis in extremo vitae inimicis traditur, cum quibus in aeterno judicio damnationis perpetuae societate colligatur, sicut scriptum est: Cum vadis cum adversario tuo ad principem in via, da operam liberari ab illo, ne forte trahat te ad judicem, et judex tradat te exactori, et exactor mittat te in carcerem (Luc. XII, 58). Adversarius quippe noster in via est sermo Dei, contrarius nostris carnalibus desideriis in praesenti vita. A quo ipse liberatur qui praeceptis ejus humiliter subditur. Alioquin adversarius judici, et judex tradet exactori, quia ex sermone Domini contempto reus peccator tenebitur in examine judicis. Quem judex exactori tradit, quia hunc maligno spiritui ad ultionem trahere permittit, ut compulsam animam ipse ad poenam de corpore exigat, quae ei ad culpam sponte consensit. Exactor mittit in carcerem, quia per malignum spiritum in inferno retruditur, quousque dies judicii veniat, ex quo jam in inferni ignibus simul et ipse crucietur.

6. Expleta ergo perditione civitatis, quam nos ad pereuntis animae similitudinem traximus, protinus subditur: Et ingressus templum coepit ejicere vendentes et ementes de illo. Sicut templum Dei in civitate est, ita et in plebe fideli vita religiosorum. Et saepe nonnulli religionis habitum sumunt, et dum sacrorum ordinum locum percipiunt, sanctae religionis officium in commercium terrenae negotiationis trahunt. Vendentes quippe in templo sunt (1, q. 3, c. 10), qui hoc quod quibusdam jure competit ad praemium largiuntur. Justitiam enim vendere est hanc pro praemii acceptione servare.

3. Baste, hermanos carísimos, que hayamos recorrido sucintamente estas cosas para indagar los misterios de la alegoría; ahora vuelva el ánimo a contemplar más ampliamente la moralidad de lo sucedido: Había un hombre rico, y se vestía de púrpura y de lino fino, y banqueteaba cada día espléndidamente. Y había un cierto mendigo, de nombre Lázaro, que yacía ante la puerta del rico, lleno de úlceras. Algunos piensan que los preceptos del Antiguo Testamento son más estrictos que los del Nuevo; pero estos se engañan, sin duda, por una consideración imprevista. Pues en aquel no se castiga la tenacidad, sino la rapiña (2 Samuel 12, 6). Allí la cosa injustamente arrebatada 1655 se castiga con la restitución del cuádruplo (Mateo 19, 8). Aquí, en cambio, este rico no es reprendido por haber arrebatado lo ajeno, sino por no haber dado lo propio. Ni se dice que oprimió a alguien por la fuerza, sino que se ensoberbeció en las cosas recibidas. De aquí, pues, debe colegirse sumamente con qué pena debe ser multado quien arrebata lo ajeno, si es herido con la condenación del infierno quien no otorga lo propio. Nadie, pues, se crea seguro diciendo: He aquí que no arrebato lo ajeno, sino que disfruto de las cosas lícitamente concedidas, porque este rico no fue castigado por haber arrebatado lo ajeno, sino porque se abandonó mal a sí mismo en las cosas recibidas. Esto fue también lo que lo entregó al infierno: porque no fue temeroso en su felicidad, porque inclinó los dones recibidos al uso de la arrogancia, porque ignoró las entrañas de la piedad, porque no quiso redimir sus pecados aun cuando le sobraba el precio para ello. Y hay algunos que no piensan que el cultivo de las vestiduras sutiles y preciosas sea pecado. Lo cual, si claramente no fuera culpa, de ningún modo la palabra de Dios expresaría tan vigilantes que el rico que es atormentado en los infiernos había estado vestido de lino fino y púrpura. Nadie busca vestimentas especiales sino por la vanagloria, a saber, para parecer más honorable que los demás.

Nam quia pro sola inani gloria vestimentum pretiosius
quaeritur res ipsa testatur, quod nemo vult ibi pretiosis vestibus indui, ubi ab aliis non possit videri. Quam culpam possumus melius etiam ex diverso colligere, quia si abjectio vilis indumenti
virtus non esset, evangelista vigilanter de Joanne non diceret: Erat indutus pilis camelorum (Matth. III, 4). Sed notandum nobis est magnopere, in ore Veritatis de superbo divite et humili paupere
quantus sit ordo narrationis. Ecce enim dicitur: Homo quidam erat dives; et protinus subinfertur; Et erat quidam mendicus nomine Lazarus. Certe in populo plus solent nomina divitum quam pauperum
sciri. Quid est ergo quod Dominus, de paupere et divite verbum faciens, nomen pauperis dicit, et nomen divitis non dicit, nisi quod Deus humiles novit atque approbat, et superbos ignorat? Unde et
quibusdam de miraculorum virtute superbientibus in fine dicturus est: Nescio vos unde sitis: discedite a me omnes operarii iniquitatis (Matth. VII, 23). At contra Moysi dicitur: Novi te ex
nomine (Exod. XXXIII, 12). Ait ergo de divite: Homo quidam. Ait de paupere: Egenus, nomine Lazarus. Ac si aperte dicat: Pauperem humilem scio, superbum divitem nescio. Illum cognitum per approbationem
habeo, hunc per judicium reprobationis ignoro.

4. Pensandum nobis est etiam conditor noster quanta omnia consideratione dispensat. Una etenim res non pro una re agitur. Nam ecce plenus ulceribus mendicus Lazarus ante januam divitis jacet. Qua de re una Dominus duo judicia explevit. Habuisset enim fortasse aliquam excusationem dives, si Lazarus pauper et ulcerosus ante ejus januam non jacuisset, si remotus fuisset, si ejus inopia non esset oculis importuna. Rursum si longe esset dives ab oculis ulcerosi pauperis, minorem tolerasset in animo tentationem pauper. Sed dum egenum et ulceratum ante januam divitis et deliciis affluentis posuit, in una eademque re et ex visione pauperis non miserenti diviti cumulum damnationis intulit, et rursum ex visione divitis tentatum quotidie pauperem probavit. Quantas namque hunc egenum et vulneribus obsessum tentationes creditis in sua cogitatione tolerasse, cum ipse egeret pane, et non haberet etiam salutem, atque ante se divitem cerneret salutem et delicias habere cum voluptate; se dolore et frigore affici, illum gaudere conspiceret, bysso et purpura vestiri; se deprimi vulneribus, illum diffluere acceptis rebus; se egere, illum nolle largiri?

Pues que se busca una vestidura más preciosa por la sola vanagloria, la cosa misma lo atestigua: que nadie quiere vestirse allí con vestidos preciosos donde no pueda ser visto por otros. Cuya culpa podemos colegir mejor incluso por lo contrario, porque si la abyección de un vestido vil no fuera virtud, el evangelista no diría vigilantemente de Juan: Estaba vestido de pelos de camellos (Mateo 3, 4). Pero debemos notar grandemente, en la boca de la Verdad, cuán grande es el orden de la narración sobre el rico soberbio y el pobre humilde. He aquí que se dice: Había un hombre rico; y enseguida se añade; Y había un cierto mendigo, de nombre Lázaro. Ciertamente en el pueblo suelen conocerse más los nombres de los ricos que los de los pobres. ¿Qué es, pues, lo que el Señor, hablando del pobre y del rico, dice el nombre del pobre y no dice el nombre del rico, sino que Dios conoce y aprueba a los humildes e ignora a los soberbios? Por lo cual también ha de decir al final a algunos que se ensoberbecen por la virtud de los milagros: No sé quiénes sois: apartaos de mí todos los obreros de la iniquidad (Mateo 7, 23). Por el contrario, se dice a Moisés: Te he conocido por tu nombre (Éxodo 33, 12). Dice, pues, del rico: Un hombre. Dice del pobre: Un necesitado, de nombre Lázaro. Como si dijera abiertamente: Conozco al pobre humilde, no conozco al rico soberbio. A aquel lo tengo por conocido mediante la aprobación, a este lo ignoro por el juicio de la reprobación.

4. Debemos considerar también con qué gran providencia nuestro Creador lo dispone todo. Pues no se hace una sola cosa por una sola razón. He aquí que el mendigo Lázaro, lleno de úlceras, yace ante la puerta del rico. Por lo cual el Señor cumplió dos juicios. Pues tal vez el rico habría tenido alguna excusa si el pobre Lázaro, ulceroso, no hubiera yacido ante su puerta, si hubiera estado lejos, si su indigencia no hubiera sido molesta a sus ojos. Por otra parte, si el rico hubiera estado lejos de los ojos del pobre ulceroso, el pobre habría tolerado una tentación menor en su ánimo. Pero al poner al necesitado y ulcerado ante la puerta del rico que abundaba en delicias, en una misma cosa tanto aumentó la condenación al rico que no se compadecía por la visión del pobre, como probó al pobre tentado diariamente por la visión del rico. Pues ¿ cuántas tentaciones creéis que toleró este necesitado, asediado por las llagas, en su pensamiento, cuando él carecía de pan y ni siquiera tenía salud, y veía ante sí que el rico tenía salud y delicias con placer; cuando veía que él era afectado por el dolor y el frío, y aquel se gozaba, se vestía de lino fino y púrpura; cuando él era deprimido por las llagas, y aquel se desbordaba en las cosas recibidas; cuando él carecía, y aquel no quería otorgar?

Quantus putamus, fratres mei, tunc in corde pauperis tumultus tentationis fuit, cui certe poterat ad poenam sufficere paupertas, etiamsi sanus fuisset; et rursum suffecisset aegritudo, etiamsi subsidium adesset? Sed ut probaretur amplius pauper, simul hunc et paupertas et aegritudo tabefecit. Atque insuper videbat procedentem divitem obsequentibus cuneis circumfulciri, et se in infirmitate et inopia a nullo visitari. Nam quia nemo ei ad visitandum aderat, testantur canes, qui licenter ejus vulnera lingebant. Ex una ergo re omnipotens Deus duo judicia exhibuit, dum Lazarum pauperem ante januam divitis jacere permisit, ut et dives impius damnationis sibi augeret ultionem, et tentatus pauper cresceret ad remunerationem. Conspiciebat ille quotidie cui non miseretur, videbat iste de quo probaretur. Duo inferius corda, sed unus desuper inspector qui et hunc tentando exercebat ad gloriam, et illum tolerando exspectabat ad poenam. Nam sequitur:

5. Factum est autem ut moreretur mendicus, et portaretur ab angelis in sinum Abrahae. Mortuus est autem et dives, et sepultus est in inferno. Qui nimirum dives eum cui in hac vita misereri noluit in suo jam supplicio positus patronum quaerit. Nam ecce subjungitur: Qui elevans oculos, cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe, et Lazarum in sinu ejus. Et ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, et mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. O quanta est subtilitas judiciorum Dei! O quam districte agitur bonorum actuum malorumque retributio! Certe superius dictum fuit quia in hac vita Lazarus cadentes micas de mensa divitis quaerebat, et nemo illi dabat; nunc de supplicio divitis dicitur quia de extremo digito Lazari distillari aquam in ore suo concupiscit. Hinc ergo, hinc, fratres, colligite quanta sit districtio severitatis Dei. Dives enim iste qui vulnerato pauperi mensae suae vel minima dare noluit, in inferno positus, usque ad minima quaerenda pervenit. Nam guttam aquae petivit, qui micas panis negavit. Sed notandum valde est quid sit quod dives in igne positus linguam suam refrigerari petit. Mos quippe est sacri eloquii ut aliquando aliud dicat, sed ex eodem dicto aliud innuat. Superius autem hunc superbum divitem Dominus non loquacitati vacantem dixerat, sed superflue convivantem. Neque hunc de loquacitate narravit, sed eum elatione et tenacia de edacitate peccasse. Sed quia abundare in conviviis loquacitas solet, is qui male hic convivatus dicitur, apud infernum gravius in lingua ardere perhibetur.

¿Cuán grande pensamos, hermanos míos, que fue entonces en el corazón del pobre el tumulto de la tentación, a quien ciertamente podría bastarle la pobreza para la pena, aun si hubiera estado sano; y por otra parte le habría bastado la enfermedad, aun si hubiera tenido auxilio? Pero para que el pobre fuera probado más, lo consumieron a la vez la pobreza y la enfermedad. Y además veía al rico que salía rodeado y apoyado por escuadrones de seguidores, y que él, en su enfermedad e indigencia, no era visitado por nadie. Pues que nadie estaba presente para visitarlo, lo atestiguan los perros, que lamen sus heridas libremente. De una sola cosa, pues, Dios omnipotente mostró dos juicios, al permitir que el pobre Lázaro yaciera ante la puerta del rico, para que tanto el rico impío aumentara para sí la venganza de la condenación, como el pobre tentado creciera para la remuneración. Aquel contemplaba diariamente a quien no se compadecía, este veía a aquel por quien era probado. Dos corazones abajo, pero un solo inspector desde arriba que tanto ejercitaba a este tentándolo para la gloria, como esperaba a aquel tolerándolo para la pena. Pues sigue:

5. Aconteció, pues, que murió el mendigo, y fue llevado por los ángeles al seno de Abraham. Murió también el rico, y fue sepultado en el infierno. El cual rico, sin duda, busca como patrono, puesto ya en su suplicio, a aquel de quien en esta vida no quiso compadecerse. Pues he aquí que se añade: El cual, elevando los ojos cuando estaba en los tormentos, vio a Abraham de lejos, y a Lázaro en su seno. Y él, clamando, dijo: Padre Abraham, ten misericordia de mí, y envía a Lázaro para que moje el extremo de su dedo en agua, para que refresque mi lengua, porque soy atormentado en esta llama. ¡Oh, cuán grande es la sutileza de los juicios de Dios! ¡Oh, con cuánta severidad se lleva a cabo la retribución de los actos buenos y de los malos! Ciertamente se dijo arriba que en esta vida Lázaro buscaba las migajas que caían de la mesa del rico, y nadie se las daba; ahora se dice sobre el suplicio del rico que desea que desde el extremo del dedo de Lázaro se destile agua en su boca. De aquí, pues, de aquí, hermanos, colegid cuán grande es la severidad de la estrictez de Dios. Pues aquel rico que no quiso dar al pobre herido ni lo más mínimo de su mesa, puesto en el infierno, llega incluso a pedir lo más mínimo. Pues pidió una gota de agua quien negó migajas de pan. Pero debe notarse mucho qué es lo que el rico puesto en el fuego pide: que su lengua sea refrescada. Es costumbre de la sagrada elocuencia que a veces diga una cosa, pero por ese mismo dicho insinúe otra. Arriba, en cambio, el Señor había dicho que este rico soberbio no estaba ocioso en la locuacidad, sino banqueteando superfluamente. Ni narró que este hubiera pecado por locuacidad, sino que por elación y tenacidad había pecado por edacidad. Pero puesto que la locuacidad suele abundar en los banquetes, aquel de quien se dice que aquí banqueteó mal, se afirma que en el infierno arde más gravemente en la lengua.

Prima namque male convivantibus famulatur culpa loquacitatis, post loquacitatem vero ludendi etiam levitas sequitur. Nam quia edacitatem lusus sequatur, testatur sacra Scriptura, quae ait: Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere (Exod. XXXII, 6). Sed priusquam ad lusum moveatur corpus, ad jocos ac verba inania movetur lingua. Quid ergo est quod innuitur quia in tormentis positus dives linguam suam refrigerari postulat, nisi quod is qui convivando magis de loquacitate peccaverat per retributionis justitiam in lingua atrocius ardebat?

6. Sed cum gravi valde est pavore pensandum hoc quod ei per Abrahae responsionem dicitur: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Ista, fratres mei, sententia pavore potius indiget, quam expositione. Nam si qui estis qui in hoc mundo exterioris boni aliquid accepistis, ipsum, ut ita dicam, donum exterius pertimescere debetis, ne vobis pro quorumdam vestrorum actuum recompensatione sit datum, ne judex qui hic bona exteriora restituit a retributione boni intimi repellat, ne honor hic vel divitiae, non adjumentum virtutis, sed remuneratio sint laboris. Ecce enim dum dicitur: Recepisti bona in vita tua, indicatur et dives iste boni aliquid habuisse, ex quo in hac vita bona reciperet. Rursumque dum de Lazaro dicitur quia recepit mala, profecto monstratur et Lazarus habuisse malum aliquod quod purgaretur. Sed mala Lazari purgavit ignis inopiae, et bona divitis remuneravit felicitas transeuntis vitae. Illum paupertas afflixit et tersit, istum abundantia remuneravit et repulit. Quicunque ergo bene in hoc saeculo habetis, cum vos bona egisse recolitis, valde de ipsis pertimescite, ne concessa vobis prosperitas eorumdem remuneratio sit bonorum. Et cum quoslibet pauperes nonnulla reprehensibilia perpetrare conspicitis, nolite despicere, nolite desperare, quia fortasse quod superfluitas tenuissimae pravitatis in quinat, caminus paupertatis purgat. De vobis omnimodo pertimescite, quia nonnulla etiam male acta prospera vita secuta est. De illis vero sollicite pensate, quia eorum vitam etiam magistra paupertas cruciat, quousque ad rectitudinem perducat.

7. Sequitur: Et in his omnibus inter nos et vos chaos magnum firmatum est, ut hi qui volunt hinc ad vos transire non possint, neque inde huc transmeare. Qua in re valde quaerendum est quomodo dicatur, Hi qui volunt hinc ad vos transire non possunt. Quia enim hi qui in inferno sunt ad beatorum sortem transire cupiant dubium non est. Qui vero jam in beatitudinis sorte suscepti sunt, quo pacto dicitur quia transire ad eos qui in inferno cruciantur volunt?

Pues la primera culpa que sirve a los que banquean mal es la de la locuacidad, y tras la locuacidad sigue también la ligereza del juego. Pues que al juego sigue la edacidad lo atestigua la sagrada Escritura, que dice: Se sentó el pueblo a comer y a beber, y se levantaron a jugar (Éxodo 32, 6). Pero antes de que el cuerpo se mueva al juego, la lengua se mueve a las bromas y a las palabras vanas. ¿Qué es, pues, lo que se insinúa porque el rico puesto en los tormentos pide que su lengua sea refrescada, sino que aquel que al banquetear había pecado más por la locuacidad, ardía más atrozmente en la lengua por la justicia de la retribución?

6. Pero debe considerarse con muy gran pavor esto que se le dice por la respuesta de Abraham: Hijo, recuerda que recibiste bienes en tu vida, y Lázaro semejantemente males. Ahora, pues, este es consolado aquí, pero tú eres atormentado. Esta sentencia, hermanos míos, necesita más de pavor que de exposición. Pues si hay algunos de vosotros que habéis recibido algo de bien exterior en este mundo, debéis temer ese mismo don exterior, por así decirlo, no sea que os haya sido dado por la retribución de algunos de vuestros actos, no sea que el juez que aquí restituye los bienes exteriores os rechace de la retribución del bien íntimo, no sea que este honor o estas riquezas no sean un auxilio de la virtud sino una remuneración del trabajo. He aquí que mientras se dice: Recibiste bienes en tu vida, se indica que también este rico tuvo algo de bien, por lo cual recibiera bienes en esta vida. Y a su vez, mientras se dice de Lázaro que recibió males, ciertamente se muestra que también Lázaro tuvo algún mal que fuera purgado. Pero el fuego de la indigencia purgó los males de Lázaro, y la felicidad de la vida transitoria remuneró los bienes del rico. A aquel lo afligió y limpió la pobreza, a este lo remuneró y rechazó la abundancia. Quienquiera que, pues, lo pasáis bien en este siglo, cuando recordáis que habéis hecho cosas buenas, temed mucho por ellas mismas, no sea que la prosperidad que se os ha concedido sea la remuneración de esos mismos bienes. Y cuando veis a cualquier pobre perpetrar algunas cosas reprensibles, no lo despreciéis, no desesperéis, porque tal vez lo que mancha la superfluidad de la más tenue depravación, lo purga el horno de la pobreza. Temed por vosotros mismos de todas las maneras, porque a algunas cosas incluso mal hechas ha seguido una vida próspera. Considerad ansiosamente sobre aquellos otros, porque una pobreza maestra también atormenta su vida hasta que la conduce a la rectitud.

7. Sigue: Y en todas estas cosas entre nosotros y vosotros un gran caos ha sido fijado, de modo que los que quieren pasar de aquí a vosotros no pueden, ni de allá trasladarse acá. En lo cual debe preguntarse mucho cómo se dice: Los que quieren pasar de aquí a vosotros no pueden. Pues que los que están en el infierno deseen pasar a la suerte de los bienaventurados no es duda. Pero los que ya han sido recibidos en la suerte de la bienaventuranza, ¿de qué modo se dice que quieren pasar a los que son atormentados en el infierno?

Sed sicut transire reprobi ad electos cupiunt, id est a suppliciorum suorum afflictione migrare; ita ad afflictos atque in tormentis positos transire justorum est mente ire per misericordiam, eosque velle liberare. Sed qui volunt de beatorum sede ad afflictos atque in tormentis positos transire, non possunt, quia justorum animae quamvis in suae naturae bonitate misericordiam habeant, jam tunc auctoris sui justitiae conjunctae, tanta rectitudine constringuntur, ut nulla ad reprobos compassione moveantur. Ipsi quippe judici concordant cui inhaerent, et eis quos eripere non possunt nec ex misericordia condescendunt, quia tantum illos tunc a se videbunt extraneos, quantum ab eo quem diligunt auctore suo conspiciunt esse repulsos. Nec injusti ergo ad beatorum sortem transeunt, quia damnatione perpetua constringuntur; nec justi transire ad reprobos possunt, quia, erecti jam per justitiam judicii, eis nullo modo ex aliqua compassione miserentur.

8. Sed postquam ardenti diviti de se spes tollitur, ejus animus ad propinquos quos reliquerat recurrit, quia reproborum mentem poena sua quandoque inutiliter erudit ad charitatem, ut jam tunc etiam suos spiritaliter diligant, qui hic, dum peccata diligerent, nec se amabant. Unde nunc subditur: Rogo ergo te, Pater, ut mittas eum in domum patris mei; habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Qua in re notandum est ardenti diviti quanta ad supplicium cumulantur. Ad poenam namque suam ei et cognitio servatur et memoria. Cognoscit enim Lazarum quem despexit, fratrum quoque suorum meminit quos reliquit. Perfecta quippe ei ultio de paupere non esset, si hunc in retributione non recognosceret. Et perfecta poena in igne non esset, si non hoc quod ipse patitur etiam in suis timeret. Ut ergo peccatores in supplicio amplius puniantur, et eorum vident gloriam quos contempserunt, et de illorum etiam poena torquentur quos inutiliter amaverunt. Credendum vero est quod ante retributionem extremi judicii injusti in requie quosdam justos conspiciunt, ut eos videntes in gaudio non solum de suo supplicio, sed etiam de illorum bono crucientur. Justi vero in tormentis semper intuentur injustos, ut hinc eorum gaudium crescat, quia malum conspiciunt quod misericorditer evaserunt; tantoque majores ereptori suo gratias referunt, quanto vident in aliis quod ipsi perpeti, si essent relicti, potuerunt.

Pero así como los réprobos desean pasar a los elegidos, esto es, emigrar de la aflicción de sus suplicios; así es propio de los justos querer pasar a los afligidos y puestos en los tormentos con la mente por la misericordia, y querer liberarlos. Pero los que quieren pasar desde la sede de los bienaventurados a los afligidos y puestos en los tormentos no pueden, porque las almas de los justos, aunque tengan misericordia en la bondad de su naturaleza, ya entonces unidas a la justicia de su Autor, están estrechadas por tal rectitud que no se mueven por ninguna compasión hacia los réprobos. Pues concuerdan con el juez al que están adheridos, y no condescienden ni siquiera por misericordia con aquellos a quienes no pueden rescatar, porque entonces los verán tan extraños a ellos mismos cuanto los ven rechazados por su Autor a quien aman. Ni los injustos, pues, pasan a la suerte de los bienaventurados, porque están estrechados por la condenación perpetua; ni los justos pueden pasar a los réprobos porque, ya erguidos por la justicia del juicio, no se compadecen de ellos de ningún modo por alguna compasión.

8. Pero después que se quita al rico ardiente la esperanza sobre sí mismo, su ánimo recurre a los parientes que había dejado, porque su propia pena instruye alguna vez inútilmente la mente de los réprobos para la caridad, de modo que ya entonces amen también espiritualmente a los suyos, quienes aquí, mientras amaban los pecados, ni siquiera se amaban a sí mismos. Por lo cual ahora se añade: Te ruego, pues, padre, que lo envíes a la casa de mi padre; pues tengo cinco hermanos, para que les testifique, no sea que también ellos vengan a este lugar de tormentos. En lo cual debe notarse para el rico ardiente cuántas cosas se acumulan para el suplicio. Pues para su pena se le conserva tanto el conocimiento como la memoria. Pues reconoce a Lázaro a quien despreció, y también recuerda a sus hermanos que dejó. Pues no sería para él una venganza perfecta sobre el pobre si no lo reconociera en la retribución. Y no sería una pena perfecta en el fuego si no temiera también en los suyos esto mismo que él padece. Para que, pues, los pecadores sean más castigados en el suplicio, ven tanto la gloria de los que despreciaron como se torturan también por la pena de aquellos a quienes inútilmente amaron. Debe creerse, en verdad, que antes de la retribución del juicio final los injustos contemplan a algunos justos en el descanso, para que viéndolos en el gozo se torturen no solo por su suplicio sino también por el bien de aquellos. Los justos, en cambio, siempre intuyen a los injustos en los tormentos, para que de aquí crezca su gozo, porque contemplan el mal que misericordiosamente escaparon; y tanto mayores gracias dan a su rescatador cuanto ven en otros lo que ellos mismos pudieron padecer si hubieran sido abandonados.

Nec illam tantae beatitudinis claritatem apud justorum animum fuscat spectata poena reproborum, quia ubi jam compassio miseriae non erit, minuere procul dubio beatorum laetitiam non valebit. Quid autem mirum si dum justi injustorum tormenta conspiciunt, hoc eis veniat in obsequium gaudiorum, quando et in pictura niger color substernitur, ut albus vel rubeus clarior videatur? Nam sicut dictum est tanto bonis sua gaudia excrescunt, quanto eorum oculis damnatorum mala subterjacent quae evaserunt. And although their joys suffice for them to be fully enjoyed, yet they always behold the evils of the reprobate without doubt, because qui Creator is sui claritatem vident, nihil in creatura agitur quod videre non possint.

9. Petenti autem diviti ut Lazarus mittatur, ab Abraham protinus respondetur: Habent Moysen et prophetas; audiant illos. Sed qui Dei verba despexerat haec audire non posse suos sequaces existimabat. Unde et respondit dives: Non, pater mi; sed si quis ex mortuis ierit ad eos, credent. Cui mox veraci sententia dicitur: Si Moysen et prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent ei, quia nimirum qui verba legis despiciunt Redemptoris praecepta, qui ex mortuis resurrexit, quanto subtiliora sunt, tanto haec difficilius implebunt. Minus est enim quidquid per legem dicitur (Deut. XII), quam hoc quod per Dominum jubetur. Illa enim dari decimas praecipit, Redemptor vero noster ab his qui perfectionem sequuntur omnia dimitti jubet. Illa peccata carnis resecat, Redemptor vero noster illicitas cogitationes etiam damnat (Luc. XIV). Si ergo Moysen et prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit credent, quia hi qui viliora legis praecepta implere negligunt Salvatoris nostri mandatis altioribus obedire quando convalescunt? Et nimirum constat quia cujus implere dicta renuunt, ei procul dubio credere recusant. Haec nos de ipsa rei gestae consideratione dixisse sufficiat.

10. Sed vos, fratres, et requiem Lazari, et poenam divitis cognoscentes, solerter agite, culparum vestrarum intercessores quaerite atque advocatos vobis in die judicii pauperes procurate. Multos etenim nunc Lazaros habetis; ante januas vestras jacent, atque his indigent, quae vobis jam satiatis quotidie de mensa cadunt. Verba sacrae lectionis debent nos instruere ad implenda mandata pietatis. Quotidie Lazarum, si quaerimus, invenimus; quotidie Lazarum, etsi non quaerimus, cernimus. Ecce importune se pauperes offerunt, rogant nos, qui tunc pro nobis intercessores venient.

Ni aquella claridad de tan gran bienaventuranza oscurece en el ánimo de los justos la pena contemplada de los réprobos, porque donde ya no habrá compasión por la miseria, sin duda no podrá disminuir la alegría de los bienaventurados. ¿Qué tiene de extraño si, mientras los justos contemplan los tormentos de los injustos, esto les venga en servicio de sus gozos, cuando también en una pintura se pone debajo el color negro para que el blanco o el rojo parezcan más claros? Pues como se ha dicho, tanto crecen sus gozos para los buenos cuanto yacen bajo sus ojos los males de los condenados que evitaron. Y aunque sus gozos les basten plenamente para el disfrute, sin duda siempre ven los males de los réprobos, porque quienes ven la claridad de su Creador, nada se hace en la criatura que no puedan ver.

9. Pero al rico que pide que se envíe a Lázaro, se le responde enseguida por Abraham: Tienen a Moisés y a los profetas; que los escuchen a ellos. Pero aquel que había despreciado las palabras de Dios pensaba que sus seguidores no podían escucharlas. Por lo cual también respondió el rico: No, padre mío; sino que si alguno de entre los muertos fuera a ellos, creerán. A quien pronto se le dice con veraz sentencia: Si no escuchan a Moisés y a los profetas, ni aunque alguno de entre los muertos resucite, le creerán, porque sin duda quienes desprecian las palabras de la ley, cuanto más sutiles son los preceptos del Redentor, que resucitó de entre los muertos, tanto más difícilmente los cumplirán. Pues es menos cualquier cosa que se dice por la ley (Deuteronomio 12), que esto que se manda por el Señor. Pues aquella manda dar los diezmos, pero nuestro Redentor manda que quienes siguen la perfección dejen todas las cosas. Aquella corta los pecados de la carne, pero nuestro Redentor condena incluso los pensamientos ilícitos (Lucas 14). Si, pues, no escuchan a Moisés y a los profetas, ni aunque alguno de entre los muertos resucite creerán, porque ¿cuándo obedecerán estos que descuidan cumplir los preceptos más viles de la ley a los mandatos más altos de nuestro Salvador? Y sin duda consta que a aquel cuyos dichos rehúsan cumplir, rehúsan sin duda alguna creerle. Baste que hayamos dicho estas cosas sobre la consideración de la misma historia.

10. Pero vosotros, hermanos, conociendo tanto el descanso de Lázaro como la pena del rico, obrad con destreza, buscad intercesores para vuestras culpas y procuraos a los pobres como abogados para el día del juicio. Pues ahora tenéis muchos Lázaros; yacen ante vuestras puertas, y carecen de estas cosas que a vosotros, ya saciados, os caen diariamente de la mesa. Las palabras de la sagrada lectura deben instruirnos para cumplir los mandatos de la piedad. Diariamente encontramos a Lázaro si lo buscamos; diariamente vemos a Lázaro, aunque no lo busquemos. He aquí que los pobres se ofrecen inoportunamente, nos ruegan, ellos que entonces vendrán como intercesores por nosotros.

Certe nos omnino rogare debuimus, sed tamen rogamur. Videte si negare debemus quod petimur, quando patroni sunt qui petunt. Nolite ergo misericordiae tempora perdere, nolite accepta remedia dissimulare. Ante supplicium cogitate de supplicio. Cum quoslibet in hoc mundo abjectos aspicitis, etiamsi qua reprehensibilia eorum esse videantur, nolite despicere, quia fortasse quos morum infirmitas vulnerat, medicina paupertatis curat. Quorum si qua sunt talia quae debeant jure reprehendi, haec, si vultis, ad usum vestrae mercedis inflectite, ut ex ipsis eorum vitiis cumulentur vobis incrementa pietatis, quatenus panem pariter detis et verbum, panem refectionis cum verbo correptionis; et duo a vobis alimenta percipiant qui unum quaerebant, dum et exterius cibo, et interius satiantur eloquio. Pauper ergo cum reprehensibilis cernitur, moneri debet, despici non debet. Si vero reprehensionis nihil habet, venerari summopere sicut intercessor debet. Sed ecce multos cernimus, quis cujus sit meriti nescimus. Omnes ergo venerandi sunt, tantoque necesse est ut omnibus te humiliare debeas, quanto quis eorum sit Christus ignoras.

11. Rem, fratres, refero, quam bene is qui praesto est frater et compresbyter meus Speciosus novit. Eodem tempore quo monasterium petii, anus quaedam, Redempta nomine, in sanctimoniali habitu constituta, in urbe hac juxta beatae Mariae semper virginis ecclesiam manebat (Lib. IV Dialog., cap. 15). Haec illius Herundinis discipula fuerat, quae, magnis virtutibus pollens, super Praenestinos montes vitam eremiticam duxisse ferebatur. Huic duae in eodem habitu discipulae adhaerebant: una nomine Romula, et altera, quae nunc adhuc superest, quam quidem facie scio, sed nomine nescio. Tres itaque hae in uno habitaculo commanentes morum quidem divitiis plenam, sed tamen rebus pauperem vitam ducebant. Haec autem, quam praefatus sum, Romula aliam quam praedixi condiscipulam suam magnis vitae meritis anteibat. Erat quippe mirae patientiae, summae obedientiae, custos oris sui ad silentium, studiosa valde ad continuae orationis usum. Sed quia plerumque hi quos jam perfectos homines aestimant adhuc in oculis summi opificis aliquid imperfectionis habent, sicut saepe imperiti homines necdum perfecte sculpta sigilla conspicimus, et jam quasi perfecta laudamus, quae adhuc artifex considerat et limat, laudari jam audit, et tamen ea tundere meliorando non desinit; haec quam praediximus Romula ea quam Graeco vocabulo medici paralysin vocant molestia corporali percussa est, multisque annis in lectulo decubans pene omnium jacebat membrorum officio destituta, nec tamen haec eadem ejus mentem ad impatientiam flagella perduxerant.

Ciertamente nosotros debíamos rogar en absoluto, pero sin embargo somos rogaros. Ved si debemos negar lo que se nos pide, cuando son patronos los que piden. No perdáis, pues, los tiempos de la misericordia, no disimuléis los remedios recibidos. Antes del suplicio pensad en el suplicio. Cuando veáis a cualesquiera abyectos en este mundo, aunque parezcan existir en ellos algunas cosas reprensibles, no los despreciéis, porque tal vez a quienes hiere la enfermedad de las costumbres, los cura la medicina de la pobreza. Si en ellos hay tales cosas que deban ser justamente reprendidas, inclinad estas, si queréis, al uso de vuestra recompensa, para que de sus mismos vicios se os acumulen incrementos de piedad, a fin de que deis juntamente pan y palabra, el pan del refrigerio con la palabra de la corrección; y reciban de vosotros dos alimentos los que buscaban uno, mientras son saciados tanto exteriormente por la comida como interiormente por la elocuencia. El pobre, pues, cuando se ve reprensible, debe ser amonestado, no debe ser despreciado. Pero si no tiene nada de reprensión, debe ser venerado sumamente como intercesor. Pero he aquí que vemos a muchos, y no sabemos quién es de qué mérito. Todos, pues, deben ser venerados, y tanto es necesario que debas humillarte ante todos, cuanto ignoras cuál de ellos es Cristo.

11. Relato un hecho, hermanos, que bien conoce este hermano y copresbítero mío Especioso, que está presente. Al mismo tiempo en que entré en el monasterio, una anciana de nombre Redenta, constituida en hábito monacal, permanecía en esta ciudad junto a la iglesia de la bienaventurada María siempre virgen (Libro IV de los Diálogos, cap. 15). Ella había sido discípula de aquella Herundis que, destacando en grandes virtudes, se decía que había llevado vida eremítica sobre los montes Prenestinos. A ella se adherían dos discípulas con el mismo hábito: una de nombre Rómula y otra que todavía sobrevive ahora, a quien conozco de cara pero no de nombre. Estas tres, pues, permaneciendo juntas en una sola habitación, llevaban una vida llena de riquezas de costumbres, pero pobre en bienes materiales. Esta Rómula, que he mencionado antes, aventajaba en grandes méritos de vida a la otra condiscípula que he dicho. Pues era de una paciencia admirable, de suma obediencia, guardiana de su boca para el silencio, muy estudiosa en el uso de la oración continua. Pero porque generalmente estos a quienes los hombres ya estiman como perfectos tienen todavía algo de imperfección ante los ojos del Sumo Artífice, así como a menudo nosotros, hombres inexpertos, vemos sellos aún no perfectamente esculpidos y ya los alabamos como casi perfectos, los cuales el artífice todavía considera y pule, oye ya las alabanzas y sin embargo no deja de golpearlos para mejorarlos; esta Rómula que hemos predicho fue herida por aquella molestia corporal que los médicos llaman con el vocablo griego parálisis, y yaciendo en su lecho durante muchos años, yacía privada del oficio de casi todos sus miembros, y sin embargo estos mismos azotes no habían conducido su mente a la impaciencia.

Nam ipsa ei detrimenta membrorum facta fuerant incrementa virtutum, quia tanto sollicitius ad usum orationis succreverat, quanto et aliud quodlibet agere nequaquam valebat. Nocte ergo quadam eamdem Redemptam, quam praefatus sum, quae utrasque discipulas suas filiarum loco nutriebat, vocavit dicens: Mater, veni, mater, veni. Quae mox cum alia ejus discipula surrexit, sicut utrisque referentibus et multis res eadem claruit, et ego quoque eodem tempore agnovi. Cumque noctis medio, lectulo jacentis assisterent, subito coelitus lux emissa omne illius cellulae spatium implevit; et splendor tantae claritatis emicuit, ut corda assistentium inaestimabili pavore perstringeret, atque, ut post ipsae referebant, omne in eis corpus obrigesceret, et in subito stupore remanerent. Coepit namque quasi cujusdam magnae multitudinis ingredientis sonitus audiri, ostium cellulae concuti, ac si ingredientium turba premeretur. Atque, ut dicebant, intrantium multitudinem sentiebant, sed nimietate timoris et luminis videre nil poterant, quia earum oculos et pavor depresserat, et ipsa tanti luminis claritas reverberabat. Quam lucem protinus miri odoris est fragrantia subsecuta, ita ut earum animum, quia lux emissa terruerat, odoris suavitas refoveret. Sed cum vim claritatis illius ferre non possent, coepit eadem Romula assistentem sibi et trementem Redemptam, suorum morum magistram, blanda voce consolari, dicens: noli timere, mater, non morior modo. Cumque hoc illa crebro diceret, paulatim lux quae fuerat immissa subtracta est, sed is qui subsecutus est odor remansit. Sicque dies secundus et tertius transiit, ut aspersi fragrantia odoris remaneret. Nocte ergo quarta eamdem magistram suam iterum vocavit. Qua veniente viaticum petiit, et accepit. Necdum vero eadem Redempta et alia ejus discipula a lectulo jacentis abscesserant, et ecce subito in platea ante ejusdem cellulae ostium duo chori psallentium constiterunt, et sicut ipsae se dicebant sexus ex vocibus discrevisse, psalmodiae cantus dicebant viri, et feminae respondebant. Cumque ante fores cellulae exhiberentur coelestes exsequiae, sancta illa anima carne soluta est. Qua ad coelum ducta, quanto chori psallentium altius ascendebant, tanto coepit psalmodia lenius audiri, quousque et ejusdem psalmodiae sonitus, et odoris suavitas elongata finiretur.

Pues esos mismos detrimentos de los miembros se habían convertido para ella en incrementos de virtudes, porque había crecido tanto más solícitamente en el uso de la oración cuanto que no podía hacer de ningún modo ninguna otra cosa. Una noche, pues, llamó a la misma Redenta que he mencionado antes, que criaba a ambas discípulas suyas como a hijas, diciendo: «Madre, ven; madre, ven». La cual pronto se levantó con su otra discípula, tal como el hecho quedó claro por el relato de ambas y para muchos, y yo también lo conocí en aquel mismo tiempo. Y cuando en medio de la noche asistían al lecho de la que yacía, de repente una luz enviada del cielo llenó todo el espacio de aquella celda; y brilló un esplendor de tanta claridad que hirió los corazones de las asistentes con un temor inestimable, y, como ellas mismas relataban después, todo el cuerpo se les quedó rígido y permanecieron en un estupor súbito. Pues comenzó a oírse como el sonido de una gran multitud que entraba, y a sacudirse la puerta de la celda como si fuera presionada por una turba de los que entraban. Y, según decían, sentían la multitud de los que entraban, pero por el exceso de temor y de luz no podían ver nada, porque tanto el pavor les había bajado los ojos como la misma claridad de tanta luz las deslumbraba. A cuya luz siguió enseguida la fragancia de un olor admirable, de modo que la suavidad del olor confortaba su ánimo, al que la luz enviada había aterrorizado. Pero como no podían soportar la fuerza de aquella claridad, la misma Rómula comenzó a consolar con voz suave a Redenta, que estaba a su lado temblando, la maestra de sus costumbres, diciendo: «No temas, madre, no muero ahora». Y como ella decía esto frecuentemente, poco a poco la luz que había sido enviada se retiró, pero el olor que la siguió permaneció. Y así pasó el segundo y el tercer día, de modo que la fragancia del olor esparcido permanecía. La cuarta noche, pues, llamó de nuevo a su misma maestra. Al venir esta, pidió el viático y lo recibió. Todavía no se habían retirado la misma Redenta y su otra discípula del lecho de la que yacía, y he aquí que de repente en la plaza ante la puerta de la misma celda se detuvieron dos coros de salmistas, y según ellas mismas decían haber distinguido el sexo por las voces, los hombres cantaban la salmodia y las mujeres respondían. Y mientras ante las puertas de la celda se celebraban las exequias celestiales, aquella santa alma fue desatada de la carne. Conducida esta al cielo, cuanto más alto ascendían los coros de los salmistas, tanto más suavemente comenzaba a oírse la salmodia, hasta que tanto el sonido de la misma salmodia como la suavidad del olor se terminaron a lo lejos.

12. Haec ergo quandiu vixit in corpore, quis illam haberet in honore? Indigna cunctis, despecta omnibus videbatur. Quis ad illam accedere, quis illam videre dignaretur? Sed latebat in sterquilinio margarita Dei. Sterquilinium, fratres, hanc ipsam corruptibilitatem corporis appello, sterquilinium abjectionem paupertatis nomino. Assumpta est ergo margarita quae jacebat in sterquilinio, et posita in coelestis Regis ornamento, jam inter supernos cives emicat, jam inter ignitos illos lapides aeterni diadematis coruscat. O vos qui in hoc mundo divites aut esse creditis, aut estis, conferte, si potestis, falsas divitias vestras veris divitiis Romulae. Vos in hujus mundi via omnia amissuri possidetis; illa nihil quaesivit in itinere, et omnia invenit in perventione. Vos laetam vitam ducitis, tristem mortem timetis; illa tristem vitam pertulit, ad laetam mortem pervenit. Vos ad tempus quaeritis obsequium hominum, illa despecta ab hominibus invenit socios choros angelorum. Discite ergo, fratres, temporalia cuncta despicere, discite honorem transeuntem contemnere, aeternam gloriam amare. Honorate quos pauperes videtis, et quos foris conspicitis despectos saeculi intus arbitramini amicos Dei. Cum his participamini quod habetis, ut hoc quandoque dignentur vobiscum participari quod habent. Pensate quod ore magistri gentium dicitur: In hoc tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut et illorum abundantia vestrae inopiae sit supplementum (II Cor. VIII, 14). Pensate quod ipsa per se Veritas dicit: Quandiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis (Matth. XXV, 45). Ad tribuendum pigri cur estis, quando hoc quod jacenti in terra porrigitis sedenti in coelo datis? Sed haec omnipotens Deus quae per me in vestris auribus loquur, per se in vestris mentibus loquatur, qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

12. Por tanto, mientras vivió en el cuerpo, ¿quién la tendría en honor? Parecía indigna a todos, despreciada por todos. ¿Quién se dignaría acercarse a ella, quién verla? Pero la margarita de Dios se ocultaba en un estercolero. Llamo estercolero, hermanos, a esta misma corruptibilidad del cuerpo; nombro estercolero a la abyección de la pobreza. Fue, pues, asumida la margarita que yacía en el estercolero, y puesta en el ornato del Rey celestial, ya brilla entre los ciudadanos de arriba, ya resplandece entre aquellas piedras encendidas de la diadema eterna. ¡Oh vosotros que en este mundo o creéis ser ricos, o lo sois!, comparad, si podéis, vuestras falsas riquezas con las verdaderas riquezas de Rómula. Vosotros poseéis en el camino de este mundo todas las cosas que habéis de perder; ella nada buscó en el camino, y todo lo encontró al llegar. Vosotros lleváis una vida alegre, teméis una muerte triste; ella soportó una vida triste, llegó a una muerte alegre. Vosotros buscáis por un tiempo el obsequio de los hombres; ella, despreciada por los hombres, encontró como compañeros los coros de los ángeles. Aprended, pues, hermanos, a despreciar todas las cosas temporales, aprended a menospreciar el honor pasajero, a amar la gloria eterna. Honrad a los que veis pobres, y a los que exteriormente veis como despreciados del siglo, consideradlos interiormente como amigos de Dios. Participad con estos de lo que tenéis, para que alguna vez se dignen ellos participar con vosotros de lo que tienen. Considerad lo que se dice por boca del maestro de las gentes: En este tiempo vuestra abundancia supla la indigencia de ellos, para que también la abundancia de ellos sea suplemento de vuestra indigencia (2 Corintios 8, 14). Considerad lo que la misma Verdad dice por sí misma: En cuanto lo hicisteis a uno de estos mis hermanos más pequeños, a mí me lo hicisteis (Mateo 25, 45). ¿Por qué sois perezosos para dar, cuando esto que ofrecéis al que yace en la tierra lo dais al que está sentado en el cielo? Pero que estas cosas que Dios omnipotente habla por mí a vuestros oídos, las hable por sí mismo en vuestras mentes, él que vive y reina con el Padre en la unidad del Espíritu Santo, Dios, por todos los siglos de los siglos. Amén.